



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D. Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas Missalis Et Breviarii Romani

Adjectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad
præsens emanatis

Complectens I. & II. Partem Commentariorum Gavanti in Rubricas Missalis
- Cum Præfatione seu Præmonitione necessaria Bibliopolæ ad Lectorem

Merati, Gaetano Maria

Augustæ Vindellicorum, 1740

VD18 10783695-002

Pars Secunda Continet Ritum servandum in Celebratione Missæ, & Titulos
XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40113

rosolymitanæ, ut in suis navibus, quæ sunt magni ponderis, ac firmæ structuræ, cum unaquaque sustineat quinquaginta anea tormenta bellica, celebrari faciat Missam, eoduntaxat tempore, quo Mare est tranquillum, & Cælum serenum, & cum assistentia alterius Sacerdotis, seu Diaconi; ita ut adesse non possit periculum effusionis sanguinis in dicta celebratione: habetur hoc privilegium in particulari Bullario Clementis XI. part. 1. *Constit. 26.* quæ incipit: *Exponi nobis.* Olim tamen denegatum fuit Principi Philiberto indultum, quod posset celebrari Missa super suis triremibus, quia istæ modico stante vento facile moventur: magnæ autem naves anchoris alligatæ immobiles ferè stant; & ideo in his, cum nullum subsit periculum, stante Mari tranquillo, effusionis Sanguinis, facilius conceditur Apostolicum indultum celebrandi Missam. Rursum dictum

privilegium fuisse passim denegatum à Summis Pontificibus, asseverat Card. Albicinus *Inconstantia in Fide cap. 34. n. 131.* ubi plures casus talis denegationis adducit, ubi illam, quæ data fuit, ut mox innuimus, Principi Philiberto, quoad celebrationem super triremibus.

Ceterùm plura extare antiquitatis monumenta, ex quibus colligitur, non tantum prius in Mari Missas celebratas extitisse, sed continuo super naves Eucharistiam deservisse olim solitum fuisse, colligitur ex Baronio Anno 57. & Anno 404. & Anno 700. ex Suario de S. Ludovico *ad diem 25. Aug.* & ex S. Gregorio, S. Ambrosio, & Macrobiaste, Verricell. *de Apostolicis Missarum rit. 8. quæst. 133. n. 9.* Pasqualigo *de Sacra nova Legis quæst. 471. n. 3. & seqq.* Et hæc sint satis pro præfenti materia, & pro complemento hujus 1. Partis.



NOVÆ OBSERVATIONES ET ADDITIONES
AD
GAVANTI COMMENTARIA
IN RUBRICAS
MISSALIS ROMANI.

PARS SECUNDA
RITUS SERVANDUS IN CELEBRATIONE MISSÆ

Tit. I. De Preparatione Sacerdotis Celebraturi.

I. Gavant. pag. 64. col. 1. lit. c. *Et tempore Paschalis additur Alleluja.* Ita etiam ad finem cujuscunque Psalmi debet dici *Gloria Patri*, tempore Passionis, excepto ultimo triduo; quia hujusmodi preces Rubricas Officii, non verò Missalis sequuntur. Hyppolitus à Portu de cultu Dei, & hominum, &c. *tit. 1. Rubr. 1. n. 3.*

II. Gavant. pag. 64. col. 2. lit. c. *La manus &c.* Hinc deducitur, errare omnes illos, qui statim lavant manus, & deinde accipiunt Missale, Missamque perquirunt, & sic cula ordinant: hæc enim omnia debent præparari ante manuum lotionem: & deinde manibus lotis præparandus est Calix. Philippus Ayrault in Praxi Missæ Privatæ *part. 1. tit. 1. III.*

III. Gavant. pag. 64 col. 2. lit. f Porro in Calice argenteo consecr. esse dicitur Christus.) Quamquam hoc asseratur à Baronio ex Beda ad A. C. 34. n. 63; veretur tamen rationabiliter Gavantus, ut Calix hic (de quo loquitur Adamnanus Abbas lib. 1. de lois Sanctis c. 8. non autem Beda, ut sibi Baronius persuasit) sit ille, quem Christus adhibuit, quando Sacratissimam Eucharistiam instituit. Et reverà Chryostomus, Homilia 51. in Mattheum, asseverat, Calicem Domini, nempe in quo Christus Dominus Eucharisticum Sacrificium peregit, non physicè, sed mysticè pretiosum fuisse; negatque ex metallo nobiliori factum esse, his verbis: *Non erat ex argento illa Mensa, nec ex auro ille Calix, quo Christus Discipulis Sanguinem prabuì suum, pretiosa tamen erant omnia, & venerationis plena, quia spiritu abundabant.*

IV. Gavant. pag. 65. col. 1. ead. lit. f Nunc lignei Sacerdotes, aureis Calicibus, &c.) Negari non potest, fuisse in veteri Ecclesia usum Calicum ligneorum: interrogatus siquidem S. Bonifacius Episcopus Moguntinus in Concilio Triburienti Seculo 9. habito, an in vasculis ligneis liceret Sacrificium peragi? Respondit, ut refert hic Gavantus: *Quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur nunc contra ligneis Sacerdotes aureis utuntur Calicibus.*

Verùm Card. Bona lib. 1. cap. 25. rerum Liturgicarum censet, ex verbis Bonifacii inferri non posse, usum lignei Calicis fuisse communem in primitiva Ecclesia; sed credit, S. Antistitem potius, zelo Dei succensum, præteritorum comparatione sua tempora redarguisse. Sed quia Concilium Triburien- se statuit, ne quis deinceps Sacra Mytheria in ligneis vasculis consecrare præsumat; & quia Canones quoque editi in Anglia sub Edgardo Rege 6. 41. Calicem fufilem esse decernunt, vetantque, ne omnino in ligneo fiat Consecratio; hinc idem Card. Bona fateri cogitur, saltem in aliqua Ecclesia, vel propter rerum penuriam, vel propter Sacerdotum incuriam, invaluisse usum Calicum ligneorum,

Qui plura scire desiderat de Sacrorum Calicum antiquis Ritibus, materia, forma, variis speciebus, & denominationibus, perlegere poterit ea, quæ tradunt eruditissimi viri, Joseph Vicecomes de Missæ Apparatu lib. 6. cap. 8. usque ad cap. 17. inclusive; Casalius de veteribus Sac. Christianorum Ritibus cap. 11. Card. Bona loc. cit. Andreas Du-Sauslay, in sua Panoplia Sacerdotali lib. 8. à pag. 182. usque ad pag. 281, noster P. Aloysius Novarinus in lib. 5. Sacrorum Elektorum cap. 94. 95. 96. Antonius Bellotte in suis obser. ad Ritus Eccl. Laudunensis pag. 446. & sequent. Johannes Ciampinus in tract. de pane azymo, & ferment &c. pag. 169. 175. 179. Lazarus Becquillot in tract. Hist. Liturg. Sac. Gallicè exarato; Carolus Du-Fresne in Glossario; Dominicus Georgius de Liturg. Rom. Pontificis disquis. de Sac. Ministr. cap. 3. & inter Heterodoxos Johannes Doughtei Anglo-Britannus in lib. cui titulus de Calicibus Eusch. veterum Christ. impresso Bremæ, Anno 1694. in 8. necnon Gothof. Voigt in suo libro de Altaribus veterum Christianorum cap. 12. n. 10. & seqq.

V. Gavant. pag. 65 col. 2. lit. g Patena adhibita tunc temporis pro Pyxide.) Patenæ, quæ antiquitus pro Fidelium communione deserviebant, Ministeriales vocabantur; & quia tunc omnes in Missa communicabant, amplè adhibebantur: nunc autem, quia pauci in Missa communicant, minor patena rite adhibetur, quæ à Græcis Discus appellatur. De Patenarum ministerialium, vel communicantium usu, materia, forma, & Consecratione, vide mox allegatos eruditissimos Auctores, nimirum Josephum Vicecomitem ibidem à cap. 18. usque ad cap. 26. Card. Bona cit. loco §. 3. Andream Du-Sauslay lib. 9. à pag. 281. usque ad pag. 300. & Aloysium Novarinum toto cap. 97. quibus adde Johannem Mabillon Comment. in Ord. Rom. §. 8. & Dominicum Georgium loc. cit. Hoc loco animadverto, antiquitus duplicem in Missa

Missâ Patenam adhibitam fuisse, unam ad Cleri, alteram ad Populi communionem; ut constat ex Ordine Rom. 5. pag. 68.

VI. Gavant. pag. 65. col. 2. lit. h *Vel in: us de novo auro linia:ur*) Ex his Gavanti, & ex Rubricâ verbis, colligitur, Calicem debere esse aureum, vel argenteum, aut qui habeat saltem cuppam argenteam intus inauratam, & simul cum Patena pariter inaurata. Verùm tit. 10. part. 3. de defectibus in ipso ministerio occurrentibus, nulla fit mentio de inauratione cuppæ argenteæ; nisi fortè dicatur, hoc ibi jam supponi, juxta dispositionem superioris Rubricæ. Idem dicendum est de Patena, quam & intus deauratam esse decet. In Canone verò *Ut Calix 145. de Consec. dist. 1.* simpliciter dicitur, ut Calix Domini cum Patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat; & Claudius La Croix lib. 6. part. 2. dub. 5. quæst. 47. asserit, Auctores passim negare, cuppam argenteam intus deaurandam esse: sed verba allegatæ Rubricæ clarè nimis loquuntur de intrinseca inauratione cuppæ.

VII. Gavant. pag. 65. col. 2. ead. lit. h *Idcirco Calix, & Patena vocantur vasa Sacra, &c.*) Ex contextu Rubricæ & ex verbis Gavanti eruitur, aliud esse rem aliquam consecrari ab Episcopo; aliud ab eo benedici, vel ab alio facultatem habente: in Consecratione siquidem intervenit unctio Chrismatis, non verò in Benedictione: inter ea autem, quæ consecranda sunt, numerantur Calices, quibus Sacerdotes utuntur in Sacrificio celebrando. De Calicibus consecrandis loquitur Innocentius III. lib. 1. *Decreti cap. Cùm venisset*: ubi mentionem facit de unctioe adhibenda in Consecratione Altaris; & expressè pariter loquitur de Chrismate, quo ungi debent Calix, & Patena, quando consecrantur.

VIII. Gavant. pag. 65. col. 2. ead. lit. h *Hinc fit, quòd non omnibus licet hac vasa tangere.*) Auctor libri Pontificalis in S. Sixto Romano Pontifice, qui Anno Domini 116. Romanam Ecclesiam regendam suscepit, as-

serit dictum Pontificem constituisse, ut sacra vasa ab aliis, quàm à Sacris Ministris non tangerentur; & ideò hoc vetuit, quòd tam Calix, quàm Patena erant vasa consecrata: idem decrevit postea Concilium Lateranicum à Gavanto allegatum, & Antiochenicum 363. celebratum; in quo Canon 21. sancitum est, Subdiaconum non debere contingere vasa Sacrata: & Concilium Agathense, Anno 506. sub Symmacho *Can. 66.* statuit, non oportere Sacratos Ministros contingere vasa Dominica: Subdiaconis tamen facultas ista est in Concilio Bracarensi sub Johanne III. An. 563. *Can. 10. Placuit ut non liceat cuilibet ex Levitibus Sacri Altaris vasa portare, nisi his, qui ab Episcopo Subdiaconi fuerunt ordinati.* Ex Ordine tamen Romano 5. pag. 68. manifestum est, etiam Anselmo in Ecclesia Romana, eandem licentiam concessam fuisse.

IX. Præterea hic quaeritur: si Sacerdos bona fide adhibeat Calicem non consecratum, an egeat consecratione: Diana *part. 2. tract. 14. de celebratione Missæ, resol. 65. part. 5. tract. 16. resol. 60.* tenet, in casu predicto, Calicem non consecratum non egeat amplius consecrari; & eandem sententiam tuentur Trimarchius, Peyrinus, & alii, quos citat, & sequitur Nîger in *Addit. ad Ritualem part. 6. animad. 8. n. 4.* Alii verò idem non esse dicendum sustinent, etiam si malè de quis celebret in Calice, & Patena consecratis. Ita Sà *verbo Eccles. n. 19.* Tambur. *opusc. de Sacrif. Missæ lib. 1. cap. 1. n. 2.* quibus adhærere videtur Henricus Pisart in appendice, ad expositionem Rubricarum Missalis n. 5. ea ratione motus, quòd ad rationem peccati quidem in similibus aliquid facere potest bona fides, quòd non in cit mala fides, nimirum, qui ignoranter Calice non consecrato utitur, utique non peccat; si verò scienter, & mala fide Calicem non consecratum in Sacrificio peragendum quis adhibeat, à gravi peccato non excusetur.

tur. Cæterum, si in primo casu ratione contactus Sacramenti Eucharistici consecrantur Calix, & Patena; ratione ejusdem contactus, etiam in secundo casu, eadem Altaris vasa consecrata evadent, & apta ad Sacrificium reddentur.

Attamen Card. de Lugo de Euch. disput. 20. n. 91. Suarez disp. 91. scilicet 7. §. Alia autem formas & alii quos citat, & sequitur Paulus Maria Quarti in Commentariis ad Rubr. Missal. part. 2. tit. 1. dub. 3. & mox laudatus Pilart, ibidem, negant, in dictis calibus vasa non consecrata, non indigere alia Consecratione: quia ea, quæ pendunt ex institutione Ecclesiæ, non possunt suppleri alio Ritu diverso ab eo, quem Ecclesiæ designat, & determinat. Cum autem Consecratio, qua vasa Altaris redduntur apta ad Sacrificium, fuerit instituta ab Ecclesiâ sub certis, & determinatis Ritibus, & verbis per determinatas personas adhibendis; hinc fit, quod non adhibito tali Ritu, & tali forma verborum, per idoneam personam, nunquam evadunt vasa consecrata; id est Calix, & Patena non redduntur apta ad Sacrificium: & quamvis Sacramentum Eucharistiæ sit dignissimum, plus quam sit unctio Chrismatis & Benedictio Episcopalis; nihilominus non habet alios effectus, quam quos ipse Christus illi attribuit suo fini proportionatos. Quapropter non habet effectus aliorum Sacramentorum, nec Sacramentalium, quæ ex libera institutione Ecclesiæ dependent. Juxta hanc sententiam etiam Corporale, mappa, & vestes Sacerdotales, quæ verè benedictæ non sunt, proportionabiliter tales non evadent, nisi per Benedictiorem in eum finem ab Ecclesiâ institutam: & Templâ non consecrantur per Missas in eis dictas; sed per solam formam, & Ritum ab Ecclesiâ institutos, ad Consecrationem inducendam in Templâ prædictâ.

X. Gavant. pag. 65. col. 2. lit. i. *Quæruni: An sit benedicendum? &c.* Quam Gavant. Rubr. Miss.

vis Suarez teneat, purificatoria non esse benedicenda; nihilominus ex verbis Gavanti, & ex ratione ab ipso allegata, concludendum videtur pro Benedictione purificatorii; cum Sacrificium sine eo commodè fieri non possit: cui accedit, quod quamvis non assignetur peculiaris Benedictio pro velis; dicat tamen, se existimare, ea cum aliis vestibus benedicti solita; ut videre est inferius, ubi loquitur de velo serico, &c. Sed fortior ratio, quæ militat pro Benedictione purificatorii, est, quia magis propinquè Sacrificio inservit purificatorium quam velum; ut optimè ponderat Pilart loco superius citato n. 6. ubi subnequit, quod cum quandoque aliqua particula Corporis, aut gutta Sanguinis Domini purificatorio adherere possint ex Calicis extersione, aut absterfione digitorum, in negligentibus præsertim, & minus accuratis Sacerdotibus; hinc eadem benedicenda esse censet, nec laicorum manibus tractanda, adhærens sententiæ Layman. tract. 5. cap. 6. Quoniam verò purificatorii pariter peculiaris non reperitur Benedictio, sumatur, inquit, una, quæ convenientior apparet, v. g. Benedictio linteaminum, mutata in secunda Oratione, voce *Altare*, in vocem *Calicem*. De his, & aliis Benedictionibus paramentorum, infra cum eodem Gavanto sermone habebimus.

XI. Gavant. pag. 66. col. 1. lit. m. *Ani-quitus enim Corporale quoque tegebat Calicem altera sui parte.* Verissimum est, quod antiquitus Corporalia longiora, & latiora fuerunt, quam nobis sint in usu: unico enim Corporali tota tegebatur ara, & à parte posteriori, supra Calicem elevabatur, eumque contegebat; & hinc vocabantur pallæ, nec aliæ à Corporali distinctæ tunc adhibebantur pallæ; talibusque magnis Corporalibus adhuc utuntur PP. Carthusiani antiquis Ritibus addictissimi, necnon Ecclesiâ Lugdunensis in Gallia; ut refert D. Du Moleon in suis itineribus Liturgicis Gallicè exaratis.

pag. mihi 57. & pag. 60. Ita pariter viget hic usus in Ecclesia Sanctæ Crucis Aurelianensi, ut tradit idem Auctor p. 200. & in Ecclesia B. V. Rothomagensi, ut idem refert pag. 286. & hinc est, quod Johannes Stephanus Durandi *lib. 1. de Eccl. Ritib. cap. 12. num. 8.* asserit, Romanos, Italos, & Alemanos, duobus Corporalibus uti, quorum utrumque purè lineum esse debet; Gallos verò uno tantum. Nomine secundi Corporalis intelligitur parva palla, qua nunc communiter adhibetur ad Calicem contegendum, quæ est à Corporali distincta, sed ejusdem materiæ cum ipso, cum quo pariter benedici debet, ut inferius dicitur. Agit eruditè de Corporali Joseph Vicecomes *vol. 4. suarum observ. Eccl. lib. 7. cap. 1. & seqq.* Card. Bona *lib. 1. cap. 25. §. 11.* Antonius Bellotte in *sui observ. ad Ritus Eccl. Laudunensis pag. 454. & seqq.* Claudius de Vert *tom. 3. super Rubric. 69.* Lazarus Andreas Bocquillot in *suo tract. histor. de Sac. Liturg. cap. 5. pag. 88.* Videri etiam possunt Ordo Rom. 1. n. 12. & Ordo 2. inter evulgatos à Jo. Mabillon n. 9. Item Ordo 6. n. 7. qui ibi de Sacris Corporalibus mentionem faciunt.

XII. Gavant. pag. 66. col. 1. ead. lit. m. *Qui duplicem adhibent pallam, alteram pro Calice, alteram pro Hostia, non sunt reprehendendi.* Hic usus duplicis pallæ, unius ad cooperiendum Calicem, alterius, super qua collocatur Hostia, ante, & post Consecrationem, usque ad usum Patenæ; ut facilius colligantur fragmenta; hic inquam usus à S. Cajetano, & à Paulo IV. Summo Pontifice Congregationis nostræ conditoribus, ipso nascentis Religionis suæ exordio inductus fuit, & à Clemente VII. Pontifice Maximo approbatus; ut latè ostendit Joseph Silos in *Histor. ejusdem Congregat. Cleric. Regul. tom. 2. lib. 9. pag. 390. & seqq.* necnon Franciscus Maria Magius in *suo Galateo Religioso discuss. 20.* Et Pasqualigis de Sacrificio novæ Legis *quæst. 792.* Hunc nobis alterius pallæ usum commendarunt pariter alii Summi

Pontifices, necnon nonnulli Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & denique Petrus Ruz de preparat. Sacerdotis §. 11. *fol. 266.* Johannes Alcozer tract. de Missa Privata *fol. 960.* Trimarcus in *Cerem. & Nupt.* in addit. ad Ruiz *part. 1. præsup. 3. quæst.* quos refert laudatus Magius *citato loco.*

XIII. Gavant. pag. 66. col. 1. ead. lit. m. *Non tamen imitandi sunt ab aliis.* Hic Gavanti sententiæ negantis hujus pallæ adhiberi aliis Sacerdotibus, adherent noster Megardus *tom. 2. variarum resol. 199.* & Paulus Magius *Quarti in Rubricis Missalis par. 2. tit. 5. §. 3. dub. 4.* cui videtur talis Ritus permissus personalis; & ideo personas, quibus permissus non egrediens. Sed his non obstantibus in nostris Ecclesiis, omnes externi Sacerdotes hanc pallam posse in Divinis Ministeriis usurpare, tenent ex nostris Molphey in *Summa tract. 9. cap. 11. n. 61.* & Jo. Joseph Silos, Franciscus Magius *locis citatis* & Pasqualigis de Sacrific. Missæ *quæst. 791.* hac ratione permotus, quia usus hujus pallæ sub hostia non importat diversum Ritum à Romano; sed potius accessionem quandam ad eundem Romanum Ritum commendandum, ut decentiori modo se habeat. Hic usus ex eodem Pasqualigo, hujus pallæ sub Hostia inductus est; ut fragmenta ipsa remaneant, & possint facilius colligi & in Calicem immitti. Et proinde talis usus est inductus tanquam observantia interpretativa ordinarii Ritus, reducens ipsum ad majorem commoditatem colligendi fragmenta. Siquidem Ritus ordinarius est, quod Hostia ponatur super Corporali; & hic Ritus observatur secundum substantiam; sed per circumstantiam, quod ponatur super Corporali, tanquam adjuncta à reliquo Corporali, quia ratione circumstantiæ huiusmodi provenit facilius collectio fragmentorum. Igitur, cum declaratio virtutis contineatur in declarato, ut observatur in *de Sacerdot. Consil. 243. in fine*, Socin Jun. *fol. 95. num. 74.* hinc potest uniusquisque

sequi hanc interpretativam observantiam, seu declarationem, ubi eam reperit: quia non erit sequi novum Ritum, sed ordinatum declaratum ab observantia. Hanc Pasqualigis sententiam, quoad hanc partem non improbat Tonellius in suo Sac. Ench. lib. 2. tit. 1. n. 6, nec Bulla S. Pii V. in *Missali Rom.* edita, hanc Ritum, & hanc consuetudinem abrogavit: sed potius excepit illis verbis, nisi consuetudo ab ipsa prima institutione à Sede Apostolica approbata sit; id quod observat Pasqualigis in citata *quæst.* 793. ubi pariter negat contra Paulum Mariam Quarti; quod talis Ritus, seu pallæ usus sub Hostia, dicendus sit personalis: quia non continet aliquid concessum personis; sed est ipsemet Ritus Romanus, cum circumstantia speciali declarativa; seu sic interpretatus, ut commo-
diori modo, & decentiori peragatur.

Idem Pasqualigis in eadem quæstione sustinet, etiam omnes eos, qui Ritui Romano non sunt addicti, posse usurpare hunc pallæ usum, in quibusvis Ecclesiis: quia etiam ipsi possunt recipere aliquam interpretationem, seu additamentum circumstantiæ supra Ritum proprium, quod concernat majorem decentiam, & securitatem, nimirum, ne Sacra Hostiæ fragmenta pereant. Idemque ibidem asserit multò magis probabile esse, quòd unusquisque Ritui Romano addictus, extra Clericorum Regularium Ecclesias amplecti possit hujus pallæ usum, ob supradictam rationem; & hanc eandem sententiam docuit, finalitque ad praxim deduci Doctissimus Cardinalis Baronius Sacrorum Rituum zelo, & peritiâ nemini secundus: quippe cum Turitione (ut refert Silos *rom.* 2. *Historia Cong. Cler. Regul. lib. 9. fol. 389.*) *Qua urbs est in Aragonia, Sacra administraret Diacrus Tespes, Antistes quâ doctrinis, quâ probitate conspicuus: torquibat hunc ea maxime cura, ne quid fragmentorum è Missa Sacrificio deperiret. Videbantur namque sibi haud ita accuratè colligi posse, quin diligentiam ali-*

qua effugerent. Cumque creveret in dies stimulus, atque acriter vellicaret, prescribere ad Casarem Cardinalem Baronium rem statuit: ratus fore, ut vir Sapientissimus, aut presentis aliquo remedio fragmentorum jactura occurreret, aut saltem animam componeret plus nimio anxium. Et Baronius quidem cum alia quadam in rem opportunè Episcopo significavit; tum illud addidit, percommodatam nempe fore pallam, quâ ex laudabili instituto, Regulares Clerici uterentur. Quod ubi Antistes re ipsa comprobavit, & adhibuit ipse Ritum, & in morem sua in Ecclesia subinde induxit, qui hodieque perdurat. Hactenus Silos. Exemplum literarum Cardinalis Baronii fatetur laudatus Magius apud se habuisse; & adstruit, in Archivo illius Cathedralis Ecclesiæ Turitionensis autographum extare.

XIV. Gavant. pag. 66. col. 1. lit. n. *Elino conjicitur fuisse.*) Quamvis antiquitus velum, quo Calix tegebatur, lineam fuerit; præscribitur tamen à Rubrica, velum Calici imponendum, debere esse sericum, coloris convenientis.

XV. Gavant. pag. 66. col. 2. lit. q. *Neque benedicatur palla separatim.*) Certissimum est, Corporalia simul cum palla esse benedicenda, una, & eadem Benedictione: & sicut præscribitur hoc de palla, qua tegitur Calix; idem dicendum est de altera palla, qua utimur nos Clerici Regulares; de qua mox mentionem fecimus. Rursus advertendum est, sub die 22. Januarii, Anno 1791. emanasse hoc Decretum -- In Sacrificio Missæ non est adhibenda palla à parte superiori drappo serico cooperta. Ita S. R. C. in una *Camaldulensium ad 6. dubium* - Pallæ igitur, quamvis modò à Corporali sejunctæ, semper tamen debent esse ex eadem materia confectæ, ac Corporalia ipsa, nempe ex candida, subtili, sed firma tela, semperque etiam nitidæ, & mundæ esse debent.

XVI. Gavant. pag. 67. col. 1. eadem lit. q. *Unde & eodem cultu veneranda sunt.*) Hanc sequelam, quam ex Canone *Sacras de Con-*

sec. dist. 7. deducit Gavantus, non approbat Henricus Pisart in sua appendice superius citata §. 6. quoad pallam Calicem tegentem, scilicet eodem cultu venerandam esse, quo Corporale: alia siquidem res erat, quando non separabatur ab ipso Corporali. Quidquid tamen sit de intellectu præfati Canonis, quia talis palla immediate Christi Sanguinem respicit, & tegit, in veneratione semper eam haberi decet. De altera verò palla, quam nostra adhibet Congregatio, super qua ponitur Hostia consecrata, nemini dubium esse potest, quin summa veneratione sit contrectanda, & non possit à laicis, neque à Sacris sceminis tangi, nisi post ejusdem abluionem ab aliquo Diacono factam; ut de Sacris Corporalibus præscribitur in capite, *Nemo per ignorantiam de Consec. distin. 1. ubi ita disponitur: Pallas verò, & vela Sanctuarii, si sordidata fuerint ministro, Diaconi cum hominibus Ministris intra Sanctuarium lavent, non ejicientes foras à Sacrario: & velamina Dominice mensæ abluant, ne forte pulvis Domini Corporis malè decidat &c.*

Utrum autem graviter peccent Sanctimonialia, ac laici, qui Corporalia primum lavant, controvertitur à Doctoribus. Affirmativam sententiam tuetur Villalob. part. 1. sum. tract. 8. diffi. 29. n. 5. & eos à mortali solum excusat, qui summis digitis sicprehendunt, ut nihil nisi extrema contingant; neque manus aut digitos in eandem aquam immittant. Venialiter verò peccare Sanctimonialia, & laicos, si Corporalia, purificatoria, & pallas in prima lotione lavant, censent Ludovicus à S. Johanne in summa quest. 11. de Euchar. art. 19. d. 2. diffi. 3. Paulus Maria Quarti in Kubricis Missali part. 2. tit. 1. sect. 2. dub. 6. necnon Pasqualigus quest. 795. hac ratione ductus: quia, quod prima lotio fiat à laicis, non dicit aliud supra lotionem, quæ fit à personis Sacris, ratione cuius prohibita esse possit quoad laicos, nisi contactum: sed si Corporalia tangantur à laicis

sine contemptu, tradunt communiter, veniale peccatum: imò quamplures, & causa id fiat, nullum intervenire peccatum censent: ergo idem dicendum, si primo Corporalia vel à laicis, vel à Sanctimonialibus abluantur. Mox allegati Auctores, præsertim verò Pasqualigus, tenent, quod quisvis debeat, ut aqua, in qua Corporalia purificatoria abluta sunt, in peculiarem cinam, quæ Sacrarium appellatur, debeat projici; peccatum tamen nullum esse, si solo contemptu, eam extra Sacrarium incum decentem projicere: quia ea de re nullum præceptum extat; & dictum Canon *Nemo per ignorantiam*, quoad hanc purificationis esse tantummodo directivum: quod propter id solum omnino servandum est, quod exigitur ex ipsa natura rei, scilicet, ne in locum immundum dicta aqua projiciatur. Sed venià tanti viri contraria sententia amplectenda, præsertim prima, quæ in Ordine Romano allegato etiam à Josepho cecomite tom. 4. lib. 1. cap. 8. observata, & in ecclesiast. præscribitur, quod: *ubi palla corporalis lota fuerint, nullum linteamen ibidem aliud lavari; sed ipsa aqua in Baptisterio abeverti.*

XVII. Gavant. post Rubr. n. 2. pag. 68. col. 1. lit. q. *Paramenta non debent ponitari, in quo Missa est facienda, nisi per Episcopos, & Cardinales* (Non solum Episcopi, & Cardinales, sed etiam Prælati Episcopis inferiores, qui Pontificaliam utuntur, Sacras vestes ex Altari sumere possunt; sed solum quando pontificaliter Dominis vacaturi sunt; prout declaravit, & decrevit S. R. C. 27. Septembris 1659. in d. gen. §. 11. quod datum est in nostro lib. num. 348.

XVIII. Gavant. pag. 68. col. 1. lit. y. *stis autem; & consuevit sibi invicem servare.*) Concilium Tridentinum sess. 14. c. 6. de Reform. & sess. 22. cap. 1. pariter de Reform. varia præscribit de vestibus, & consuetudinibus Clericorum. Accedunt pariter in quibusdam

Dieceſibus varia Decreta Synodalia, & Episcoporum ſanctiones, quibus Clerum ſuum ad decentiam, & veſtium Clericalium modetiſſimam inſtruunt, & dirigunt. Præſertim vero in Concilio Romano celebrato Anno 1725. à Benedicte Papa XIII. tit. 16. cap. 3. ſancitum eſt, quòd, qui ignominiam ſecularis habitus, & comas capitum pro Chriſti amore depoſuerunt, veſte, ac tonſura Clericis congruente ſemper utantur; comamque fictitiam, vulgò *Perucca*, aut *Cerchi-tti*, vulgò *Girilli*, nunquam adhibeant. Sed ante præſati Concilii ſanctionem editum jam fuerat Decretum, in quo præſcribitur, quòd Miſſa non poteſt celebrari cum caſaric ficta. Ita S. R. C. 3. Auguſti 1652. in *Milevit. na.* Datur hoc Decretum in noſtro Indice ſub n. 308.

XIX. Gavant. pag. 68. col. 1. lit. z. *Rochettum dicitur linea, &c.*) Statutum eſt, quòd Regulares rochetum non deferant; niſi ex tali ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat. Ita S. R. C. die 27. Septembris 1659. in Decreto generali §. 9. & in noſtro Indice datur hoc Decretum ſub n. 346.

XX. Gavant. pag. 70. col. 1. lit. c. *Ab amictu dicitur amictus.*) Amictus inter veſtes Sacerdotales hodie in Romana Eccleſia primum locum tenet; induitur enim ante omnem aliam veſtem: antiquitus verò vige-
bat uſus accipiendi amictum poſt albam; ut colligitur ex Ordine Romano §. ex vulgatis à Johanne Mabillon *com. 2. ſui Muſai Itali i.* Miſſale pariter plenarium Vaticanum, An-
norum ſuprà ſeptingentorum, relatum à Dominico Georgio, loco inferius citando, præcipit pariter amictum ſumendum poſt albam, & cingulum, adjecta illa precatone, quæ refertur ab eodem Georgio. Hic uſus induendi amictum poſt albam, perſeverat adhuc in Eccleſiis Lugdunenſi, & Mediolanenſi: etenim in Miſſa Ambroſiana, juſſu S. Caroli edita, poſt cingulum præcipitur, ut imponatur amictus: ſed Miſſale Romanum Valli-
cellanum ſæculi 11. accipiendum amictum

ante albam indicat: unde colligitur, ante prædictum ſæculum in Romana Eccleſia hunc morem invaluiſſe, induendi amictum ante albam, & quancunque aliam veſtem Sacerdotalem. Præter ea, quæ tradidit Gavantus hic de amictu, videri poſſunt, quæ fuſiori calamo exaravit Joſeph Vicecomes de Miſſæ Apparatu lib. 2. cap. 3. & ſeqq. ubi agit de nominibus variis, quibus hæc veſtis appellata fuit; idem de materia, forma, vario uſu, nec non de veteri more adhibendi amictum in Chriſtianorum Sacris, Legi pariter poterunt ea, quæ de amictu tradidit Andreas Du Sautſlay in Panopl. Sac. lib. 1. à pag. 1. uſque ad 8. Card. Bona lib. 1. *rerum Liturg. cap. 24. n. 3.* Antonius Bellotte in ſuis obſer. ad Ritum Eccl. Laudunenſis pag. 240. Lazarus Bocquillot in ſuo tract. hiſt. de Liturg. cap. 7. n. 4. & recentiſſimè Dominicus Georgius tom. 1. de Liturg. Rom. Pont. cap. 15.

XXI. Ga ant. pag. 70. col. 1. lit. d. *Oſculatur illum in medio, &c.*) ſacerdos ſibi amictum imponens, oſculari eum debet in medio, ubi eſt formata Crux: ſi autem careat amictus Cruce; vel mutetur, vel pollice imprimatur Crux, ſi commodè fieri poteſt; ut aliquò modo Crux oſculetur. Angel. part. 1. tit. 1. n. 1. & part. 3. tit. 1. n. 20. Oſculatum amictum debet Sacerdos immediatè inducere non ſuper collum, ſed priùs ſupra caput, & deinde eo veſtium collaria circumtegere. Hinc graviter invehitur Gerlacus Vintonor part. 2. tit. 1. n. 28. in Sacerdotes collaria ſua ante celebrationem deponentes; eam Rubricæ collaria amictu tegi debere, clarè præſcribant.

XXII. Gavant. pag. 70. col. 1. lit. e. *Poderis eſt appellata, &c.*) Deſcribit hic Gavantus albam, nempe ſecundam veſtem Sacerdotalem: verùm qui plura ſcire deſiderant de variis alba nominibus, veteri more eam induendi, de materia, ex qua conſci debet, necnon de ejuſdem forma, origine, & aliis hujusmodi, evolere poterunt Joſephum Vicecomitem ſupracitatum à cap. 7. uſque ad cap.

12. & Andream du Saussay, qui toto lib. 2. sua *Panoplia Sacerdotalis*, nempe à pag. 13. usque ad 34. de hac materia eruditè disserit; Card. Bona loc. cit. §. 4. Antoniam Bellotte loc. cit. pag. 242. Lazarum Bocquillot. cit. loc. n. 6. & Dominicum Georgium cit. loc. cap. 16.

XXIII. Gavant. pag. 70. col. 2. lit. f. *Motus enim naturalis à dextra est in sinistram.*) Albæ manica dextra (elevante illam, & extendente Ministro) imponenda est brachio dextero, depositâ, & convolutâ supra humerum sinistrum, & super brachii sinistri partem superiorem ejusdem albæ parte sinistra; ut Sacerdotis manus sinistra expeditior sit ad vestiendum dexterum brachium: postmodum manica sinistra elevata pariter à Ministro, sinistro brachio aptetur per ministerium manus dexteræ Sacerdotis, & Ministri. Ita Castaldus, Tonellius, Bonamicus, quos refert, & sequitur Hippolytus à Portu in suis annotationibus ad hanc Rubricam n. 6.

XXIV. Gavant. pag. 70. col. 2. lit. g. *Cingulum nominat, &c.*) Vinculum, seu subligaculum illud, quo Sacerdotes albam præcingunt, tribus nominibus compellatum est, nimirum cingulum, zona, & baltheum, ut ex veteribus Auctoribus collegerunt Joseph Vicecomes loco superius allegato cap. 13. necnon Dominicus Georgius cit. loc. cap. 17. Inter vestes missales, præfatum cingulum, alii secundo, alii tertio loco collocarunt; ut tradit laudatus Vicecomes. Alia nonnulla ad hoc vestimentum Sacerdotale spectantia, nimirum, qui fuerint cingulorum colores, quæ materia, quinam Ritus in eo præcingendo, quæ preces recitandæ &c. latè explicant mox allegati auctores, necnon Antonius Bellotte loco superius cit. pag. 245. & Andreas Du Saussay, toto lib. 3. sua *Panoplia Sacerdotalis* à pag. 34. ad 62. Die vigesima Januarii 1701. emissum fuit à S. R. C. hoc Decretum circa cinguli materiam -- Sacerdotes in Sacrificio Missæ congruentius utuntur cingulo lineo, quàm serico. Ita respondit S. R. C. in una *Camaldulensium* ad 7. *Audiam* -- Et sub die 8. Ju-

nii 1709. in una *Bracaren.* ad 4. *dubium*, S. R. C. declaravit, Sacerdotes posse uti cingulo coloris paramentorum. Primum ex illi Decretis datur in nostro Indice sub n. 577. secundum verò sub n. 616.

Romanus Pontifex præter cingulum albet etiam succinctorium, cujus nomine venit subcingulum illud, quod dependet à cingulo, quo stola Pontificis cum ipso cingulo colligatur. De hoc succinctorio mentiones faciunt Innocentius III. lib. 1. *Mysterium Massa* cap. 52. & Gulielmus Durandus in *litt. rationali* &c. lib. 3. cap. 1. n. 4. Honorius Augustodunensis, *Gemma animæ* lib. 1. cap. 20. Hugo à S. Victore de *Sacramentis* lib. 1. cap. 49. & Cardinalis Bona *rerum Liturg.* lib. 1. cap. 24. §. 15. qui tradit, neminem bonæ Ecclesie Latine uti succinctorio, nisi solus Romanus Pontifex, quando sollempnè celebrat; ac esse instar parvi cujusdam manipuli, & à sinistro latere pendere: & eodem in Ceremoniali S. R. E. à Marcello Cyrensi edito, fit mentio de succinctorio Romani Pontificis in lib. 2. cap. 14. In Ceremoniali verò Episcoporum nulla fit mentio prædicto succinctorio: nihilominus succinctorium fuisse unum ex novem ornamentis Episcoporum, tradit D. Thomas lib. 4. *Magistrum Sententiarum dist. 24. art. 3.* Rufus de Episcoporum succinctorio mentionem etiam faciunt Bruno Episcopus Signinus, qui obiit Anno Domini 1111. nec non Sicardus Cremonensis, relati à Georgio mox cit. qui subnectit, se censere, omissum fuisse succinctorium ab Episcopis, ex quo iis, ex Ceremoniali Episcoporum præscripto, stola aptatur modo diverso: nam disponitur 1. 5. 2. 4. 8. §. 14. ut ad eam commodius aptanda chordulæ retrò, & antè ipsi stolæ annexatur, quibus firmari possit, ne huc illucque vegetur. Hæc citatus Georgius.

XXV. Gavant. pag. 70. col. 2. lit. h. *Mappalam Ordo Romanus appellat, quæ præta oculorum, &c.*) Cardinalis Bona lib. 1. *rerum Liturg.* cap. 24. §. 5. adstruit, quod

Mappula, sive sudarii linteus usus duravit, donec in locum ejus manipulus, non ad tergendas fordes, sed ad ornatum susceptus est; qui propterea ejus materie, & textura est, ex qua stola, & planeta fieri solent. Deinde subnectit, se conjicere, hanc mutationem mappulae in manipulum secutam esse Seculo decimo, ex quo Alcuinus, & Amalarius, qui Seculo nono vixerunt, mappulae usum tunc viguisse ostendant. Verum huic sententiae Cardinalis Bonae opponitur Dominicus Georgius tom. 1. de Liturg. Rom. Pontificis cap. 30. §. 3. ubi ex aliquibus antiquitatis monumentis, editis post praedicti Sapientissimi Cardinalis decessum, demonstrat, manipuli nomen in ministerio Altaris, antiquius esse Seculo 10. In Codice siquidem Monasterii S. Dionysii in Francia, sub Caroli Magni tempora scripto, inter preces ad Sacra indumenta accipienda, habetur Oratio ad Manipulum. Ita ex Martene part. 1. de veteribus Ecclesiae Ritibus lib. 1. cap. 4. art. 12. colligit laudatus Georgius, qui deinde subdit, quod Wifredus Comes Barchinonensis, & Widinillus Comitissa, A. D. 88. 12. Maji, quo die dedicata est à Godemaro Episcopo Ausonensi Ecclesia S. Mariae Rivipullensis, tradiderunt eidem Ecclesiae, vel praedicto Pontifici, id est Comitibus Calicem, & Patenam de auro, Missale, Lectionarium, planetam, & albam, stolam, & manipulum. Haec eruit praefatus Auctor ex appendice Marcae Hispanicae num. 45. pag. 817. Praeterea non debeo, eundem Dominicum Georgium, in eodem e. uditissimo suo opere lib. 2. cap. 4. §. 2. referre ex Mabillon. Annal. Bened. lib. 25. §. 33, ad A. D. 781. donationem Aldegiastrii Monasterio Obonensi apud Astures factam, cujus verba sunt: ad ornamenta verò Ecclesiae (dant) octo vestimenta (forte ad ornandum Altare) tres mantos, seu casulas, sex stolas, & quinque manipulos, quatuor Corporalia, & quinque pallas, & sex sabanas, seu manuergia, duas literas, & quatuor sine serico: unam cuppam sericam,

& tres Calices, duos scilicet ex argento, & unum ex terra; unum Missale unam Cracem ex argento, & duas ex ligno, quatuor frontales ex serico, duas campanas ex ferro. De libris: Lectionarium, Responsorium, duo Psalteria, unum Codicem dialogorum, scilicet S. Gregorii, & unam regulam de Ordine S. Benedicti &c. -- Facta Charta Testamenti 16. Kal. Februarii era octingentesima decima octava: hoc est A. D. 781. Ex quibus clarè evincitur, non solum seculo 9. sed etiam seculo 8. & rem, & nomen manipuli inter Sacras vestes fuisse.

XXVI. Gavanti pag. 71. col. 1. lit. h Rupertus loco citato, qui primus inter Scriptores eum; manipulum appellavit.) Noster praeclearus Auctor, adhærens sententiae Josephi Vicecomitis, qui Volum. 4. suarum obser. lib. 2. cap. 34. asserit, manipuli usum in locum lintearum syndonis non nisi Ruperti Abbatis aetate, hoc est A. D. 1120. introductum fuisse; noster inquam Auctor, tali sententiae inhærens, cum eodem Vicecomite asserit, quod Rupertus Abbas primus eum, manipulum appellavit. Verum ex praedicta Aldegiastrii donatione, & ex aliis, quae mox attulimus, corrumpuntur ejusmodi opiniones: constat siquidem, ante Ruperti tempora, manipulum fuisse in usu, & inter Sacras vestes enumeratum fuisse, ejusque nomen ante Rupertum reperiri expressum. Quae dicta sunt in Vicecomitis, & Gavanti sententiam, refellunt etiam opinionem Claudii de Vert; cui placet, mutationem mappulae in manipulum seculo tantum duodecimo contigisse; quamvis non ignoraret, manipuli vocem ante illud seculum in usu fuisse, tom. 2. pag. 319. Ultimo loco adnotare lubet eum Card. Bona, manipulum proprium Subdiaconi indumentum, ut Scholastici existimant, veteri usu non fuisse; ut colligitur ex Lanfranco Cantuariensi, qui epistola 13. dicit: In Cenobiiis Monachorum, etiam laici, cum albis induuntur, ex antiqua Patrum institutione solent ferre manipulum. Verum haec consuetudo, ut

ut in notis ad eandem epistolam, vir eruditus Lucas Dacherius observat, abrogata postmodum fuit in Concilio Pictavienli sub Paschali II. cap. 5. statuente, ut nemo Monachorum deinceps manipulis utatur, nisi fuerit Subdiaconus. Manipulo nostro respondet apud Græcos epimanicum, de quo agit Goarin notis ad Chrysofolmi Liturgiam num. 12. Cum planeta totum corpus ambiret, ut infra videbimus, manipulus extremo loco, brachio expedito imponebatur: & hic Ritus tunc omnibus Presbyteris communis, nunc in solis Episcopis remansit; quibus peractâ Confessione à Ministris imponitur: prisco autem more, post Confessionem casula elevari solebat; & tunc à Ministro imponebatur Sacerdoti manipulus. Alia ad manipulum spectantia, videri possunt apud mox allegatos Auctores, necnon apud Andream Du Saullay lib. 4. sua *Panoplia Sacerdotalis*; & apud Antonium Bellotte in suis obser. ad Ritus Ecclesiæ Laudunensis pag. 247. ac Claudium de Vert tom. 2. *suarum explic. Sac. Cerem. pag. 311. lib. 2. cap. 2. & alibi.*

XXVII. Gavant. pag. 71. col. 1. lit. l. *Ligari verò debet manipulus infra cubitum.* Huic Gavanti sententiæ adhærent Tonellius, Bonaricus, Cabrinus, & alii, quos refert Hippolytus à Portu in suis adnot. ad tit. 1. Rubr. 3. num. 10. In hac eadem sententia verlatur pariter Bauldry part. 1. cap. 17. num. 9. E contra verò sustinet, manipulum imponendum esse supra cubitum, Lohner part. 6. tit. 1. §. 7. lit. l. cui adhæret Hippolytus à Portu est. loc. ex eo, quia si manipulus ligetur supra cubitum, minus impediēt Sacerdotem in suis functionibus; & post Consecrationem nullum erit periculum tangendi, & extrudendi Sacratissimam Hostiam extra Corporale, imò etiam extra Altare: certum præterea est apud omnes, firmandum esse manipulum aciculis, aut chordulis, ne decidat è brachio Sacerdotis.

XXVIII. Gavant. pag. 71. col. 1. lit. m

Accipiens stolam, &c.) Hoc nomen apud profanos Scriptores, tam Græcos, quibus fluxit, quam Latinos, qui illud parunt, muliebrem vestem significat, ut loquuntur usque demissam. Erat autem proprium matronarum vestimentum; ut docet Celsus Ferrarius de re vestiaria lib. 3. cap. 1. Et Lazarus Baylius in cap. 17. lib. 1. parte de re vestiaria; adeo ut impudicæ mulieris nota foret brevior tunica; & Tertullianus lib. de pallio cap. 4. inter signa ejuratae pudicitie recenset matronam in publico sine brachio. Interdum tamen sumptam legimus etiam pro totius corporis indumento, & tunicae generi, non solum mulierum, sed etiam virorum usui accommodata, tam in profanis quam in Sacris literis. Hinc Nonius Marcellus in lib. de proprietate serm. cap. 14. servavit, stolam veteres nominasse, non vestem solum, sed etiam omnia quæ corpus teget: hinc etiam Genuinus 41. legitur, quod cum Pharaon constitisset super universam Terram Ægypti, constitit eum stola byssina: & ipse Joseph Gen. 45. singulis fratribus suis proferri iussit stolas, id est vestes mutatorias; ut deposita, festiviore die allumere possent. Eodem sensu usurpatur pro tunica mulieris in lib. Jud. cap. 16. ubi dicitur: *Accipiens stola ad decipiendum illum:* quapropter stola proprio usu, non aliud fuit, quam tunica talis seu vestis ab humeris antè, & retrò ad pedes usque profusa. Hinc Durandus in Rationari lib. 3. cap. 5. n. 6. dicit, quod: *Stola candida fuit vestis candida, peringeris vestis vestigia, qua Patriarcha utebantur ante Legem quam primogeniti, cum Benedictionem patris acciperent, inducebant, & Domino victimam. Pontifices offerebant: sed postquam alba vestis portari, mutata est in torquem.* Quapropter optimè dicit Gulielmus Burius in suo etymologico v. *Stola*, quod Canonici quidam Augustiniani pro magistro rochetto, tantum fasciam aliam lineam portant, instar parvi scapularum

ita modo stola, quæ quondam integra erat vestis, est tantum aliqua fascia à collo Sacerdotis hinc inde dependens, data Presbyteris, & Diaconis, quorum munus est prædicare verbum Dei; à quibus fertur super uno tantum humero sinistro sub axillam dexteram connexa, ad distinctionem Sacerdotum, qui utroque humero portant à collo quidem ante pectus in modum Crucis cingulo conjunctam, quando celebrant; solutam vero hinc inde, quando ab ipsis adhibetur in aliis Sacris ministeriis una cum superpelliceo: sicut etiam hoc modo gestatur ab Episcopis, ut videbimus infra; etiam cum Sacris operantur, ob rationem, quam paulò inferius adducit Gavantus.

Stola igitur, de qua nunc est sermo, & cui quartum inter vestes Sacerdotales locum veteres Christiani attribuerunt (vel quia tunc non adhibebatur manipulus; vel quia hic ultimo loco imponebatur, ut videbimus) ab Auctoribus Ecclesiasticis optimè describitur: quòd sit vestis Sacra, longa, non lata, & veluti torques à collo demissa, & ad anteriora descendens usque infra genua Sacerdotis Divino ministerio defungentis. De origine, de antiquo usu, de materia, de forma, de colore, & de modo induendæ stolæ, præter antiquos Liturgicos Auctores, Albinum Flaccum, Aleuinum, Rabanum Maurum, Amalarium, Fortunatum, Walafridum Strabonem, Rupertum Abbatem, Honorium Augustodunensem, Gulielmum Durandum, & alios, eruditissimè disserunt Joseph Vicecomes volum. 4. quod est de *Missa apparatus*, lib. 2. cap. 18 & sequent. Andreas Du Saussay lib. 5. sua *Panoplia Sacerd.* Antonius Bellotte in suis Observationibus ad Ritus Ecclesiæ Laudunensis pag. 249. & sequent. Cardinalis Bona lib. 1. *rerum Liturg.* cap. 24. §. 6. Dominicus Georgius tom. 1. de *Liturg. Rom. Pontificis* lib. 1. cap. 20. Johannes Baptista Thiers in sua erudita dilcipatione de stola in Archidiaconorum visitationibus gestanda à Parochis, præsertim cap.

Gavant. Rubr. Miss.

15. & Bocquillot in tract. hist. de Liturg. cap. 7. num. 8.

XXIX. Gavant. pag. 71. col. 1. eadem lit. m *Orarium eam vocat Ordo Romanus, &c.* Nonnulli Auctores Liturgici stolam idem esse censent, quod orarium: hinc Binius in Concilio Laodicæno sub Silvestro cap. 22. tom. 1. part. 1. ait: *Orarium idem est in antiquis Patribus quod stola; quæ est vestis Sacra, non lita, cujus usus Sacerdotibus, ac Diaconis concessus, Subdiaconis interdicitur est.* Hoc ipsum confirmat Concilium Bracarense cap. 27. apud eundem Binium. Appellatur igitur ab aliquibus PP. & Conciliis stola, *Orarium* ab orando, sive orationem ad Populum habendo. Alii verò Auctores, quos refert Bellotte *cit. loc.* stolam distinguunt ab orario, quatenus stola in plerisque Scripturæ locis pro tunica sumitur. Denique ab aliis, ut videre est apud Vicecomitem *cit. loc.* stola vocata fuit etiam *Palla linostima*, fortè quia tunc ex lino conficeretur; & ab aliis, ut tradit Walafridus Strabo cap. 24. de rebus Ecclesiasticis, dicta fuit *Pallium linostinum*: ait enim *cit. loc.* *Silvester ordinavit, ut Diaconi dalmaticis in Ecclesiâ uterentur, & pallio linostimo eorum leva tegetetur.* Anastasius tamen, sive alius Auctor libri Pontificalis, asserit, Zosimum, qui Pontificiam Sedem A. D. 417. regebat, constituisse, ut Diaconi lævas tectas haberent de pallis linostimis: unde est, quòd nonnulli nomine hujus pallæ intelligunt stolam Diaconalem ex lino, & lana contextam, quam Diaconi in humero sinistro deferunt, ad differentiam stolæ Sacerdotalis à collo ante pectus pendens, ut mox diximus; sed usus præfate stolæ Diaconalis à tempore Concilii Laodicæni A. circiter 363. celebrati, ut pariter inuimus, jam invaluerat.

XXX. Gavant. pag. 71. col. 2. lit. n *Et imponit collo, ut torquem, non longè à collo.* Inter Auctores Liturgicos quæstio agitur, quomodo stola sit aptanda collo Sacerdotis; utrum casulâ sit contegenda, vel potius de-

A a

beat

beat apparere? PP. Societatis Jesu stolam collo ita aptant, ut Crux stolæ à planeta non contegatur, sed exterius appareat. Dominicus Flumara in Ceremoniali Cler. Reg. Min. part. 1. cap. 22. hunc usum approbat: præscribit enim, quòd Sacerdos *Stolam circa collum aptabit, ita ut non excedat collare tunica, & Crux in medio appareat.* In Ceremoniali pariter Cler. Reg. S. Pauli lib. 1. cap. 8. ita de stola Sacerdos admonetur: *Collo à tergo aptabit, ut in medio Crux appareat.* Hoc idem præscribitur in Ceremoniali Augustinianum Discolceatorum lib. 1. cap. 13. & in Ceremoniali PP. Cappuccinorum à Zacharia Boverio edito lib. 1. cap. 4. E contra noster Andreas Castaldus in Ceremoniali lib. 2. cap. 11. num. 4. præscribit, quòd Sacerdos *stolam ita circa collum colloct, ut ultrà non protrahatur; neque rursus ad eò supra collum extollatur, ut planeta summitatem excedens appareat, sed decenter aptetur:* & idem in praxi Ceremoniarum lib. 2. sect. 7. cap. 1. num. 12. *Stola, inquit, circa collum ita accommodari debet, ut à superposita casula tegatur: suamque assertionem comprobat dicendo: Omnes enim, qui de Ecclesiasticis Ritibus scripserunt, casulam super alia omnia indumenta collocandam dixerunt, ita ut cætera infra ipsam posita non appareant:* & de nostro more aptandi hoc modo stolam subnectit: *Propterea nostra Congregationis PP. Sacrorum Rituum observantissimi, ita stolam adaptant, ac vitta ipsi cingulo à posteriori firmant, ut nullo modo supra casulam elevari possit; quod etiam à Romano Pontifice, & Prelatis omnibus observatur.* Hunc nostrum morem approbant, & Castaldo subscribunt Tideus Bonamicus part. 1. observ. 2. num. 6. Hippolytus Tonellius in Enchiridio lib. 2. tit. 1. not. in Rubr. 3. n. 5. ubi ait: *Stolam sibi imponat non longè à collo, ac si torquem imponeret sibi.* Idem docet Honorius Augustodunensis lib. 2. cap. 24. *Gemma, &c.* & Durandus in Rationali lib. 3. cap. 5. Versantur pariter in hac sententia Sarnell. part. 4. §. 3. num. 7. Angel. part. 3. n. 3.

Archipresbyter Gervasius in catalogo rerum suarum instruit. num. 14. & recentissimus Ludovicus Gerardus Episcopus Cortonenis in compendio errorum, qui accidunt Sacerdoti celebranti cap. 2. num. 14.

XXXI. Gavant. pag. 72. col. 1. lit. r. adducit stolam in modum Crucis. In recentissimo Missali Romani Rubricis, post illa verba *si celebrans sit Episcopus*, adduntur hæc verba *vel Abbas, ut supra;* ex quibus deducitur quòd non ducere stolam in modum Crucis ante pectus, convenit non solum Episcopis sed etiam Abbatibus, qui Pontificalium fruuntur; probabile tamen est, hoc Abbatibus convenire, solummodo quando pontificaliter celebrant; sicut tunc solum etiam Abbatibus sumere possunt vestes, ut superius diximus; quia tunc solum ad instar Episcoporum ante pectus parvam Crucem gestant.

XXXII. Gavant. pag. 72. col. 1. lit. r. adducit *stolam in modum Crucis.* Postquam vestis Sacerdotalis, planeta appellatur, cujus vocis etymologia, & antiquitas piepienter tractat juxta morem suum Josephus cecomes vol. 4. quod est de *Missa à parato* 2. cap. 27. Variis, aliisque nominibus Sacerdotale indumentum pariter appellatum fuit, nimirum *Fanula, Casula,* de qua pariter differit mox laudatus Vicecomes 28. & post ipsum Andreas Du Saullay in *Panopl. Sacerd.* cap. 1. & 2. Dominicus Gerardus de Liturg. Rom. Pontificis tom. 1. cap. 24. Bocquillot cap. 7. §. 10. & 11. tract. hist. de Liturg. Sac. necnon Claudius Vert tom. 3. variis locis, & Card. Bona 1. rerum Liturg. cap. 24. §. 2. ubi expressè describit formam antiquæ casulæ, five planetæ, dicendo, quòd planetæ rotundæ parvas erant, totum ambientes hominem à collo usque ad pedes, unicam in medio aperturam habentes, per quam caput imminebatur: qua de causa necessarium erat, ut Sacerdotes operari, & manibus liberè uterentur, eas super brachia revolvere, &c.

plicare; sicque indutos Pontifices, & Sacerdotes in priscis Ecclesiarum parietibus cernimus: hoc etiam ex vetustissimis SS. Patrum tum Orientalis, tum Occidentalis Ecclesiarum iconisimis, qui ex antiquis, & authenticis exemplaribus expressi sunt, conspicimus; in quibus primitivæ Ecclesiarum Sacerdotes depicti cernuntur, eo schemate, quo Divinis consueverant operari Mysteriis. Apud Orientalem Ecclesiam sunt etiam hodie casula, seu planetæ ejusdem formæ: in Latina verò Ecclesia ad evitandum incommodum proveniens, ex amplitudine talis formæ, totum corpus cum brachiis circumcludentes planetæ à lateribus paulatim scindi, & decurtari cœperunt, donec ad formam, quæ hodie est in usu, redactæ sunt. Quoniam verò planeta, seu casula, totum Sacerdotis corpus involvebat, unde casula, quasi parva casa dicebatur; ut tradit Honorius Augustodunensis in *Gemma lib. 1. c. 267.* hinc ortus est usus, ut à Diacono tum Sacrificio ministrante, Sacerdoti Divinam Hostiam, & mysticum poculum elevanti ad supremum cultum, defluentis in ejus brachia, manusque oneris pondus alleviaretur; ut ponderat Du Saussay *lib. 6. cap. 11.* vel ne pedibus obversatis Sacerdoti genua flectenti impedimento esset, elevabantur extrema ora Sacræ vestis. De quo more, Rituque adhuc in Romano Ceremoniali de Officio Diaconi hæc Rubrica extat: *Dum Celebrans genuflectit post Consecrationem Hostiæ, statim posteriorem planeta partem, per insimam partem in medio capiti sinistra, & elevat; & statim facta elevatione, antequam Celebrans genuflectat, eam deponit sine osculis; dexterâ verò Celebrantem circa brachium dexterum sustentat, dum surgit.*

Et infra: *Dum Celebrans consecrat Calicem genuflectit, ipse iterum capiti planetam, & eam elevat, ut prius (nempe Diaconus) qui usus adhuc perseverat, tamen, cessante causa, superflua sit talis praxis; ut animadvertunt præclarissimi mox laudati Auctores, Card.*

Bona, & Du Saussay *loc. cit.* nam adeo decisa est planeta impræsentiarum, ut vix quoad utrumque latus infra humeros dependeat; & adeo decurtata, ut vix ultra genua protendatur; tantum abest, ut pertingat usque ad talos. Alia spectantia ad antiquitatem, materiam, formam, usum, & Ritus casulæ, seu planetæ, necnon ad mysticas ejusdem significationes, legi possunt apud mox allegatos Auctores, aliosque antiquiores Sacrorum Rituum expositores, congestos in collectione Hittorpiana, & in Bibliotheca maxima SS. Patrum, qui hanc materiam doctissimè discusserunt.

XXXIII. Gavant. pag. 72. col. 2. ead. lit. u *Qui aliquam prædictarum vestium sponte omiserit, peccat mortaliter.* Qui verò aliquod ex Indumentis omittit in casu necessitatis, non peccat, ait Diana *tr. 4. de Celebrat. Missæ rtf. 58.* Sed non explicat, quod omitti queat. Paulus Maria Quarti *part. 2. tit. 1. sect. 4. dub. 5.* refert nonnullos Doctores, qui censent omissionem solius cinguli, sine justa causa, fore peccatum veniale, quia est vestis minus considerabilis; & aliqui addunt etiam omissionem solius manipuli fore peccatum veniale, ob materiæ levitatem; secus si utraque prædicta vestis simul omitteretur. Idem Quarti *dub. 6.* autumat, in casu gravis necessitatis, ut ad communicandum moribundum, licitum esse celebrare absque prædictis vestibus minoribus; nullo modo verò, urgente quæcunque necessitate, celebrari posse absque vestibus majoribus, nimirum alba, stola, & planeta, vel saltem absque aliqua illarum, quæ censetur prævalere præceptum Ecclesiæ, ob reverentiam hujus Sacrificii, necessitati private alicujus infirmi. Lohner verò *part. 6. tit. 1 §. 9.* censet peccatum esse mortale, si sine omnibus præfatis vestibus (extra casum, quo mors; aut aliud gravissimum damnum, non cedens in contemptum Religionis, immineret) quis celebraret; & asserit eum P. Gobat, ita omnes Doctores sentire: sed Tamburinus *opusc. de*

Sacrif. lib. 1. cap. 3. §. 1. tenet, in nullo simpliciter casu, sine omni veste Sacra celebrari posse: Layman verò *lib. 4. tract. 5. cap. 6.* & Gobat citati ab eodem Lohner, docent, per accidens in gravi necessitate, sine aliqua ex his vestibus, v. g. sine stola, aut manipulo licitè celebrari posse; gravem autem necessitatem, seu causam judicant illi esse, si v. g. grave murmur, aut scandalum Populi timendum, aut infirmus communicandus sit; non autem si præcisè præcepto Ecclesiæ de audienda Missa, aut regulæ, seu foundationi beneficii satisfaciendum sit. Ego verò censerem, non esse recedendum à Quarti allegata sententia, nimirum, albam, stolam, planetam omnino necessarias esse ad celebrationem Sacrificii; ita ut in nullo casu possit sine illis Sacrificium peragi; ut tenet etiam Suarez *disp. 82. sect. 3.* Cajetanus *part. 2. quest. 96. art. 4.* & alii Doctores ibidem agentes de obligatione legum humanarum; huic præsertim innixi fundamento: quia ex omissione majorum vestium Sacerdotalium tanta resultat irreverentia, & tantum generatur scandalum, ut etiam periculo mortis præponderet. Verum quidem est, quòd mox laudatus Suarez numerat stolam inter minores vestes; sed certè stola est vestis propria Sacerdotis; & in *Canone 8. dist. 23.* singulariter præcipitur.

XXXIV. Gavant. pag. 72. col. 1. lit x *Accipit paramenta, hoc est cal gas, &c.* Etiam hoc loco animadvertere est, quòd in Missalis Romani Rubricis recentè impressis, post illa verba, quæ habentur in Gavanti Rubrica n. 6. pag. 72. nimirum: *Sisti Episcopus,* adjiciuntur hæc alia: *vel Abbas, ut supra, habens usum Pontificalium.*

De vestibus Sacerdotalibus, scilicet, amictu, alba, cingulo, &c. egit superius præclarissimus noster Auctor, eumque nostris Observationibus, & Additionibus prosecutus sumus. Progreditur nunc, inhaerendo textui Rubricæ, ad explicanda indumenta illa, quibus Episcopi Divinam rem sollempniter

peragentes utuntur: hujusmodi sunt colligæ, sandalia, Crux pectoralis, tunicella, matica, chirotheca, mitra, baculus pastoralis, &c. Ad illustranda Gavanti Commentaria, aliqua adjicienda forent, etiam circa præfatas vestes Pontificales: verum nimis sum, & ne in immensum crescat opus, satius duco lectorem remittere ad Auctores illos, qui de præfatis Episcopali indumentis fuso, & erudito calamo conscripserunt. Evolvi igitur possunt Andrea Sautlay in sua Panoplia Episcopali; Julius Vicecomes *lib. 3. de Missa apparatus;* necnon Dominicus Georgius *tom. 1. de Liturgiæ Pontificis lib. 2. cap. 13. & seqq.* Antonius Lotte agit pariter de baculo pastoralis figura *pag. 239.* de discrimine verò baculi pastoralis Græcorum, & Latinorum *pag. 9.* suarum observationum ad Ritus Ecclesiæ Laudunensis. Idem discurret de mitra Episcopalis antiquitate, usu, forma, &c. *pag. 142. & seqq.* De annulo verò Episcopali, de concessione ornamentorum Pontificum solis Episcopis jure ordinario facta, agit à *pag. 87. usque ad pag. 93.* De præfatis omnibus denique summam, sed suo sapienter disserit Cardinalis Bona *lib. 1. de Liturgiæ Liturgicarum cap. 23. à n. 9. usque ad n. 15. inclusive.*

XXXV. Gavant. pag. 74. col. 2. eod. lit *Annulus datur Episcopo, &c.* Non solum Episcopo datur annulus cum gemma, sed etiam Abbatibus habentibus usum Pontificalium; ut adnotat Bissus *v. Annulus n. 373.* Quando autem Gavantus dicit, quòd regulariter in indice annulus deferri debet, id intelligit extra Missam: præter prædictos, nullus alius potest deferre annulum cum gemma Missa.

Decretum à S. R. C. emissum die Augusti 1601. in quo sancitur, quòd Præbendarius titularis non participans præponere pileum super insignibus, & habere annulum dum celebrat, dummodò non sit

gemma -- referunt Corradus in praxi dispensationum *lib. 5. cap. 6. sub num. 52.* necnon noster Gavantus in Manuali Episcoporum v. *Protonotarii* in additionibus *si b num. 3.* & Barbosa in summa Apostolicarum decisionum v. *Protonotarius* : qui tamen, ut advertit Gericatus de Sacrif. Missæ *decif. 49. sub n. 47.* & 48. credit, quod idem sit ammalus cum gemma & sine gemma. Verum quidquid sit de hoc, certum est, nobis non constare de dicto Decreto : quia in registris S. R. C. quæ non incipiunt nisi ab Anno 1602. reperiri non potest : & quamvis extitisset, ipsi derogatum fuisset per posteriora Decreta à Gavanto in suo Commentario hic allata ; in quibus sancitum est, quod annuli usus in Missa prohibetur Protonotariis, non participantibus, & quibuscunque Doctoribus, necnon Canonici Cathedralium Ecclesiarum. Sed moderata fuerunt hæc duo Decreta per aliud posterius editum die 4. Augusti 1663. datum in nostro Indice *sub num. 413.* in quo statuitur, quod -- Possunt Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie -- Ita S. R. C. in una *Dalmatiarum* respondit ad 2. dubium : quod quidem Decretum confirmari videtur ab illo, quod asseritur emissum sub die 22. Augusti 1601. de quo superius mentionem fecimus.

Præterire hic non debeo, quod quamvis Canonici uti possint annulo supradicto in celebratione Missæ ; non possunt tamen uti palmatoria, vulgò *Bugis* ; ut decrevit S. R. C. sub die 11. Julii 1699. in *Picemina* ; quod Decretum datum est in nostro Indice *sub num. 541.*

XXXVI. Gavant. pag. 75. col. 1. ead. lit. x *Ultima vestis Episcopi est manipulus.* Quærit hic Gavantus cum Durando, cur manipulus sit ultima vestis Episcopi : & quamvis nonnullas adducat rationes ; nihilominus eam præterit, quæ magis congrua videtur, nimirum, quod cum planeta antiquitus totum corpus ambiret, ut superius vidimus, præsc-

more post Confessionem à Ministris elevari solebat ; eaque super brachia Sacerdotis celebrantis aptè complicabatur ; & tunc brachio sinistro discooperato, & expedito, manipulus extremo loco imponebatur : hic autem Ritus, qui omnibus Presbyteris tunc communis erat, nunc in solis Episcopis remansit ; quibus peractâ Confessione à Ministris in brachio sinistro prope cubitum manipulus collocatur. Hæc omnia comprobantur auctoritate Ordinis Romani 14. in quo legitur : *Diaconus à dextris, & Subdiaconus à sinistris, planetam super brachia Pontificis aptè complicant ; & si Pontifex prope Altare induitur, Subdiaconus in ipsa plicatura brachii sinistri collocet, & quasi abscondat manipulum Pontificis tradendum sibi ab Acolythis. Quod si Pontifex longè ab Altari vestitur, non debet Subdiaconus tunc imponere manipulum, sed debet ipsum portare cum libro Evangeliorum : & cum Pontifex pervenerit ad Altare, imponat, & aptet manipulum prædicto modo.* Et paulò inferius post illa verba : *Quod si Pontifex juxta Altare induatur, habentur hæc alia : Pontifex autem inclinatus paululum ante Altare, Confessionem facit assistentibus ei Cappellano à parte dextra, & Diacono à sinistra ; Subdiaconus verò si debet immittere manipulum Pontifici, immittat.*

XXXVII. Gavant. pag. 75. col. 1. ead. lit. x *De gremiali Episcopi, &c.* Gremiale est pannus, qui in gremio Episcopi celebrantis ponitur, cum sedet, & cum Ordines confert ; de quo agit Cereemoniale Episcoporum *lib. 1. cap. 11.* Hoc gremiale subcinctorium appellari putat Vicecomes de Missæ apparatus *lib. 3. cap. 15.* ut notat etiam noster Gavantus : sed reverà, subcinctorium cum gremiali non debet confundi : quia est peculiare solius Summi Pontificis ornamentum, quo utitur, quando sollempniter celebrat ; estque instar parvi cujusdam manipuli, & è sinistro latere pendet : de hoc superius mentionem fecimus, cum de cingulo locuti fuimus.

XXXVIII. Gavant, pag. 75. col. 1. ead. lit. x
Pluviale item est vestis Episcopalis.) De plu-
 viali cum eodem Gavanto *part. 1. tit. 19.* ser-
 monem habuimus. De aliis vero, quorum
 Missale mentionem non facit, ut de pallio
 Archiepiscopi, sicut Gavantus nihil tradit;
 ita pariter nos ejus vestigiis inhærentes, de
 eodem pallio, necnon de orali Papæ, & de
 aliis ejusdem vestibus, omnia silentio præter-
 imus; & solum mentionem facimus de Au-
 ctoribus, qui eruditas disceptationes inli-
 tuerunt super præfato indumento Archiepi-
 scopali, & Patriarchali: hi autem sunt Jo-
 hannes Garnerius in *lib. de diurno Rom. Pon-
 tific. variis locis, præsertim vero dissert. 3. sua ap-
 pendicis*; Christianus Lupus *dissert. 2. de Afri-
 canæ Ecclesiæ ad Sedem Apostolicam provocatio-
 nibus cap. 7. necnon 13. & alibi*; Petrus de
 Marca *lib. 6. cap. 6. de concord. Sacerdotii, &
 Imperii*; Dominicus Georgius *rom. 1. Liturg.
 Rom. Pontif. lib. 2. cap. 25.* Billus in *Hierur-
 gia v. Pallium Archiepiscopale.* Cantellius in
Hist. Metropol. Sedium; Franciscus Pagius in

*Vita S. Marci Pontificis Rom. qui A. D. 311
 Thronum Apost. conscendit*; Carolus Du-
 Fresne in *suo Gloss. Thomafinus de veteri
 nova Eccl. discipl. tom. 1. lib. 2. à cap. 57. et
 que ad 57. sed futius præ cæteris, & erudi-
 tissimè tractat hanc materiam de pallio, ma-
 quam satis commendatus Joseph Vicecom-
 lib. 4. de Missæ apparatu à cap. 1. usque ad 11
 necnon Cardinalis Bona *lib. 1. rerum Liturg.
 cap. 23. n. 16.* & Nicolaus de Bralhon in
 to suo opere super hac materia, imprelli-
 rilis, Anno 1648. in 8. His addi possunt
 Theodoricus Ruinart in *disquis. hist. de pal-
 Archiep. inter opera posthuma tom. 3. Franci-
 Florens ad lib. 1. Decretalium tit. 8. de usque
 auctoritate pallii tract. 8.* & denique Mar-
 Paulus Leo Romanus è Soc. Jesu de auctori-
 tate, & usu pallii Pontificii.*

De orali vero Papæ, & de aliis ejus ves-
 timentis, indumentisque Pontificalibus, er-
 dité agit pluries laudatus Dominicus Geo-
 gius in suo præclariss. opere *de Liturg. Rom.
 Pont. tom. 1.*

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. II. De Ingressu Sacerdotis ad Altare.

Pro Ritu Missæ privatæ, à Discessu Sacerdotis à Sacristia, us- que ad primum accessum ad Altare.

I. Rubr. n. 1. pag. 78. *Accipit manu sini-
 stra Calicem.*) Quamvis super hæc Rubricæ
 verba nihil se extendat in suo Commentario
 Gavantus; nihilominus aliqua animadverten-
 da sunt, nimirum, quæd Sacerdos nihil po-
 nere debet super Calicem præter ea, quæ à
 Rubricæ præscribuntur, non sudariolum,
 seu manutergium ad emundandas nares:
 præscribitur enim hoc in Decreto à S. R. C.
 edito sub die 1. Septembris 1703. in quo sta-
 tuitur, quod -- *Sacerdotes non debent deferre
 manutergium super Calicem tam eundo, quam
 redeundo ab Altari.* -- Quod Decretum datur

in nostro Indice sub *num. 564.* Debet igitur
 sudariolum pendere à parte dextra cinguli
 sub planeta. Billus in *Hierurgia rom. 2. lib. 1.
 num. 205.* citans nostrum Gavantum *rom. 1.
 tit. 20.* Hippolytus à Portu in suis adnota-
 tionibus *ad tit. 2. num. 1.* & Archipresb. Fran-
 ciscus Gervasi in catalogo errorum *rom. 1.
 Item neque rem aliam supra burfam portat
 nec clavem Sacrarum, neque Patenam cum
 Hostiis pro communicantibus. Ceremonia-
 le PP. Discalceatorum SS. Trinitatis *part. 1.
 cap. 1. §. 2. n. 3.* Denique, neque per-
 cilla, si iis utatur; sed ea tradere debet*

nistro deferenda. Bauldry *part. 3. tit. 2. n. 1. in notis*, & Gervasi *loc. cit.* Itaque Sacerdos omnibus paramentis Sacris indutus, accipit biretum, eoque caput tegit; & deinde accipit manu sinistra Calicem per nodum. Castaldus *lib. 2. cap. 26. n. 31.* Tobias Lohner *part. 2. de Ritibus in ipsa Missa observandis tit. 3. num. 1.* quem deferre debet, nec nimis distantem, nec pectori adhaerentem, & ita, ut ejus summitas pertingat ad mediam pectoris altitudinem. Hippolytus à Portu *loc. superius cit. num. 3.* manu dexterâ positâ super bursam Calicis, nimirum, extensis manus dexteræ apertæ digitis, ad firmandam dictam bursam, ne aliquid decidat. Hippolytus à Portu *ibidem num. 4.* & Paulus Maria Quarti *part. 2. tit. 2. §. Quoad primum*, necnon Castaldus *lib. 2. cap. 26. num. 31.* & Billus *tom. 2. lit. S. num. 20. §. 3.* & denique Tonellius *lib. 2. tit. 2. Rubr. 1. num. 2.* qui tamen *ibidem Rubr. 1. num. 1.* adjungit, de cere, quòd Sacerdos, antequàm accipiat Calicem, salutet aperto capite alios Sacerdotes, si qui fortè sunt in Sacristia; idemque esse observandum post Missam, deposito prius Calice. Verùm non videmus in praxi observari, quòd hæc reverentia fiat aperto capite: aliàs si Sacerdos paratus deberet alios Sacerdotes salutare in Sacristia aperto capite, majorem honorem præberet ipsis, quàm Crucis, cui Sacerdos, ut infra dicemus, reverentiam facit capite cooperto; quod observat Billus *tom. 2. lit. S. num. 20. §. 4.* Quapropter cum Rubrica Missalis de hac reverentia à Tonellio excogitata, nihil enunciet; satius videtur eam præteriri debere.

II. Gavant pag. 78. col. 1. lit. a *Cui fit reverentia.* Sacerdos accepto Calice, ut supra, antequàm à loco paramentorum discedat, facit Crucis, vel imagini, quæ in Sacristia est, reverentiam capite cooperto profundam, hoc est, profundâ capitis, & humerorum inclinatione; ut quoad hoc ultimum tenet Corsetus *tit. 1. part. 1. cap. 1. num. 12.* Bonannicus *part. 2. num. 4.* & Archipresbyter

Gervasi supra §. *Dappoi.* Advertendum tamen est Bauldryum *part. 3. tit. 2. num. 1.* docere, quòd si Sacerdos non deferat Calicem (quia fortè rationabili de causa est jam ad Altare præparatus) procedit junctis manibus, & caput detegit imagini, quæ est in Sacristia; & Altari, quando transiens ante illud genuflectit, vel profundè se inclinat, quia manus non habet occupatas. Quoad reliqua verò superius dicta, tenent communiter omnes Rubricistæ cum Gavanto. Cæterùm cum impræsentiarum de reverentia, seu inclinatione mentio facta sit; sciendum est, inclinationes ab Auctoribus peritioribus ad tres reduci classes, quæ dicuntur Profunda, Media, & Infima. Inclinatio profunda fit capitis, atque humerorum profunda incurvatione; & bene describitur in Ceremoniali PP. Discalceatorum B. Virginis Mariae de Monte Carmelo *part. 1. §. 3.* ubi dicitur, quòd profunda inclinatio, seu integra, est, cum stando, ita deorsum flectitur caput, & corpus, ut in modum Crucis manus ambae dispositæ utrumque genu facile contingant. Hanc profundam inclinationem facit Sacerdos, quoties in Rubricis præscribitur profundè esse inclinandum; veluti dum Altari, in quo celebraturus est (si in eo non allerveretur Sanctissimum Sacramentum,) aut Prælati in Rubrica specificatis, exhibet reverentiam; & dum dicit *Confiteor &c. Munda Cor meum &c. Sube Domine benedicere &c. Dominus sit in corde meo &c. Te igitur clementissime Pater &c. Supplices te rogamus &c.*

Inclinatio media dicitur illa, quæ fit capitis, & modica humerorum inclinatione. Hæc Inclinatio media fit, quoties in Rubricis absolute aliquantulum esse inclinandum præscribitur, veluti ad *vers. Deus tu conversus &c.* usque ad *Aufer à nobis* exclusive, cum dicit *Oramus te Domine &c. in spiritu humilitatis &c. Suscipe Sancta Trinitas &c. Sanctus* usque ad *Benedictus, qui venit* exclusive. Item ad utramque Consecrationem, dum cubitis super Altare positus profert verba

ba Consecrationis. Ad *Agnus Dei*, & tres sequentes Orationes ante Communionem; ad *Domine non sum dignus &c.* & dum sumit Corpus Domini. Denique dicens *Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.*

Inclinatio infima est illa, quæ fit sola capitis inclinatione. Hæc inclinatio infima, nempe solius capitis, subdividitur ab aliquibus in tres alias classes, quarum prima vocatur Minimorum maxima, secunda Minimorum media, tertia Minimorum minima. Prima, nimirum minimorum, seu simplicium reverentiarum maxima, consistit in capitis profunda inclinatione, quæ trahit secum modicam etiam humerorum inclinationem. Secunda, nempe minimorum media, comprehendit notabilem solius capitis inclinationem. Tertia, seu minimorum minima, absolvitur levi capitis inclinatione. Primam ex dictis inclinationibus sibi vindicat nomen JESUS, transitus ante Crucem Altaris, accessus ad eam, & recessus ab ea, prolatio plurium verborum, in quibus proferendis præscribitur à Rubricis inclinandum esse caput, ut ad *Gloria Patri, & Filio*; & cum sub Hymno *Gloria in Excelsis* dicitur *Adoramus te, gratias agimus tibi &c.* & cum sub *Credo* dicitur *In unum Deum - Jesum Christum - Simul adoratur, &c.* Secunda fit, cum proferimus nomen Mariæ, quod est proprium Deiparæ. Tertia denique fit, cum proferimus nomina Sanctorum, & Papæ viventis; de quibus suo loco dicemus. Regulariter igitur prima ex dictis inclinationibus correspondet adorationi patriæ, secunda adorationi hyperdulæ, & tertia cultui dulæ: & admittâ hæc inclinationum divisione, majori claritate, & facilitate conciliantur diversæ Rubricarum, & Doctorum Rubricistarum dictiones, ac dispositiones. Hæc collecta sunt ex Bauldry *part. 3. cap. 5. num. 1.* ex Gerlac. Vinitore *part. 2. tit. 2. §. 13. & seqq.* ex Hippolyto à Portu, Constantino Hagerer, Francisco Gerwasi, Penmatio & aliis.

III. Gavant. pag. 78. col. 2. lit. b. *Inter Minister, &c.* Minister accepto Missæ & deportato, ut docet Gavantus, debet cæci, seu imagini, quæ est in Sacristia, genuflectere; ut docet Bauldry *part. 3. cap. 1. num. 17.* ad differentiam Sacerdotis, qui profundam tantum inclinationem facit: vult etiam ipsemet Minister profundè eidem imaginis se inclinet; ut vult Bonamicus *part. 5. num. 83.* Hippolytus tamen à Portu *part. 5. censet*, quod, si in Sacristia adit, tunc à Ministro sit genuflectendum: si vero sit in prædicta Sacristia imago tantum deus Sancti; tunc à Ministro faciendâ sit profunda inclinatio. Deinde accedens ad altarem aquæ benedictæ, quæ solet esse ostium Sacristiæ, accipiat aspersorium, ipsaque reverenter osculando Sacerdoti porrigitur, atque ab eo genuflexus aspergatur. *Plac. Castaldus lib. 1. sect. 4. cap. 1. num. 7.*

IV. Gavant. pag. 78. col. 2. ead. *Neque Minister femina sit.* Optime observat hic Gavantus, præfatum Ministrum debere esse masculum: adhibere enim non nam in Missæ ministerio prohibetur à Canonico his verbis: *Prohibendum quousque ut nulla femina ad Altare præsumat accedere aut Presbytero ministrare, aut intra canonicam stare, sive sedere.* Ita in *cap. Prohibendum de Decretalium tit. 2.* Idem prohibetur expressè in *part. 3. Rubricarum Missæ tit. 10. de defec. in ministerio ipso occurrent.* de omnis usus in contrarium detestabilis usus est; ut rectè ostendit Bosco *disp. 1. Sacrificio Missæ, relatus ab Henrico part. 2. tit. 2. in observ.* unde potius elatione lebrandum sine ullo Ministro, quam femina admittere. Ita Scortia de Sacrificio *lib. 2. cap. 11. num. 2.* Tonellius *cap. 1. §. 9. num. 5 & 6.* Abreù in *instit. rochi lib. 4. num. 111.* Gobat in *expert. Theolog. tract. 3. num. 393.* qui censentalem prohibitionem obligare sub gravi: sed tamen femina longè ab Altari respicienda.

re Sacerdoti; nunquam verò ampullas, &c. ministrare; ut tenet Allozz. in alphabeto moralium. *Missæ scilicet*. 1. num. 67. & communiter DD. Item ministrante viro circa Altare, Memorialis à Choro respondere potest; idque nullo jure prohibicum esse docet Card. de Lugo de Euchar. *disp.* 20. *scilicet*. 4. num. 103. allegatur à Tonello *loc. cit.* num. 7. qui pariter n. 9. notat cum Pasqualigo *quest.* 349. quòd Celebrans, qui pro Ministro uteretur suo filio illegitimo, graviter delinqueret, nisi casus necessitatis excusaret; vel Missa celebraretur in loco secreto; aut etiam in publico, dummodo à circumstantibus ignoraretur, talem Ministrum esse illegitimum filium Sacerdotis. Ita pariter Bissus *tom.* 2. *lit.* M. num. 162. §. 2. Tradunt præterea Abreù, *supracitato* n. 110. & Allozz. *cit.* num. 50. parùm referre, quòd Minister bene, vel malè pronunciet; laudabilius tamen esse, adhibere Ministrum habitum, & bene instructum, quia negotium est magni ponderis. Bissus *supracitato* §. 3.

V. Gavant. pag. 78. col. 2. ead. lit. b. *Postet tamen excusare necessitas, ut sine Ministro, &c.* Casus necessitatis, in quibus sine Ministro celebrari potest, sunt: quando debet dari Viaticum infirmo; vel urget præceptum de audiendo Sacro, ne Populus careat Missa; ut notat noster Gavantus. Item tempore pestis, ad evitandum mortis periculum, sine Ministro celebrari potest; quod jam fuisse positum in usu, refert Gobat ad Pax Jordanum *loc. cit.* num. 390. censetur etiam casus necessitatis, si Sacerdos debeat celebrare ad lucrandum necessarium ad suæ vitæ sustentationem, & ad celebrandum ratione fundationis. Idem Gobat *num.* 395. Præterea, etiam extra casum necessitatis, si non possit haberi Minister idoneus, dummodo adsit, qui possit ministrare ampullas, posse Sacerdotem, eo solo adhibito, Sacra peragere, docet Abreù *loc. cit.* num. 108. & *num. seq.* excusat Parochum, qui sic celebravit, ne tanto Sacrificiù fructu, se suasque oves privaret. Verùm adverti debet, quod docet Gavantus *Gavant. Rubr. Missæ.*

noster, nimirum, quòd in tali casu Sacerdos possit sibi respondere, ut ad *Orate fratres*, & ad *Kyrie*, vel prædicere laico præsentem, quæ respondere debet, & quæ dicenda sunt. Tandem censetur casus necessitatis, si Sacerdos jam Missam inceperit, & Minister abeat, expectansque aliquantulum, non revertatur. In tali casu Henriquez, & Quarti *part.* 2. *tit.* 2. *scilicet*. 4. *dub.* 1. relati à Tonello *num.* 4. *lit.* *cit.* censent Sacerdotem debere profecti sine Ministro Missam inceptam, etiam si Minister abierit ante Canonem. Hoc loco animadvertendum esse cenfeo, non competere Vicariis generalibus, celebrare cum duobus Ministris: extat enim Decretum, editum die 7. Augusti 1627. à S. R. C. in quo sancitum est -- Ad Missam Vicarii generalis non debent accendi quatuor candelæ in Altari, nisi hoc fieret propter sollemnitatem diei Festi; nec illi assistere debent duo Cappellani cum cottis -- Quod Decretum datum est in nostro Indice sub *num.* 215.

VI. Gavant. pag. 78. col. 2. lit. c. *Eodem modo incidente.* Facta, ut supra diximus, Cruci, seu imagini in Sacristia reverentiâ, Minister ante ipsum Sacerdotem oculis demissis, gravi ac modesto incessu procedat ad Altare, quem sequitur ipse Sacerdos item oculis demissis, incessu gravi, erecto corpore, ut in Rubrica. An liceat Sacerdoti tunc recitare submissa voce Psalmum aliquem, e. g. *Miserere*, aut aliquid aliud, non conveniunt Doctores: affirmant Bonamicus *part.* 2. *num.* 4. Angel. *part.* 1. *tit.* 2. *num.* 14. §. *Tempore*: negant Cabrinus *cap.* 3. §. 3. *Quidem*: Premolus *parte* 3. *cap.* 9. §. 2. *Quidem reliqui solent, &c.* Ego cum Hippolyto à Portu *suprà* n. 111. negativæ sententiæ adhaerendum esse crediderim: quia nihil imperatur in Rubrica recitandum in accessu ad Altare; sicut imperare debuisset, & ut de facto imperat in recessu.

VII. Gavant. pag. 79. col. 1. lit. e. *Eodem modo fiat, si expositum sit in Altari Sanctissimum.*
B b Sacra.

Sacramentum.) Si contigerit, Sacerdotem transire ante Altare, ubi expositum sit SS. Sacramentum, debet prius genuflectere, vel unico genu, ut volunt aliqui, & præsertim Bauldry *part. 3. tit. 2. de ingressu Sacerd. ad Altare num. 1. in notis num. 3.* & Billus *tom. 1. lit. G. num. 24. §. 2.* & ratio est, quia regula generalis ad faciendam genuflexionem utroque genu, est, quando fit aliqua pausa; hæc autem nulla pausa est faciendâ, & idcirco, &c. Verùm juxta communem usum Romæ receptum, Sacerdos in dicto casu genuflectere debet utroque genu, & postea deponere birretum, & caput deinde profundè inclinare; postmodùm debet ponere birretum in capite, antequàm surgat, & sine alia reverentia prosequi suum incellum cum birreto in capite. Quapropter non sunt approbandi ii, qui ad majorem reverentiam, ut ipsi dicunt, capite aperto abeunt, quousque sint extra conspectum Altaris, in quo est expositum Augustissimum Sacramentum: tum quia operantur contra Rubricam; tum quia ad est periculum, quòd aliquid de Calice decidat. Præterire non debeo, quòd in prædicto casu, & in similibus, birretum non est ponendum supra Calicem, ut malè plerique faciunt; sed est porrigendum Ministro, vel tenendum ab ipso Sacerdote manu dextera inclinata, & cum parte aperta birreti versus se. Ita docet Ceremoniale Missæ Privatæ Cardinalis Cantelmi auctoritate editum *c. 1. §. 7.* Gervasi in instruct. Missæ Privatæ *cap. 2. §. Quando psi.*

Si Sacerdos transeat ante Altare, in quo tunc elevatur, vel ministratur Sacramentum, genuflectat utroque genu (quia in isto casu facit pausam, seu morula intercedit) cum birreto in capite: deinde eo detecto, Sacramentum adoret (porrigendo prius birretum Ministro, quod magis convenit, vel tenendo illud in manu dextera demissa, ut mox dixi) capite profundè inclinato; nec antè surgat, quàm Celebrans deposuerit Calicem supra Corporale: & aliqui addunt, vel donec fue-

rit peracta Communio Fidelium. Verùm contra hanc secundam opinionem extat decretum, in quo sancitur, quòd -- Sacerdos Missam celebraturus, transiens ante Altare, ubi fit Populi Communio, non debet permanere genuflexus, donec, & quousque terminetur Communio. Ita S. R. C. *5. Julii 1698. in Colen. ad 19. dubium --* & dicitur nostro Indice sub *num. 532.* Reduendo ita ad ea, quæ dicebam; Sacerdos, antequàm surgat, ponat birretum in capite; & sine qua genuflexione, sive reverentia prospiciatur viam suam, ut suprâ pariter dicitur. Quòd si advertat, in Altaribus minoribus adhuc esse post Consecrationem Sacramentum, genuflectat unico genu, deinde detegat caput (& non prius, ut malè plerique faciunt, & minùs cautè ob Calicem, qui manu gestant) & factâ adoratione Sacramenti, ponere debet birretum, priusquam surgat, ut suprâ dictum est. Bauldry *part. Rubr. 1. num. 3.* Polaccus, Bonamicus, Gibrinus, Lohner, & Tonellius, quos refero Portu *supracit. §. 14.*

Oritur hæc dubium, quod non facile potest esse resòlvi ex Rubrica, neque ex Auctoritate nimirum quomodo se gerere debeat Sacerdos eundo per Ecclesiam, quando advertat quòd in pluribus Altaribus minoribus sit Sacramentum ob Missam, quæ ibi celebratur, post Consecrationem; nimirum, utrum debeat in tali casu genuflectere ad omnia Altaria, in quibus dicta Missa celebratur. Ad hoc respondendum videtur, quòd non incommodum foret in tali casu Sacerdoti eunti per Ecclesiam, genuflectere ad omnia Altaria, cum deberet se vertere motu hanc, modò ad illam partem: excepto quòd tunc quando transiret immediatè ante Altare, cui magis particulariter appropinquaret, tunc deberet genuflectere unico genu, deinde de capite aperire; & postea prius caput detegere, & deinde surgere, ut mox dixi, vel etiam posset genuflectere unico genu absque eo quòd caput detegat: quia est

Sacramentum sit absconditum ob Sacerdotem celebrantem, est in illo Altari, quasi esset in Tabernaculo: & sic communiter Romae fit. Rursus, si per Ecclesiam fiat ei obviam Sacerdos deferens SS. Sacramentum; tunc genuflectendum erit, donec transeat; & quidem utroque genu, quando immorandum est; unico vero genu, si in transitu, & absque mora genuflectendum erit dicto Sacerdoti eunti per Ecclesiam. *Quarti part. 2. tit. 2. num. 1. Tonell. lib. 2. tit. 2. Rubr. 1. in notis num. 6. §. Huiusmodi.* Si contigerit, Sacerdotem transire ante Altare majus, in quo non asservatur Sacramentum, faciet cooperito capite profundam reverentiam Cruci: Minister vero in hoc casu debet genuflectere: juxta verò sententiam Venantii *tit. 1. cap. 1. num. 5.* etiam Minister in dicto casu facit tantum profundam reverentiam Cruci; quod tamen haud libenter admitto. Debet idem Minister semper genuflectere, & se inclinare, dum Sacerdos genuflectit, aut se inclinat. *Castaldus lib. 1. sect. 4. cap. 1. num. 8. Corfettus trad. 1. part. 1. cap. 1. n. 12.*

VIII. Gavant pag. 79. col. 2. ead. lit. e *Convenit, ut apertum caput inclinet illi profunde.*) Hanc Gavanti sententiam, nimirum, quòd si Sacerdos transeat ante Altare, in quo sit exposita sollemniter Reliquia insignis Sancti, de quo fit Festum, aut quia est in magno honore apud Populum, debeat capite aperto illi profunde inclinare; hanc inquam sententiam tuentur pariter Lohner *part. 2. tit. 4. num. 3.* Corfettus *de Rubr. gener. cap. 2. num. 14.* Arnaud *part. 2. tit. 2. num. 4.* Moncius *in instrud. §. 5. num. 25.* E contra verò Tonellius *suprà §. Caput,* Cabrinus *cap. 8. §. Quando verò,* Bauldry *cit. num. 3.* Hippolytus à Portu *suprà num. 12.* negativam sententiam amplectuntur, præsertim ob hanc rationem, quam adducit postremus ex allegatis Auctoribus, nimirum, propter paritatem de Cruce exposita tum in Sacristia, tum in Altari, cui exhibetur proportionata reverentia, sed tecto capite; tum etiam, quia dex-

teram tenere debet super Calicem, ne aliquid labatur. Idem Hippolytus à Portu *cit. §. Si fortè* De aliis Reliquiis, quæ fortè distribuuntur ad ornatum Altaris, nulla est habenda ratio, ac si non essent; sed solum de Altari, ratio haberi debet; ut tenent noster Gavantus hic, necnon Lohner, Bauldry, & Hippolytus à Portu *suprà num. 12. §. Hæc eadem:* & de Altari quidem, si SS. Sacramentum in eo reperiatur: alioquin nullam Altari illi, vel aliis exhibendam esse reverentiam, tenent Lohner, & Hippolytus à Portu *suprà,* ex eo quòd Rubrica de solius Altaris majoris consideratione, sermonem habeant.

Si igitur in Altari, in quo ostenditur illa insignis Reliquia, asservetur pariter SS. Eucharistia; tunc sufficit, si Sacerdos tecto capite genuflectat, absque eo quòd alia exhibeatur reverentia. Ita Tonell. & à Portu *suprà,* necnon Carolus Venanzi *in sua praxi Sac. Cerem. cap. 2.* cum in genuflexione includatur profunda inclinatio.

Lubet præterea adjicere, quòd si Sacerdos transferit per Chorum, in quo cantetur *Gloria Patri,* finis alicujus Hymni, vel alia Oratio, in qua caput inclinandum est, debet manere reverenter inclinatus, donec perficiatur. Ita Castaldus *lib. 1. cap. 16. num. 8.* Moncius *sup. num. 2.* & à Portu *sup. §. Si transferit.*

Item quando Sacerdos transit per medium Chori, in quo est Clerus, vel transferit ante illum, debet salutare Clericos, qui in eo sunt, cooperito capite; sicut etiam Episcopus paratus salutat Canonicos in eo existentes. *Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 28.* Bauldry *loc. cit. & Billus tom. 1. lit. G. n. 24. §. 3.*

Rursus si Sacerdos accedens ad Altare, obviam habeat alium Sacerdotem ab Altari redeuntem, sequens viam à latere suo dextero, eum tecto capite salutat. Bauldry *tit. 12. de Benedic. Rubrica 6. not. num. 1.* Tonellius *lib. 2. tit. 12. Rubr. 6. num. 3.* Simon à Larciano *in Sac. Cer. Silva lib. 4. cap. 4. v. Si verò.*

& Hippolytus à Portu §. *Si obviam*, contra Lohner de *Sacrif. Missæ part. 2. tit. 4. num. 4.* qui tenet, tunc Sacerdotes nullam sibi invicem debere exhibere reverentiam.

Neminem salutare debet aperto capite; sed si fortè ante Prælatos, Magnates, Clerumque, ut supra adnotatum est, transeat, tantum cooperto capite plus, minusve sese inclinet, prode eorum postulat dignitas: quia univertaliter, dum Calicem defert, nemini caput aperire debet. Castaldus *lib. 2. cap. 26. num. 31.* & alii, quos refert, & sequitur Hippolytus à Portu supra §. *Si fortè*; necnon Archipresbyter Gervasio *loc. supracit.* Nemini autem convenit, quod caput aperiat: quia dexteram super Calicem tenere debet, ne aliquid decidat, præsertim Patena cum Hostia; quod magis curandum est, ob Sacrificii reverentiam, quam caput Prælati, aut quibuscunque Magnatibus detegere. Quarti supra *tit. 2. §. Quoad ultimum.* & à Portu *loc. cit.* Alia ratio de non discooperiendo capite in casu adducto est manifesta: quia Sacerdos, dum tenet Calicem, non detegit caput, etiam dum genuflectit ante Altare, in quo est inclusum SS. Sacramentum; ut supra innuimus, & hic infra dicemus. Billius *tom. 1. lit. G. n.*

24. §. 3. Cæterum neminem alium etiam salutatus salutatur. Bonamicus *part. 2. num. 1.* Hippolytus à Portu, & Archip. Gervasio *loc. cit.* Si igitur transeat ante Altare, in quo SS. Sacramentum reperitur in Tabernaculo inclusum, genuflectere debet Sacerdos manu genu dextero, & capite recto, ut aperitur quitur Rubrica; quæ est exactè observanda nisi alicubi capitis aperitionem exigeret legitima consuetudo ob majorem Populi attentionem.

Pro coronide hujus nostræ observatione animadvertere est, quod si Sacerdos accedens ad Altare non deferat manu Calicem (quod fortè rationabili de causa est jam ad Altitudo Calix preparatus) procedit, ut supra citavi, junctis manibus ante pectus: & tunc detegit caput imagini, quæ est in Sacramentali & Altari, in quo servatur SS. Sacramentum, quando transiens ante illud genuflectere debet, eò quia manus non habet occupatas, ob eandem rationem debet pariter caput detegere Episcopo Diœcesis, necnon Cardinali Legato Apostolico, & magno Principi, si obviam occurrunt egrediendo è Sacramentali ad Altare procedendo.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à primo ingressu Sacerdotis ad altare usque ad descensum ab eodem Altari.

IX. Gavant. pag. 79. col. 1. lit. f. *Caput detegit.* Cum Sacerdos ad Altare pervenerit, Minister sistit se ad ipsius dexteram; & facta cum ipso reverentiâ, melius tamen genuflectione, prode supra innuimus, deinde stans ibidem, accipit à dicto Celebrante biretum manu dextera, cum osculo tantum illius; illudque nullo modo recipit supra Missale; sed ad minorem sinistræ manus digitum appendit. Bonamicus *part. 1. obs. 3. n. 1.* Durandus de Rit. Eccl. *lib. 2. cap. 23. n. 22.* Hippolytus à Portu in *Rubr. 2. hujus tituli num. 3.* Et Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 15.*

qui subnectit loquendo de Ministro: *Idem genuflectit, licet Celebrans non genuflectat.* Celebrans verò ante infimum Altaris gradum detesto capite, ut supra, Altari tantum profunde se inclinat, si ibi non asservetur Sacramentum.

Utrum verò Minister semper, quando transit ante medium Altaris, ratione Curie ibi propositæ genuflectere debeat, non conveniunt in hoc Sac. Rituum explanantes. Negativam sententiam tuentur aliqui, qui suppresso nomine refert Bauldry ibidem *num. 16.* affirmativam verò sententiam idem Bauldry

dry sustinet, sicut etiam Bonamicus *part. 1. obs. 12. num. 11* & Hippolytus à Portu *sup. num. 4.* quibus adhaerendum esse crediderim, ob rationem à Bauldry adductam, nimirum, quia Ministri Sacri Sollemni Missae inservientes jubentur à Rubrica Missalis *part. 2. tit. 2. num. 7.* medio Altaris, in quo sit sola Crux, semper genuflectere; qui procul dubio sunt privato Ministro, & simplici Clerico multò Digniores. Citatus tamen Bauldry asserit, quòd si talis sit consuetudo in aliquibus Ecclesiis, ut idem Minister tantum se inclinet ad Altare, in quo non est Tabernaculum SS. Sacramenti; illam non audeat improbare, cum gravissimi Auctores id sentiant. Verum quomvis Minister in multis actibus transiens ante Crucem, se tantum profundè inclinet, juxta praefatam consuetudinem, & sententiam; nihilominus concurrentes cum Celebrante, & ipso genuflectente, aut se profundè inclinante, praedictus Minister semper genuflectere debet; ut accidit in primo accessu ad Altare, & in ultimo recessu ab eodem.

X. Gavanti, pag. 79. col. 1. ead. lit. f. *Pec- caet autem, si sine dispensatione teòlo capite, etiam pileolo quis celebraverit.* Certissimum est, nullum posse celebrare cum pileolo, sine Pontificis dispensatione: & hoc declaravit S. R. C. die 31. Januarii, & 24. April. 1626. in *Firmana, & Velleterna*, his praecisus verbis - Facultas concedendi usum pileoli in Missa, spectat ad Papam - Quod Decretum datur in nostro Indice sub *num. 197.* Deinde hoc idem declaravit Sac. Congreg. Episcoporum, 2. Januarii 1690. & 17. ejusdem 1695. ut refert Baruffaldus in commentariis ad Rituale Romanum *tit. 80. §. 5. num. 51.* Denique cum per S. R. C. decisum fuerit - Parochos deferentes Sacramentum ad infirmos, non debere uti pileolo, neque de die, neque de nocte, sine speciali Sac. Congreg. licentia - quod quidem Decretum emissum fuit die 3. Augusti 1695. & datur in nostro Indice sub *n. 509.* & iterum hoc idem confirmavit S. C. die 21. Januarii 1696. ex hoc inferitur, mul-

tò minus posse Sacerdotem uti pileolo in Missae celebratione, non interveniente dispensatione Summi Pontificis: & etiam si obtenta fuerit talis facultas; nullus tamen potest uti pileolo tam in Sollemni, quam in Privata Missa, à praefatione, usque ad peractam communionem; ut docet Pyrr. Corrad. in *praxi dispens. lib. 3. cap. 6. num. 31.* Polac. *part. 1. n. 13. in apher.* & est communis Doctorum sententia.

XI. Gavanti, pag. 80. col. 1. lit. g. *Gen- flectens debitam facit reverentiam.* Dixi Sacerdotem se inclinare debere Cruci existenti super Altare, in quo ipse Sacrum debet peragere: verum si in eo Altari sit Tabernaculum SS. Sacramenti; tunc & ipse genuflectens, debitam facit reverentiam, id est facit genuflexionem, quae est reverentia debita Sacramento; ut advertunt Tonellius *lib. 2. tit. 2. Rubr. 2. num. 2.* Archipresbyter Gervasi in sua instruct. §. *Giunto il Sacerdote;* necnon Carolus Venanzi in sua Praxi Sac. Cer. c. 2. ubi reprehendit eos, qui materialiter intelligunt verba illa: *Genuflectens debitam faciat reverentiam, si in Altari sit Tabernaculum SS. Sacramenti,* quae habentur in Rubrica *num. 2. pag. 79.* Male igitur aliqui imperiti aliam reverentiam addunt post genuflexionem; cum genuflexio ipsa includat reverentiam illam, quae à Rubrica citata praescribitur: & talis genuflexio facienda est unico genu tantum, in plano Cappella, juxta Cerem. Episc. *lib. 1. cap. 15. §. 5.* & Gerlacum Vinitorem *part. 2. tit. 2. in adnot. §. 17.* Juxta tamen ferè communem praxim fit talis genuflexio supra infimum Altaris gradum. Ita Bilius *tom. 2. lit. S. num. 20. §. 5.* & Hippolytus à Portu *suprà n. 5.*

Illà reverentiã, vel genuflexione factã, Sacerdos ascendit ad medium Altaris, & Minister pariter surgit, & per planum ad partem lateralem Epistolae deambulans, deponit birretum loco congruo. Castaldus *lib. 2. cap. 16. num. 9.* Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 17.* & alii cum Hippolyto à Portu *suprà num. 6.*

& postmodum præfatus Minister per idem Epistolæ cornu ascendit ad Altare, ubi deponit librum clausum super cussinum, collocando partem, quæ aperitur, versûs medium Altaris. Bauldry, & Hippolytus à Portu *loc. cit.* ita ut pars inferior Altare tangat; superior autem pulvino adhæreat; & ita ut Missalis ora adæquet oram cussini, medium Altaris respicientem, ne, dum aperietur idem Missale à Sacerdote, ab Altari decidat. Minister per eandem viam descendens, vadit per planum; & factâ in medio Cappellæ conclusâ genuflexione, sistit genuflexus à parte anteriori Evangelii in plano distanti per duos, aut tres circiter cubitos ab infimo gradu pro loci commoditate; ut sit aliquantisper situs post Celebrantem. Hæc omnia tradita, & collecta sunt ab Hippolyto à Portu *suprà loco citato.*

XII. Gavant. pag. 80. col. 1. lit. h. *Sed reverte à hoc sit, &c.* Sacerdos itaque postquam ascendit, & pervenit ad medium Altaris, ibi ad Cornu Evangelii Calicem deponit, non ob aliquod Mysterium, sed ad majorem commoditatem, quia Cornu Epistolæ occupatur à Missali; ut cum Gavanto *suprà* docent etiam Gerlacus Vinitor *cit. §. 18.* Billus *suprà §. 6.* à Portu *num. 7.* & Quarti *part. 2. tit. 2. Rubr. 2. num. 7.* Postea statim ambabus manibus explicato velo revoluto super Calicem in parte anteriori, accipit sinistra manu bursam, à qua dextera manu extrahit Corporale eo modo, quo *infra* dicemus. Gervasi *suprà §. subito.* Unde deducitur, quàm aperte errant ii, qui auctoritate propria deferunt Corporale extra bursam; cum ut extra eandem deferatur Corporale, requiratur Apostolica dispensatio: nam S. Pius V. hoc dispensavit cum Hispanis; ut tradit Hieronymus Cantonus, in suo Ordine Divini Officii, relatus à nostro Gavanto *suprà part. 2. tit. 1. num. 1. lit. m.* Ut igitur Sacerdos extrahat Corporale, apprehendit illud manu dextra ab ore bursæ. Quomodo autem Corporale

debeat esse plicatum in bursa, vide Gavantum *suprà tit. 1. lit. p.*

XIII. Gavant. pag. 80. col. 2. lit. i. *Extendit in medio Altaris.* Extracto Corporale modo prædicto, illud extendit in medio Altaris, ubi est ara consecrata, & extendit illud ambabus manibus; ita ut non exeat anteriorem Mensæ, sive Altaris partem Quarti *part. 2. tit. 2. Rubr. 2. num. 3.* chipresbyter Gervasi *suprà*, & Hippolytus à Portu *tit. 2. Rubr. 2. in adnot. num. 9.* sed hilominus Corporalis ora, extremitates anteriores Altaris tangat; ut de tempore Consecrationis Sacerdos intra Corporale continet, dum genuflexionem facit Sanctissimo Sacramento. Anonymus Italus *apud §. Salito*, & Hippolytus à Portu *suprà loco citato.* Quod si in Corporalis extremitate reperitur aliqua Crux acu picta; hæc extremitas collocetur ad partem anteriorem Altaris; ut Sacerdos Altare deosculans, illam pariter delectur. Ita præter Gavantum hic, docent etiam Tonellius, *lib. 1. tit. 2. Rubr. 2. num. 1.* Bonamicus *part. 2. num. 5.* Lohner *part. 1. tit. 1 §. num. 2.* Philippus Angeli *part. 1. tit. 1 §. Quando;* & Hippolytus à Portu *suprà loco citato.*

XIV. Gavant. pag. 80. col. 2. lit. l. *Deinde ambabus manibus Calix collocatur super Corporale, cuius quaque coopertus; vel ad minimum in parte anteriori, quando veli brevitatis non patitur amplius; & hoc usque dum perficitur Missa, quæ dicitur Catechumenorum, extendit usque ad Offertorium: quia in Missa quæ dicitur Fidelium, scilicet ab Offertorio usque ad peractam Communionem, iste Calix discoopertus remanet; cum magis expressè revelari debeant Mysteria Passionis Dominicæ. Quarti *suprà*, & Bauldry *part. 3. supra num. 4.* quos refert, & sequitur hærens nostro Gavanto Hippolytus à Portu *suprà §. 10.* Pars bursæ aperta, medium Altaris respiciat; dummodo imagines Sanctarum, aut quid simile in illa non reperitur; tunc enim illarum habenda est*

tio, ne eorum caput invertatur. Bursa verò supradicta deponitur manu sinistra, quæ illam jam apprehendit, dum super Altare manu dextera extrahebatur Corporale: deponitur, inquam, ad cornu Evangelii, ut præscribit Rubrica num. 2. hujus tituli, in loco quidem congruo, v. g. inter candelabra, non sub candelabro, ne liquefcente cera deturpetur. Ita advertit Tonellius supra, necnon Billus supra allegatus; Moncius, Philippus Angeli, allegati ab Hippolyto à Portu supra num. 11.

XV. Gavant. pag. 80. col. 2. lit. m. *Ex tollentia hoc dicitur, deficientie Sacrificii.*) Si deficientie Sacrificii Sacerdos paramenta acciperet ab Altari; tunc supradicta omnia faciat, antequàm descendat ab eo pro facienda Confectione. Quomodo autem sint fumenda paramenta ad Altare, docet Gavantus noster part. 2. tit. 1. num. 2. ubi dicit, quòd Sacerdos in tali casu sumat paramenta ad Altare, non quidem in medio, sed in Cornu Evangelii. Ita etiam Bauldry hic; Quartus part. 2. tit. 2. sect. 4. dub. 4. & Billus tom. 2. lit. P. num. 28. § 11. Ad Altare verò, in quo est expositum Sacramentum, nullus omnino sumere debet paramenta: sed deficientie Sacrificii in alio loco, à Presbyterio remoto, ob reverentiam tanti Sacramenti, paramenta fumantur. Tonellius lib. 3. cap. 2. art. 1. num. 2. & Billus supra.

XVI. Gavant. pag. 80. col. 1. lit. n. *Plures Hostias, hoc est Part. ult.*) Quando consecrandæ sunt plures Particulæ pro Communionem laicorum Fidelium, & aliorum non celebrantium; quæ ob quantitatem super Patenam manere non possunt (quando enim Particulæ paucae sunt, uti quinque vel sex, debent poni supra Patenam, & subtus Hostiam, ad offerendas illas unà cum Hostia simul, & post oblationem ponantur supra Corporale separata: ab Hostia; ita tamen, ut remaneant supra petram Sacram, & ex parte sinistra Celebrantis, juxta communem usum; sed ante Calicem, juxta Rubricam

num. 3. pag. 80.) Sacerdos dum aptat Calicem initio Missæ, eas locat super Corporale; ita ut mox diximus, ut remaneant supra petram Sacram, & ante Calicem, juxta superiorem Rubricam, & ut docent etiam Quartus hic, Billus lit. S. n. 20. §. 8. & Hippolytus à Portu tit. 2. Rubr. 2. n. 3. aut juxta usum magis communem, à parte Evangelii, seu à sinistra Celebrantis; ut docent Ceremoniale Missæ Privatae cap. 11. de Consecr. Particularum, & de Commun. Fidei in §. 1. necnon Gervasi supra §. Se poi. Observandum etiam, quòd quando sunt super Corporale, nunquam moventur neque ad oblationem, neque ad Consecrationem. Cerem. Missæ Priv. supra. Si verò dictæ Particulæ sint in aliquo Calice, vel vase mundo consecrato (qui Calix, vel vas ponitur retrò, seu post Calicem; mox allegati Auctores loc. cit.) cooperitur alia Patena, vel palla.

XVII. Gavant. pag. 80. col. 2. lit. q. *Si Pyxis propriam habeat operculum, &c.*) Nominis vasis intelligitur hic Pyxis, & quidem intus inaurata, ut docet noster Gavantus, quæ loco pallæ cooperiri debet proprio operculo, quòd habeat in summitate parvam Crucem, Billus supra: cooperienda tamen est velo, & quidem pretioso, taliterque elaborato, ut ipsi Pyxidi benè aptetur. Gavantus noster de mensuris Sac. supel. & Billus tom. 2. lit. U. num. 16.

XVIII. Gavant. pag. 81. col. 1. lit. r. *Cruci reverentia cum capitis inclinatione.*) Quamvis hanc reverentiam Cruci faciendam Rubrica non præscribat, antequàm Sacerdos accedat ad cornu Epistolæ, ut ibi Missale super cussino aperiat; non est tamen damnabilis pius multorum usus, qui faciunt in dicta circumstantia inclinationem simplicem, vel mediocrem Cruci. Ceremoniale Missæ Priv. cap. 1. §. 2. num. 10. & §. 5. Bauldry part. 3. tit. 2. Rubr. 4. in notis num. 1. & Gavantus noster, sive melius alius anonymus in additione ad ejus Commentarium facta, §. Multi; necnon Hippolytus à Portu tit. 2. Rubr. 4. num.

num. 1. per motus à regula generali, quæ docet, à Sacerdote inclinandum esse in Missa, quoties transit ante Crucem, vel accedit, aut recedit ab ea; nisi paulò ante recessum, aut paulò post accessum præscribatur à Rubrica de osculatione Altaris, aut alia inclinatio, ut cum dicitur Symbolum. Non desunt tamen Auctores, qui contrariam sententiam tuentur; & hi sunt Bonamicus *part. 2. n. 1.* Polaccus *part. 1. §. 5.* Quarti *post partem 2. tit. 1. 2. dub. 4. in compendio §. 2.* Mox Sacerdos, facta, ut supra, dicta reverentia, accedit ad cornu Epistolæ manibus junctis, ut ibi aperiat Missale super cussino collocatum, ut præscribit superior Rubrica; apertoque Missali reperit Missam, & signaculis retilis, ea iterum suis locis aptat. Libro à se, ut dixi, non à Ministro aperto, redit Sacerdos ad medium Altaris manibus ante pectus junctis: ibi facit Cruci profundam reverentiam, juxta communioem sententiam: nonnulli enim per usum contrarium satis receptum, præsertim Romæ, non censent indecens, si quis faciat mediocrem tantum inclinationem. Ita Ceremoniale Missæ Priv. *cap. 1. §. 2.* & Gervasi *suprà §. Riveduis li Segnacoli.*

Adnotare est etiam hoc loco, quòd Celebrans non debet oculos ad Crucem elevare, antequàm faciat reverentiam; neque deinde ibidem immorari, ut faciat aliquam Orationem, & recitet v. g. *Actiones nostras*, vel aliam, antequàm descendat in planum pro incipienda Missa, ut nonnulli gratis faciunt: quia hoc est expresse contra Rubricam, ut advertunt Gervasi in *catalog. errorum num. 29.* Hippolytus à Portu *suprà Rubr. 4. in adnotat. num. 4.* & alii.

Facta autem Cruci debita reverentia, Celebrans ut se vertat, retrahit se aliquantulum à medio Altaris; ne directè descendendo, Cruci, vel Tabernaculo terga vertat. Tonelli *lib. 2. tit. 2. Rubr. 4. n. 4.* Gervasi *suprà*; Angeli in *catalogo errorum n. 5. §. In*

via ad, &c. & Hippolytus à Portu *suprà*. Et quidem vertendo faciem non ad partem Evangelii, sed ad cornu Epistolæ; & hinc ros ad prædictum cornu Evangelii, eodem modo, quo ad *Dominus vobiscum* infra dicitur: & ratio est, quia, cum ordo motus naturalis sit à sinistra ad dexteram, quomodo quis se vertit; ideò à dextera Sacerdotis, quæ respicit sinistrum Altaris latus, retro cornu Epistolæ, Celebrans se vertit ad partem Epistolæ; ut etiam Gavantus hic; Quarti *part. 2. comend. edit. nostra §. 2.* de ingressu Sacerdotis ad Altare; & Hippolytus à Portu necnon Gervasi *loc. suprà*.

Advertendum pariter est, quòd Sacerdos ab Altari ad Confessionem faciendam prius descendere debet, quàm in Altari accensi sint, aliaque ad Sacrificium in Altari necessaria parata. Octavius Frangipani *direct. Eccles. discipl. cap. de Div. Offic. n. 1.* relatus à Vinitore *part. 2. tit. 3. in adnot. §. 1.* Item dum descendit ab Altari, ut faciat Confessionem, caveat ne inter descendendum faciat signum Crucis versùs Populum. Vinitore *suprà num. 7.*

Igitur Sacerdos, cum primùm descendit post infimum Altaris gradum pro facienda Confessione, semper tamen oculis deorsum, & manibus ante pectus junctis, non descendit super gradus, sed in plano Cappite, ut docet Rubr. *n. 1. tit. 3. part. 2. pag. 81.* noster Gavantus *ibid. lit. d.* verùm si in Altari plures extant gradus quàm tres, & diversos ordines distinguantur, tunc sufficit descendere post infimum gradum primæ ordinis. Castaldus *lib. 2. sect. 8. cap. 1. n. 1.* Gerlacus Vinitore *part. 2. tit. 2. in adnot. §. 1.* Baldassarius *part. 1. cap. 1.* Quòd si non adsit gradus, prout in Oratoriis privatis, & in angustiis locis solet contingere, celebrans vertat se, ut supra, & se sistant in tali loco, ut inter ipsum, & Altare sit aliqua distantia. Vinitore *suprà*, & alii communiter.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, ab iis, quæ præparanda sunt pro Missa Sollemni; usque ad ejusdem initium.

XIX. Gavant. post Rubr. n. 5. pag. 81. col. 1. lit. x. *Ritus, & Ceremonia in Missa Sollemni servanda parcius in Missali sunt descripta.* Optimè fatetur hic Gavantus, Ritus, & Ceremonias in Missa Sollemni servandas, in Missali parè descriptas esse:

hinc nos omnem curam adhibebimus, ut in his nostris Observationibus, & Additionibus nihil desit, quod ad exactè peragendas prædictas Ceremonias sit necessarium: & ut debito ordine procedamus, expendemus ante omnia.

Ea, quæ præparanda sunt ad Missam Sollemnem.

In Sacrificia super mensam oblongam, & majorem extendantur eleganter paramenta omnia consueta, Sacerdos talia in medio; vestimenta verò Diaconalia à dexteris, & Subdiaconalia à sinistris, coloris convenientis Festivitati. Extendantur igitur tres albæ, & totidem cingula, tres manipuli, duæ stolæ, dalmatica, & tunicella, prima pro Diacono, secunda pro Subdiacono, si eis utantur; aliàs duæ planætæ plicatæ, quando eis indui debent. Item extendatur plancta, seu casula pro Celebrante, & etiam pluviale, si sit faciendæ asperio aquæ benedictæ; ut contingit in diebus Dominicis. Rursus præparetur thuribulum cum navicula, & thus intus cum cochleari, deinde duo candelabra cum candelis accendendis, pro Ceroferariis.

XX. Gavant. pag. 81. col. 2. lit. u. *Missale apertum sit super Altare.* In Missa Sollemni Missale aperitur super suum cussinum, situm in Altari in cornu Epistolæ, cum suis signaculis, suis locis ordinatis, ut docet Gavantus hic.

XXI. Gavant. pag. 81. col. 2. lit. x. *Alia necessaria, nimirum Missale, &c.* Alia pariter debent præparari pro Missa Sollemni, & poni super credentiam, quæ parari debet in cornu Epistolæ, in plano Presbyterii, antequam Sacerdos veniat ad Altare; & si fieri potest, ita collocetur, ut illius pars anterior respiciat Aquilonem, vel eam partem, quæ pro Aquilone habetur, pro situ

loci. Bauldry *part. 3. cap. 2. art. 2. num. 2.* & Bissus *lit. C. n. 552.* & Cerem. *Monast. lib. 3. cap. 4. §. 1.* Super eandem credentiam ponatur Calix paratus; ut tradit Gavantus *suprà hac lit. x.* Sed advertendum est, quòd pars bursæ aperta super Calicem respiciat parietem, ut bene administretur, & exhibeatur per Ceremoniarium Diacono suo tempore. Bauldry *suprà n. 4.* Bissus *suprà §. 3.* necnon Hippolytus à Portu *tit. 2. Rubr. 5. in Adnot. n. 2. §. Quomocunque.*

In dextero cornu versùs Altare, ponatur pelvicala cum ampullis, quæ, quantum fieri potest, omnino vitreæ sint; & harum una sit plena vino albo, si possit haberi; altera plena aqua, & ambæ suis operculis cooperatæ; & prope ipsas ponatur parvulum manutergium. Bauldry *cit. n. 3.* & Bissus *sup. §. 3.*

In cornu sinistro ponatur Missale, quòd debet inservire Diacono pro Evangelio, & Subdiacono pro Epistola: aliqui super credentiam ponunt etiam Missale pro Celebrante, quòd cum cussino post primam incensationem ponitur super Altare ab uno ex Acolythis: sed melius est servare Rubricam, quæ præscribit dictum Missale debere poni super Altare ante Missæ initium. Hæc Missalia ab aliquibus cooperiuntur tegumentis coloris Missæ convenientis; quòd est valdè laudabile, & juxta Ceremoniale Episcoporum *lib. 1. cap. 12. §. 15.* & habeant prædicta

C c

dicta Missalia signacula suis in locis rectè disposita. Item super credentiam poni potest thuribulum cum navicula, finitâ incensatione Altaris initio Missæ; carbones tamen, qui in eo sunt, prius extrahantur. Quòd si thuribulum non ponatur super credentiam, appendi poterit in aliquo loco remoto à parte Epistolæ. Prope supradictas ampullas ponunt aliqui instrumentum pacis cum velo coloris paramentorum ad illius manubrium appenso: alii hoc instrumentum ponunt super Altare à parte Epistolæ inter candelabra. Bauldry *suprà n. 4.* & Bissus §. 4. §. 5. Si sit faciendâ SS. Communio, vel consecrandæ Particulæ relinquendæ in Tabernaculo, poterit super credentia præparari Pyxis, vel Calix, cum Particulis consecrandis: quòd si Pyxis jam sit in Tabernaculo cum aliis Particulis consecratis; tunc Particulæ consecrandæ præparentur alio decenti modo super credentiam, deferendæ ad Altare paulò ante Oblationem. Bissus *lit. C. num. 552. §. 6.*

Item super credentiam ponatur campanula pullanda ad elevationem SS. Sacramenti: præterea in parte sinistra ponatur velum oblongum, seu humerale plicatum, pro Subdiacono coloris paramentorum: in multis tamen Ecclesiis velum prædictum extenditur super Calicem, & super alia; & faveat Ceremoniale Episcoporum *lib. 1. cap. 12. §. 14.* licet aliqui velint, quòd prædicta supra credentiam posita, tantùm sint cooperienda, quando celebrare debet Episcopus. Advertendum tamen est, quòd bursa Corporalis, ubi est talis consuetudo cooperiendi prædicta laudato velo, non debet regi, sed debet esse posita desuper; ut, cum Diaconus suo tempore debet illam ad Altare deferre, eam commodius de credentia per manus Ceremoniarum, vel alterius Ministri, parte apertâ ad se conversâ accipere possit. Bauldry *n. 4.* & Bissus §. 7.

Debent autem super credentia omnia ita disponi, ut locus relinquatur pro ponendis

candelabris, quæ Ceroferarii deferunt à Sacristia: utrùm verò relinquendus sit locus in angulis anterioribus, an postioribus dicemus infra suo loco. Item loco convenienti, atque à conspectu Populi remoto, prope Altare, si commodè fieri possit, vel in Sacristia, si non multum distet, ponatur vas parvum cum pumis ardentibus ac forcipibus, pro immittendo igne in thuribulum. Possunt etiam super credentiam poni candelæ, si forte opus sit, sicut etiam faces, seu intortitia, quæ faciunt secundum numerum assignatam elevationem SS. Sacramenti, sicut & extinctoria, vel unum, pro extinguendis & accendendis cereis. Castaldus *lib. 2. cap. 1. num. 9.* & Bauldry *suprà n. 4. part. 1. cap. 15. art. 2. num. 1.* Præterea latere Epistolæ paretur scamnum oblongum cum postergali, panno decenti viriditatum, pro Celebrantis, & Ministrorum scroorum sessione. In medio ejusdem scamni ponatur pulvinum pro supradicto Celebrante, sicut etiam super dicto suo scamno extendatur tapete; ut colligitur ex Ceremoniali Episcoporum *lib. 2. cap. 3. §. 4.* & ex communi usu. Utrùm verò sint præparanda scamnia, vel unum scamnum oblongum, quo omnes tres sedere possint; servari esse Ecclesiarum consuetudinem vult Bauldry *tom. 2. lit. S. num. 118. §. 2.* Hippolytus etiam à Portu *cap. 1. de Missâ Sollemni n. 4. §. 2.* scamnum, vult, quòd ee tunc præparandum scamnum, si Cardinalis, aut Episcopus, aut Ordinarius, & superior, illi Missæ presens interesset: extra verò hunc casum, non cedit, quòd poni possint etiam tres scambiliores; dummodo sedes Celebrantis sit nobilior, & sedes Ministrorum non inferior.

Verùm puto inharendum esse Decretum S. R. C. emanato die 15. Januarii 1611. dato in nostro Indice sub *n. 113.* in quo citum est, quòd -- Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus sollempniter celebrantes possunt

& debent sedere in banco, dum cantatur *Gloria, & Credo, &c.* etiam si sint Beneficiati, vel Cappellani, prout sedent Canonici, non obstante qualibet consuetudine: Unde juxta hanc functionem nunquam concedenda est *sedes brachiata* Celebranti, neque alia sedes aliis Ministris: & hæc est praxis omnium Basilicarum Romanarum, & omnium ferè Cathedralium; ita ut Canonici Missam celebrantes, non solum coram Episcopo, nulla utantur seie, sed semper aliquo scanno oblongo, tapete, vel panno cooperto; sed etiam absente Episcopo, in eodem scanno sedent, & quidem semper à latere Epistolæ, juxta Decreta S. R. C. quæ dantur in nostro Indice sub. n. 142. & 208. quorum primum editum fuit die 19. Maji 1614. secundum verò 12. Junii 1627. Nec contra superius dicta officit, quòd in prælato primo ex dictis Decretis dicitur -- Canonici Missam Celebrantes coram Episcopo, non debent sedere in sede cum postergali, sed in aliquo scanno oblongo, &c. -- quasi inferri possit, quòd absente Episcopo possint dicti Canonici sedere in sede: nam usus, & praxis communis, ut diximus, sicis declarat, quòd non solum coram Episcopo, sed etiam eodem absente, adhibendum est scannum oblongum, nunquam verò sedes à præfatis Canonici.

Idem Hippolytus à Porta *cit. loc.* approbat, quòd si celebraret Provincialis, aut Generalis alicujus Religionis, in Ecclesiis suæ Provinciæ, vel Ordinis, sedere possit ad partem Evangelii, sicut sedet Episcopus, loquendo præcisè de sessione ratione loci: pro qua opinione citantur Bordonus *Consil. Reg. part. 2. num. 7.* Diana *part. 2. tract. 13. & part. 3. resol. 34.* necnon Rodericus *tom. 1. qu. 12. art. 5.* quia Abbates Regulares, etiam non Pontificantes, ibi sedent; prout præscribit Ceremoniale Canonic. Regular. S. Salvatoris *cap. 17. §. 56.* verùm super hæc questione doctiores judicent.

Aliqui pro Ceremoniaris volunt destinari

debere duo scannula in tali situ, ut primus Ceremonarius, dum admonet, à Celebrante, & Ministris, secundus verò Ceremonarius à Clericis videri possint. Ita Castaldus *lib. 1. sect. 1. cap. 1. num. 22.* Bauldry *part. 3. art. 5. num. 5.* Et si adsint duo Ceremonarii, primus sedere potest in plano anguli, prope cornu Epistolæ apud Celebrantem; secundus verò Ceremonarius prope cancellos, uterque faciem directè ad se invicem convertendo. Ex Hippolyto à Porta *suprà §. Pro Ceremonariis.* Si verò unus duntaxat adesset Ceremonarius, posset hic sedere cum aliis apud Celebrantem, vel ejus Assistentes.

Ad magis comprobendam prædictam sententiam utuntur aliqui Decreto edito à S. R. C. 8. Maji 1617. in *Patavina*, & confirmato sub die 30. Aprilis 1701. in *Viterbien.* dato verò in nostro Indice sub *num. 160.* Verùm ponderatis verbis dicti Decreti, sermo ibi est de Magistro Ceremoniarum exerceente suum officium ad Vesperas, & Laudes sollemnes; non verò ad Missam. Quòd quidem assumptum magis comprobatur ex verbis supplicationis porrectæ S. R. C. à Ceremoniariis Ecclesiæ Patavinæ, in qua hæc habentur -- Cum in Ecclesiâ Patavina adsit substitutus Magister Ceremoniarum, qui est ex numero Cappellanorum ejusdem Ecclesiæ; & quando celebrantur Vesperæ, & Divina Officia sollempnitè in Ecclesiâ Cathedrali, induitur veste violacea, & baculum sericum vitigulis argenteis ornatum manu gestare solet, & apud Celebrantes assistere, ut eis commode ceremonias submisso strare possit; quia dum Vesperæ sollempnes à Canonico hebdomadario celebrantur, ipse Canonicus Celebrans sedere solet in Choro in primo stallo, seu sede, ab ea parte, in qua est tabella Chori; & Assistentes ipsius Canonici celebrantis pluvialibus induti, sedent inferius in secunda luna Chori, super omnes Cappellanos; quaritur, in quo loco tunc sedere debeat dictus substitutus Magister

C c 2

Cere-

Ceremoniarum? An apud dictos Assistentes Celebrantis, quos ducere debet ad praeintonandas Antiphonas Canonicis, prout Canonici pretendunt? An verò sedere debeat inter Cappellanos in suo stallò, seu loco, in quo sedere solet, quando officium praefatum Magistri Ceremoniarum non exercet, ut dicti Cappellani pretendunt? -- Et proposito hujusmodi dubio, quod iisdem omnino verbis adhuc reperitur descriptum in regestis S. R. C. hæc respondit, prout exposuimus in Decreto dato in nostro Indice sub num. 160. Decretum verò, quod allegatur in *Viterbien.* editum die 30. Aprilis 1701. nihil aliud statuit, nisi id, quod decretum fuit in antedicta *Patavina*: quapropter evincitur, ex Decretis hujusmodi nunquam probari, quòd in Missarum Sollemniis debeant concedi scamna ad sedendum Magistris Ceremoniarum: nam in Missa Sollemni, præter Celebrantem, & Sacros Ministros, nullus alius sedere debet: & hæc est praxis omnium Basilicarum Urbis, & aliarum Cathedralium, à qua non est recedendum.

Si Evangelium legatur in pulpito, & Epistola in alio pulpito, vel ambone, parari etiam debent pannis pretiosis, sed præcipuè pulpitem Evangelii, coloris Missæ convenientis. *Cerem. Episc. lib. 1. cap. 12. §. 18.* & *Bauldry supra n. 7.*

Horà assignatà pro Missa Sollemni celebranda, omnes, tam Celebrans, quam Ministri, qui inservire debent, in Sacristiam conveniunt; ad hoc ut singuli sumant paramenta sibi pro suo ministerio convenientia, in eadem Sacristia præparata. Antequàm verò paramenta recipiant, decens est, quòd non tantùm Celebrans, sed etiam omnes alii Ministri aliquantulum orent; ut tantum ministerium dignè, ac meritorie exercere valeant. *Bauldry cit. art. 3. num. 1. & Billus lit. H. num. 47. §. 1.*

Deinde Acolyths, id est Cerofertii, & Thuriterarius, ac Navicularius, lavant ma-

nus, & postea induunt cottas: Diaconus verò, & Subdiaconus, lotis prius manibus induunt sibi paramenta convenientia (obstantibus Acolythis, quemadmodum ad præparandum vestit Sacerdotem Acolythus, seu Ministrum in Missa Privata) excepto manipulo, quem assumunt, postquam ipsi Celebrantem viderint. *Bauldry part. 1. cap. 12. art. 1. num. 1. & alii, quos refert à Portu cap. 1. de Missa Sollemni ad tit. 2. Rubr. in suis adnot. n. 3. §. Quæ Ministros: ubi etiam refert Auctores illi, qui asserunt, præfatos Ministros debere induere etiam dalmaticam, & tunicellam, solum postquam adveverint, & vestiverint Celebrantem: sed ipse contrariam sequens sententiam. Controvertunt Doctores, prædicti Sacri Ministri recitare debeant Orationes in Missa assignatas pro quacunque occasione? Affirmant *Cattaldus lib. 1. scilicet 7. cap. Corsetus tract. 1. part. 1. cap. 4. n. 1. neque verò Bauldry part. 1. cap. 12. art. 1. num. 1. & à Portu; quia in Rubricis de solo Celebrante sermo est, & non de Ministris Sacri, unde recitatio supradictarum Orationum committitur eorum arbitrio.**

Celebrans autem, dictis Psalmis, & Orationibus pro Missæ preparatione, lavatur manus, porrigente aquam primo Acolythis, Ministris exhibentibus manutergium acceptum à secundo Acolythis, si Celebrans in aliqua dignitate constitutus, aut dignitas lebritas exigat majorem sollemnitate, accedere debet ad lavatorium in Sacristia, prope Sacristiam existens, *Bauldry part. 1. cap. 12. art. 3. num. 2.* Lotis autem manibus accedit ad paramenta, quibus indui debet, dicens ad singula Orationes in Missa assignatas aperto capite. *Bauldry supra n. 1.* Ministri verò Sacri Celebrantem adjuvant paramentis induendis, advertendo, quod omnia principalitè faciat Diaconus; si autem Subdiaconus tantum adjuvet.

Primò igitur Diaconus accipit amictivum quem osculatur prope Crucem, quæ est in mediò; postea illum Celebranti osculatur.

qui Crucem in medio amictus designatam osculatur; quem deinde capiti ejusdem Celebrantis imponit, mox declinat ad collum; deinde illum etiam Subdiacono adjuvante aptat circa collum; ita ut Collaria omnino contegat; & chordulas pendentes, postea ambo Ministri Sacram albam accipiunt, itemque Celebranti, prout opus est, accommodant, quam cingulo à tergo pariter constringunt, & eandem albam Acolythi aptant; ita ut æqualiter distent, & vestes contegat. Postea Subdiaconus accipit manipulum, quem osculatur prope Crucem, eumque porrigit Celebranti osculandum in Cruce, quæ est in medio; tum osculatâ Celebrantis manu, brachio ejus sinistro illum imponit, & ligat, non supra cubitum, sed infra. Deinde Diaconus accipit stolam ambabus manibus, & osculatur eam prope Crucem, quæ est in medio, quam offert Celebranti osculandam in eadem Cruce media; & postea imponit medium ejus collo Celebrantis, & accommodat ante pectus in modum Crucis, ducendo partem, quæ à sinistro humero pendet, ad dexteram; & partem, quæ ab humero dextero pendet, ad sinistram; ita ut pars dextera sit supra sinistram: & sic stolam in modum Crucis positam, firmant Ministri, extremitatibus cinguli pendentibus à lateribus. Postremo iidem Ministri Sacri accipiunt planetam, quam Celebranti imponunt, & convenienter accommodant: si tamen sit facienda asperio aquæ benedictæ, ut sit omnibus diebus Dominicis, loco planetæ imponunt pluviale. Hæc omnia colliguntur ex Cerem. Episc. lib. 1. cap. 9. §. 1. & cap. 10. §. 2. & lib. 2. cap. 8. §. 12. & seqq. & tradunt Lohner part. 3. tit. 2. de officio Diaconi §. 1. num. 1. & tit. de Officio Subdiac. num. 1. Bauldry part. 3. supra num. 4. usque ad num. 9. inelusive, & part. 1. cap. 12. art. 1. num. 4. & cap. 13. art. 1. num. 3. Bissus lit. H. num. 46. §. 3. & Hippolytus à Portu supra §. Postmoniam. Dum sic induitur Celebrans, vestes

aliquo modo sibi adaptat, ne videatur immobile simulacrum. Bauldry part. 3. supra n. 8. vel manus tenet conjunctas ante pectus, aut extensas, prout ad Orationem; juxta contingentiam. Hippolytus à Portu supra.

Dum hæc peraguntur, Navicularius, & Thuriferarius accendunt candelas Altaris, incipiendo à proximioribus Cruci; quo facto redeunt ad Sacristiam, ubi etiam accendunt candelas, quæ sunt in candelabris, quæ Acolythi Ceroferrarii deferre debent.

XXII. Gavant. pag. 82. col. 1. lit. z. Antequam exeant de Sacristia, &c.) Peractis omnibus necessariis, ut supra diximus, tam pro Altari, quam pro Ministris post Tertiam, vel aliam Horam, juxta temporum opportunitatem; Celebrans solitis indutus paramentis, de quibus supra, sicut & Ministri, processurus ad Altare pro Missa Sollemni celebranda, antequam exeat de Sacristia, stans versus imaginem principalem in recta linea cum Ministris, habens Diaconum à dexteris, & Subdiaconum à sinistris, cum Thuriferario, qui stabit à dexteris Diaconi, ad commodius thuribulum ministrandum, & si adsit Navicularius, stabit à sinistris ipsius Thuriferarii; Ceroferrarii verò erunt hinc inde à lateribus omnium postremi; si verò esset Sacristia angusta, Ceroferrarii stare poterunt retro Celebrantem, & Ministros, in alia linea; in medio verò eorum Thuriferarius, & Navicularius; sic igitur omnibus dispositis, Celebrans aperiens sibi cum Ministris caput, quod cooperuerant tempore illo intermedio, ministrante Diacono navicularium, & Thuriferario thuribulum, imponit (ubi tamen mos est imponendi, nam in aliquibus Ecclesiis hic Ritus non est in usu) incensum in thuribulo, eo modo quo describetur infra. Corsetus tract. 1. part. 1. cap. 1. num. 5. Bauldry part. 3. tit. 13. cap. 11. art. 4. num. 1. Bissus tom. 1. lit. C. num. 197. Hippolytus à Portu supra num. 3. §. Sacerdote parvo; & Cerem. Cler. Reg. S. Pauli

lib. 1. conf. 1. An Celebrans debeat de more tunc benedicere incensum, dicens *ab illo benedicaris, &c.*? non conveniunt Doctores: negat Corsetus *suprà*; affirmant verò Lohner, Arnaudus, Bauldry, & noster Gavantus *suprà*, quibus adhæret à Portu *loc. supracit.* hęc ratione moti, quia Episcopus in Missa Pontificali, priusquam exeat ex Sacello, sex ex Secretario, ut processionali Ritu procedat ad Altare, in quo Missa est celebranda, imponit, & benedicit thus; ita præscribente Ceremoniali Episcoporum *lib. 2. cap. 8. §. 23.*

Imposito incenso in thuribulo, Celebrans, & omnes alii, antequam à Sacrificia discedant, profundam faciunt inclinationem Crucis, aut imagini principali: in quo conveniunt omnes Doctores; sed disputant, an nudis capitibus inclinare se debeant tunc præfate Crucis seu imagini? Negat Corsetus *tract. 1. part. 1. cap. 5. n. 2.* affirmant verò Bauldry, Billus, & Hippolytus à Portu *loc. cit.* hac ratione ducti, quia tunc Celebrans non defert Calicem, ratione cujus eum in Missa Privata tecto capite inclinat sese & Crucis, & Præsulibus, ac Principibus, docuimus *suprà*. Postea cooperiunt caput, & Ministri capite tecto, non aperto, ut præscribit Ceremoniale Cl. Reg. S. Pauli *lib. 2. cap. 1.* salutant Celebrantem, qui eis aliquantulum se inclinat, capite pariter tecto. Præfata omnia colliguntur ex Cerem. Episc. *lib. 2. cap. 8.* & ex Bauldry *part. 3. art. 4. n. 2. & 3. & pari. 1. cap. 12. art. 1. n. 6.* ex Lohner *part. 2. tit. 3. de Ritu Sollemni n. 2.* quos refert & sequitur Hippolytus à Portu *suprà n. 4. §. Celebrans*; quibus hoc solum addendum esset, quod Celebrans ante ostium Sacrificie (nisi faciendi sit aspersio sollemnis, quæ fieri solet in Dominicis diebus) aspergit juxta aliquorum usum Ministros, & Acolythos ante se unico genu flexos; deinde ad Altare procedunt incessu gravi, oculisque ad terram dimissis hoc ordine. Primus omnium præcedit Thuriferarius nudo capite, portans thuribulum fumigans, hoc

modo: manu sinistra illud tenens per nubrium, ut dicitur infra in Observat. 15. ad titulum 4. eadem manu (si non sit Navicularius) inter indicem, & pollicem, naviculam, ejus pede arrepto tenens; ita ut pars, quæ aperitur, sit ad partem exteriori: cum verò incedit, dextera catenulas thuribuli vas elevatum portat à se paululum remotum; ne forte superpellicem aduri, vel commaculati commigat; illud tamen leviter agitabit, ne extinguatur. Dixi ipsum debere deferre naviculam manu sinistra; si non adit Navicularius: nam si adest, ipse per officium Ministris Thuriferarii, deferens manu dextera naviculam, manu sinistra pectori adhaeret. Si verò sit dies Dominicus, & faciendi aspersio aquæ benedictæ; tunc Thuriferarius loco thuribuli defert vas aquæ benedictæ eum aspersorio, &c.

Lubet tamen animadvertere, quod dicta Totini sententiam in Ceremoniali Camaldulensium *lib. 1. cap. 20. num. 1.* thuribulum delatum à Thuriferario, per os tuor ferè digitos debet esse apertum, & palmum à superpelliceo remotum, & in incenso; nisi prius imposuerit Celebrans altera manu pectori admotâ, etiam defrente naviculam; cujus cornua debet respicere dextrum, ac sinistram humerum Acholythi eam deferentis.

Rursus præterire non debemus, juxta Ceremoniale Papale *lib. 3. sect. 2. Acolythus*, sive Ceremoniaris, ponit catenularum annulos in manu sinistra, ita ut dependeat thuribulum; naviculam autem incensi portat dextera in apertura naviculæ à parte exteriori, ut nos innuimus *suprà*; quamvis Totini opinio non sit rejicienda.

Denique juxta Ceremoniale Clericorum Minorum *part. 2. cap. 3.* Acolythus Minister seu Navicularius quando adest, gestat naviculam non manu dextra, sed sinistra, Scilicet

ex Ceremoniali Episcoporum lib. 1. cap. 2. & Castaldo in praxi lib. 1. sect. 4. cap. 4. sed Ceremoniale Ambrosianum lib. 1. tit. de Thuriferariis ita statuit: Acolythi Thuriferarii duo saltem sint, quorum unus à sinistris naviculæ pedem portet, alter verò à dexteris thuribulum; uterque tamen & naviculam, & thuribulum unica manu dextera elevata æqualiter cum sinistra portabit.

Secundo, post prædicto sequuntur Acolythi, seu Ceroferarii cum candelabris accensis, et deferentes nudis, & discoopertis manibus; & ille, qui est à parte dextera, ponit dexteram suam in medio candelabri globi; sinistram verò in pede ad angulum. Ceroferarius autem, qui est ad sinistram, accipit e contra globum candelabri sua manu sinistra; sua verò dextera pedem dicti candelabri: postea Ministri unus post alium, manibus ante pectus junctis, tecto capite: ultimus omnium Celebrans capite cooperato; manibusque pariter junctis ante pectus: Ceremoniarius verò, si unicus sit, nudo capite, & manibus junctis, debet incedere post Acolythos, & ante Subdiaconum. Bauldry part. 3. cap. 11. art. 4. num. 3. & Bissus tom. 2. lit. O. n. 422. Verùm Castaldus lib. 1. sect. 1. cap. 2. n. 17. Corfettus tract. 1. part. 1. cap. 5. n. 2. & Hippolytus à Portu supra n. 5. tenent, Ceremoniarium debere præcedere omnes, etiam Navicularium, & Thuriferarium; non autem incedere immediate ante Subdiaconum, nec à sinistris post Celebrantem, ut opinantur alii hoc loco debere incedere: quia, si primus Ceremoniarius præcedet omnes, poterit impedimenta submovere obviantia in via ad Altare, v. g. aperire aditum inter Populi frequentiam, aperire januas fortè clausas, & alia hujusmodi; quod non ita facile poterit supplere Thuriferarius, & multò minùs ipsemet Ceremoniarius, si incedat ante Subdiaconum. Hæc Hippolytus à Portu supra cit. ubi addit, quòd si duo aderunt Ceremoniarii, conciliari poterunt diversæ Doctorum sententiæ,

dicendo, quòd secundus Ceremoniarius præcedat Thuriferarium, & primus incedat ante Subdiaconum. Postea sequitur Subdiaconus solus, & post eam Diaconus, ultimo loco Celebrans; & hi tres tecto capite, ut supra diximus, & manibus junctis ante pectus. Bauldry, & Bissus supra &c.

Animadvertere tamen est hic, quòd si Celebrans sit cum pluviali, ut sit in Benedictione candelarum, asperzione aquæ benedictæ, &c. tunc Diaconus, & Subdiaconus procedunt pares cum Celebrante, Diaconus videlicet à dexteris, & Subdiaconus à sinistris, elevantes à lateribus simbrias pluvialis ejusdem Celebrantis; Diaconus quidem elevat manu sinistra, dexterâ pectori admotâ; Subdiaconus verò elevat manu dexterâ, sinistrâ pectori admotâ. Bauldry supra, Corfettus tract. 1. part. 1. cap. 5. de Celebrat. n. 2. & Bissus supra §. 1.

Præterea advertendum pariter est, quòd si Sacrificia sit retro Altare; tunc parati pro Missa Sollemni exeant, si fieri potest, per portam à latere dextero Evangelii, & regrediantur per portam à latere Epistolæ, si duæ sint, post finem Missæ, Bissus tom. 1. lit. C. n. 197. §. 6. & Bauldry part. 3. cap. 11. art. 4. num. 11.

Prædicti parati, si procedendo transeant ante Altare majus, ad quòd fortè Missa non sit celebranda, omnes genuflectunt unico genu, capite discooperto, dummodò in eo asservetur SS. Sacramentum: si verò non adsit Sacramentum, nihilominus omnes genuflectunt Cruci, excepto solo Celebrante, qui tantùm profundè Cruci se inclinat; quòd similiter faciunt Ministri Sacri, nisi sint Ecclesiæ Cathedralis Canonici. Si autem transeant ante SS. Sacramentum expositum, tunc omnes utrumque genu flectunt, capite discooperto; quòd idem observare debent, si transeant ante aliquod Altare, supra quòd jam sit Hostia consecrata, vel ministretur Sacramentum: sed in hoc casu satis est, si flectant unicum tantùm genu. At si contingat eos transire ante Altare, in quo elevetur SS. Sacramen-

tum, omnes genuflexi expectant, quousque Sacerdos deposuerit Calicem super Altare. Bissus *suprà* §. 3. & *tom. 2. lit. S. n. 20. §. 3.* Ministri quidem Sacri à lateribus Celebrantis, Ceroferrarii in locis suis, habentes Thuriferarium medium, & Navicularium ab ejus sinistris si adsit. Aliis Altaribus privatis, nulla fiat reverentia, nisi fortè ratione SS. Sacramenti, quia tunc debet servari regula supraposita. Ex Bisso hic, & ex aliis communiter.

Si Celebrans, & Ministri transeant ante, vel per Chorum; tunc debent nudo capite salutare omnes in Choro existentes, qui etiam stantes nudo capite resalutant cum profunda reverentia, exceptis Prælati, qui caput non detegunt, sed stando capite cooperito consulunt. Ex Ceremoniali Episcoporum recognito sub Benedicto Papa XIII. *fel. rec. lib. 2. cap. 17. §. 1.* & ex Bauldry *cit. num. 5.* nec non ex Bisso *suprà* §. 4. Quòd si Altare ita situm sit, ut Celebrans ad illius medium accedere non possit, quin prius transeat per partem Evangelii, aut Epistolæ, v. g. quando Sacristia est retro post Altare, aut alio modo; tunc Ministri illius partis, parùm retrocedere debent, ut Celebranti transitum facilem præbeant; cui profundè illi tunc se inclinant (quibus præfatus Celebrans simpliciter, vel ad summum mediocri capitis inclinatione respondet) videlicet Diaconus, & Subdiaconus, & primus Ceroferrarius, si transeat per latus Epistolæ; & viceversa Subdiaconus, & secundus Ceroferrarius, si per latus Evangelii transeat. Bauldry *suprà* n. 6. Bissus *suprà* §. 2. & Gerlacus Vinitor *part. 4. tit. 3. in adnot. in Missam Sollemnem* §. 8.

Si verò pergant ad Altare recta linea, dum ad illud accedunt, Diaconus, Thuriferarius, & primus Ceroferrarius recedunt à parte Epistolæ; Subdiaconus verò, Navicularius, quando adest, & secundus Ceroferrarius à parte Evangelii, ibique expectant Celebrantem. Bauldry *num. 7.* Bissus *suprà*,

& Vinitor §. 9. Cùm autem ad infimum Altaris gradum pervenerit; an cum Celebrante Ministri, & Acolythi, seu Clerici consistere debeant in recta linea, & qualem ante supradictum infimum Altaris gradum non conveniunt Sac. Rituum interpretes. Affirmativam sententiam amplectuntur Bauldry *part. 3. suprà* num. 8. & *part. 1. cap. 11. art. 3. num. 2.* necnon Bissus *lit. C. num. 137. §. 1.* negativam verò sententiam tuerunt Goster Castaldus *lib. 1. sect. 4. cap. 1. num. 11.* Corsetus *tract. 1. part. 1. cap. 5. n. 2.* & Hippolytus à Portu *suprà* num. 7. quibus addendum esse mihi videtur; quia Presbyterium communiter non est tam amplum, commode, & cum debita distantia inter omnes disponi possint: tum quia nec in Missa Pontificali, Ministri omnes stant in eadem linea cum Episcopo; præter Presbyterum assistentem, qui stat à dexteris ejus, & Diaconum Missæ, qui à sinistris, & apud eum modicum retro stat Subdiaconus. *Ceremon. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 30.* Igitur præfatus si locus Presbyterii nimis angustus sit, recta linea in plano, sequenti ordine sese disponant, videlicet:

Subdiaconus à sinistris Celebrantis; Celebrans in medio; Diaconus à dexteris ejus retro post Subdiaconum unus Acolythus Ceroferrarius cum candelabro; retro post Diaconum alter Acolythus Ceroferrarius cum candelabro; retro post Celebrantem Thuriferarius cum thuribulo à dexteris; & à sinistris ipsius Navicularius cum navicula, quando etiam ipse reperitur. Quòd si supradictus Presbyterii locus non sit angustus, Ceroferrarii se locabunt hinc inde aliquantulum à gradibus Altaris distantes, & modicum retro Ministros Sacros, nempe primus Ceroferrarius à dexteris Diaconi, alter à sinistris Subdiaconi. Si adsit, & decet, Ceremoniarum Magister, hic stans ut plurimum in cornu Epistolæ; cui terminatus locus assignari nequit, cum de ratione sui officii sit omnia ordinata.

unde modò unum, modò alium, secundùm quod ipse opportunum iudicabit, locum tenebit. *Billus supra §. 2. & Bauldry num. 3.*

Omnibus ut supra dispositis, Celebrans detegit caput (quod idem faciunt Ministri Sacri) & præbet suum birretum Diacono, qui illud recipit, cum quasi osculo illius; ut tradit *Bauldry part. 3. cap. 10. art. 4. num. 9.* & *Hippolytus à Portu supra num. 7. §. Celebrans, & Ministri*; à quo tamen quasi osculo abstinendum est, si Missa celebretur coram SS. Sacramento exposito. Postea Cere- moniaris, vel alius colligit à Diacono & Subdiacono omnia birreta, & ea post factam genuflexionem ponit super scamnum deputatum ad sedendum. *Billus, Bauldry supra, & cap. 31. art. 1. n. 6.* & alii cum Gavanto: nunquam tamen in Altari ponantur; quod etiam in Missis Privatis observandum est; *Gerlacus V. a. i. or part. 4. tit. 3. §. 10.* vel si scamnum non sit paratum, quia fortasse propter reverentiam SS. Sacramenti expositi, sedendum non est; tunc birreta ponantur in a'io decenti loco; non verò super credentiam, & multò minus, ut dictum est, super Altare. *Billus supra loc. cit.*

Detectis capitibus genuflectunt omnes unico genu, si Tabernaculum adsit, cum Venerabili incluso. *Gavantus, & Arnaudus supra part. 2. Castaldus lib. 2. sect. 9. cap. 1. tit. 11.* & alii communiter &c. & unusquisque quidem in suo loco, hoc est, Celebrans cum Ministris Sacris, genuflectit super infimum gradum Altaris; Clerici verò in plano Cappellæ genuflectunt. *Hippolytus à Portu supra, & Benvenuti in instrum. pro Sacerd. in Missa Sollemni.* Quòd si non adsit Sacramentum in Tabernaculo inclusum (ut adesse non deberet, ex *Cerem. Episc. lib. 1. cap. 12. §. 8.*) tunc solus Celebrans profundam facit reverentiam; ceteri verò omnes Cruci genuflectunt unico genu, ut supra diximus, ad differentiam Celebrantis. *Gavantus hic, & cum eo omnes com-*

muniter. Si verò Diaconus, & Subdiaconus essent Canonici Ecclesiæ Cathedralis, etiam ipsi cum Celebrante profundam Cruci reverentiam faciunt. *Bauldry part. 3. supra eodem num. 9.*

Ceroferarii vadunt ad credentiam (factà ut supra genuflexione) & supra eandem deponunt candelabra cum candelis accensis, in angulis anterioribus ejusdem, juxta sententiam *Gavanti*, necnon *Cabrini, Corsetti, & Nicolai de Bralion*; ut sint commodiori usui iisdem Ceroferariis ad ea citius sumenda de credentia. *Bauldry tamen part. 1. cap. 4. tit. 3.* necnon *Billus lit. C. n. 552. §. 8.* tenent, prædicta candelabra collocari debere in angulis posterioribus credentia: tum quia ibi commodius, & securius ponuntur; tum quia talis videtur communis consuetudo. Prædicti Ceroferarii discedendo ab Altari, & accedendo ad credentiam, hunc Ritum observent.

Statim erecti à genuflexione cum aliis facta, secundus Ceroferarius, qui est in cornu Evangelii, primò discedat expectatus à primo Ceroferario, qui est in cornu Epistolæ; ut ita simul ad credentiam pro deponendis candelabris accedant. Advertat autem secundus Ceroferarius, ne aliam genuflexionem, aut reverentiam faciat dum transit ante medium Altaris; sed recto tramite pergat, & se uniat primo Ceroferario, qui est post Diaconum in cornu Epistolæ; & deinde unà cum eo vadant ambo simul ad credentiam, ibique deponant candelabra, ut dixi. Primus ponit suum candelabrum ad dexterum latus propius Altari; secundus ad sinistrum latus credentia: remotius ab Altari; deinde vel ibi genuflectunt à lateribus credentia:, quasi collaterales candelabris, manibus junctis, facie ad Altare conversi; vel recedunt à Presbyterio, utpote inutilis, donec iterum sumere debeant candelabra, quando Evangelium cantari debet, juxta Ecclesiarum consuetudines. Si remaneant in Presbyterio, donec

D d Ce-

Celebrans ascendit ad Altare, manere debent genuflexi usque ad finem Confessionis à lateribus credentæ, non ante eam, sed quasi collaterales candelabris, quantum fieri potest; primus scilicet ad dexterum latus versus Altare; secundus ad sinistrum, manibus junctis, facie ad Altare conversa, se signantes, & pectus cum aliis, dum dicunt *Mea culpa*, percutientes. Bauldry *part. 3. tit. 13. cap. 11. de Missa Sollemni art. 4. n. 10.* Thuriferarius verò etiam factâ genuflexione cum aliis, recedit; & in plano prope cornu Epistolæ genuflexus manet &c. agitans

aliquantulum thuribulum apertum: Celebrans, si adit, genuflexit in loco & commodo ad functionem suam, ut primùm verò stat, vel genuflexit ad partem Epistolæ, nisi sit alibi occupatus. Bauldry *ibidem num. 12.* Juxta consuetudinem nonnullarum Ecclesiarum, Thuriferarius Navicularius, quando Celebrans erectus incipit Missam, remanent retro illum aliquantum distantes, ambo genuflexi; nec recedunt, nisi quando Celebrans, & Missa ascendunt ad Altare ad faciendam primam thuriferarii incensationem ante Introitum Missæ

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. III. De Principio Missæ & Confessione faciendâ.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à descensu Sacerdotis ab Altari, usque ad Missæ, seu Confessionis initium.

I. Gavanti, pag. 83. col. 1. lit. e *Junctis manibus, &c.* Quemadmodum, ut sese Sacerdos humiliet coram Deo, descendit sub infimum Altaris gradum; ita nobiliorem locum sibi proprium occupat, stans in medio ante Altare, ut sui munus servet dignitatem: quando autem celebrat ad præsentiam superioris, se recipit ad latus, ut suo loco dicemus. Quarti *part. 2. tit. 3. Rub. 1. §. Convenit*; & à Portu *tit. 3. Rubr. 1. in addit. num. 3.* Stans igitur Sacerdos in medio plano Cappellæ, ante supradictum infimum gradum, junctis manibus ante pectus extensis, & junctis pariter digitis absque ulla gestulatione in prædicta manuum junctio- ne, manus manus approximatur; ita ut quilibet digitus, suam similem tangat: v. g. index manus sinistræ indicem manus dextræ, medius sinistræ medium dextræ; nulla tamen cogit necessitas, ut in quolibet sui parte totaliter se tangant, quod etiam verificatur de anterioribus, & inferioribus manuum palmis; dummodò in prædictis non di-

stent inter se, Bonamicus *part. 1. observat. num. 2.* neque directè faciem Celebrantis neque terram directè respiciant. Idem Bonamicus *suprà*, & Gerv. *si in Catalogo num. 34.* necnon in *instruptione cap. 5. Disceso.* Itaque manus sic junctæ, prædictum est, planetam ne tangant, quantum fieri potest. Idem Gerv. *suprà*. Castaldus *lib. 2. cap. 8. num. 1.* necnon à Portu *suprà num. 4.* id quod facile allequatur si cubitos pectori propius accommodemus, quàm lateribus. À Portu *suprà num. 4.* In prædicta manuum conjunctione se junguntur digiti, præut suprà exposuimus, solum excipitur, ne post Consecrationem pollex dexter ponatur super sinistrum in medio Crucis, cum non disjungantur pollices ab indicibus. Bauldry *part. 3. tit. 4. num. 1.* Sacerdos itaque detecto capite, remoto etiam pileolo (de quo suprà satis locuti sumus) & factâ prius Crucis vel Altari profunda inclinatione capitis, humerorum; ita ut, sicuti observat

derius Auctor, possit manibus extensis tan-
g te genua; *Cerem. Missæ Priv. cap. 1. §. 1.*
& Gervasi *suprà cap. 2. §. E Giacchè.* vel si
in eo Altari sit Tabernaculum Sanctissimi
Sacramenti, tunc faciet genuflexionem uni-
co genu, cui non addenda est alia inclina-
tio; & postea erectus incipit Missam, ut in-

frà dicemus. Notandum hoc loco est; quòd
quando Sacramentum non asservatur in Al-
tari, sed ad latus in cornu Evangelii, ut
adhuc in multis locis inclusum est extra Al-
tare; tunc non debet illi fieri genuflexio à
Sacerdote, antequàm incipiat Confessionem.
Bauldry suprà, & Bissus tom. 2. lit. S. n. 20. §. 10.

Pro Ritu Missæ Privatæ coram Summo Pontifice, seu Cardinale, &c.

II. Gavant. pag. 83. col. 1. lit. g. *Utpote nobi-
lissim.*) Sacerdos celebraturus coram Sum-
mo Pontifice, sistit se ante infimum gra-
dam Altaris à latere in cornu Evangelii; Mi-
nister autem erit in plano Cappellæ à latere
in cornu Epistolæ. Antequàm verò inci-
piat Missam, genuflectit in plano, in eo-
dem scilicet loco, in quo Confessionem fa-
cere debet; & ita genuflexus ad Summum
Pontificem se vertens, expectat ab eo Benedi-
ctionem.

III. Gavant. pag. 83. col. 1. lit. h. *A Pa-
pa petit Celebrans Benedictionem, non ab aliis
inferioribus Papa.*) Sacerdos igitur coram
aliis Prælati, Summo Pontifice inferioribus
celebraturus, quamvis genuflexionem fa-
ciat in cornu Evangelii; non tamen genu-
flectit Prælato, neque expectat Benedic-
tionem: hoc enim solum Summo Pontifici est
præstandum, uti Summo Sacerdoti: qua
Benedictione accepta, surgit, & aliquan-
tulum versus Altare se vertens, incipit Mis-
sam, prout in Ordinario. Rubrica num. 2.
& Gavantus *ibidem lit. h.* necnon Bissus *su-
prà §. 11.* & à Portu *part. 2. cap. 4. tit. 3.*
Rubr. 2. in adnotat.

IV. Gavant. pag. 83. col. 1. lit. i. *Coram
Cardinale, &c.*) Coram Cardinale ubique
Terrarum; coram Legato Sedis Apostoli-
cæ in tota sua Legatione; coram Patriarcha
in toto suo Primatu; coram Archiepiscopo
in tota sua Provincia; coram Episcopo in to-
ta sua Diocesi, & etiam in Ecclesiis Re-

gularium, quomodolibet exemptis, sed exi-
stentibus intra fines talis jurisdictionis, in
quibus habent usum rochetti nudi, & moz-
zettæ, quæ sunt plenariæ jurisdictionis si-
gna; debet Sacerdos coram prædictis cele-
brans adimplere ea, quæ tradit Gavantus,
nimirum non petere ab illis, utpote Papa
inferioribus, Benedictionem; sed illis tan-
tùm profundè inclinare caput, ut *suprà* di-
ctum est, postquàm accepit signum ab illis
respectivè celebrandi Missam. *Corsetus
tract. 1. part. 1. cap. 16. n. 4. Bauldry part.
3. cap. 9. n. 1. Tonel. lib. 2. tit. 14. & à Por-
tu suprà, inhærentes nostri Gavanti, &
communi sententiæ. Idem præstare debet,
quod præstat ad præsentiam supradictorum,
si celebret coram Abbate benedicto, & ha-
bente usum mitræ, & baculi; vel alio si-
mili Prælato exempto, & habente pariter
usum Pontificalium, & jurisdictionem qua-
si Episcopalem, ex paritate dignitatis, in
locis tamen suæ jurisdictionis. Bauldry part.
3. cap. 9. num. 1. & tit. 6. Rubr. 6. nam. 3.
necnon à Portu suprà num. 5.*

Si autem contingat, Sacerdotem celebra-
re coram Prælatis extraneis, sive coram
proprio Prælato, sed in aliena Diocesi;
tunc ita se gerere debet, quod prædicta,
ac si illi non adessent. *Lohner part. 4. tit. 6.
num. 9. Bauldry suprà num. 12. Tonellius
lib. 2. tit. 14. Nihilominus si contingat,
celebrare coram Prælato proprio, sed in
privato Oratorio ipsius Prælati, & ad præ-
sen-*

sentiam solius suæ familiæ; tunc juxta sententiam Tonellii *lib. 2. tit. 14. num. 9.* Moncii de Missa coram Prælato §. 2. & Hippolyti à Portu *suprà num. 6.* tunc, inquam, idem agere deberet cum dicto Prælato, ac si celebraret in ejus jurisdictione.

V. Gavanti, pag. 84. col. 1. lit. m. *Cum aliis Principibus, &c.*) Principum Secularium, etiam magnorum, quoad præsentem circumstantiam nulla foret habenda ratio, sicut non habetur Prælatorum extraneorum: nihilominus debet haberi ratio eorum dignitatis, juxta consuetudinem locorum legitimè introductam: neminem quidem in via detecto capite salutare debet Sacerdos, quando Calicem defert; sed solum eo cooperto, Prælati, & Magnatibus pro personæ dignitate se inclinare; ut docet Tonellius *pari. 2. tit. 2. Rubr. 1. in notis n. 6. §. Si Sacerdos;* & ut nos *suprà* adnotavimus suo loco. Præterea Sacerdos, antequàm Missam incipiat, & ea finita, salutat convenienti inclinatione dictos Magos; id quod duobus modis fieri potest. Primo antequàm Missam incipiat, postquàm Altaris gradus descendit, & antequàm se ad ipsum Altare convertat, eos salutat; & in fine, dum est in Cappellæ plano, ab Altari discessurus, Secundo modo sic postquàm descendit Altaris gradus pro faciendâ Confessione, prius se ad Altare convertat, ut ei genuflexionem faciat, seu reverentiam, prout decet: postea se ad Prælatum, sive ad Magnates vertat, quibus debitam facit inclinationem; & iterum ad Al-

tare conversus, Missam incipiet. In hoc loco se ad eos salutandos convertat. Quæ autem ex his duobus modis eligenda in praxi, & consuetudo docebunt. Certè in hoc secundo videtur convenientior: quia initio Missæ prius fit reverentia Altari deinde Prælati, vel Magnatibus, quæ utique magis decet; tum quia in fine in altare non semper illi expectant, donec Sacerdos descenderit Altaris gradus in plano Cappellæ.

Prætereundum non est, quòd Sacerdos celebrans coram proprio Episcopo in loco jurisdictionis, vel in ejus Oratorio prout supra, debet ad illum se convertendum dicere *Tibi Pater, & Te Pater;* cuius prout, postquàm dedit signum, ut celebrare possit, facit, ut diximus, profundam reverentiam, ad licentiam sacrificandi obtinendam; ut cum Micrologo adnotavit Gavanti hic, & docent pariter Lohner, & Bauldry præ: qua reverentia facta, versus ad Altare incipit de more Missam, faciendo ita profundam inclinationem, aut genuflexionem Altari, prout aderit, vel non aderit clusum in Tabernaculo Sacramentum; & annuens se signo Crucis, dicit: *In nomine Patris, &c.* & sic prosequitur.

Reliqua spectantia ad hanc Missam celebrandam coram Summo Pontifice, Curiale, Episcopo, &c. traduntur ad tit. 6. Tit. 2. in Commentariis Gavanti, & in notis Observationibus.

Pro Ritu Missæ Privatæ servando in ipsius initio,

VI. Gav. pag. 84. col. 1. lit. o. *Ante omnem altum manus pingat Crucem.*) Sacerdos itaque pro incipiendâ Missa producit sibi à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dexterum, signum Crucis, dicens intelligibili voce: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* Et prosequitur Confessionem. Aptissimè incipit Ecclesia initium Missæ

à salutifero Crucis signo, & invocatione Trinitatis, à quo omnia auspiciari semper Christianis sollemnè fuit, teste Tertulliano *qui lib. de coron. milit. cap. 1.* inter ea, quæ traditione sine ullius scripturæ testimonio usurpantur, hoc etiam recenset: quia oportet à Deo incipere, & ejus auxilium invocare, sine quo nihil boni inchoatur, nisi

boni perficitur; & idcirco nomen SS. Trinitatis invocatur. Sanctus vero Cyrillus Hierosolymitanus in *cathec.* 13. Non pudeat, ait, nos Crucifixum confiteri; sed in fronte confidenter signaculum Crucis digitis imprimatur, & in aliis omnibus Crux fiat, in panibus comedendis, &c. Item docet S. Cyprianus epist. 58. D. Ambrosius de *Isaac, & Anima* cap. 8. & alii communiter. Quilibet igitur Christi Athleta opus præsertim grande aggressurus, præmonire se debet Crucis signo ad terrendos inimicos, ad fugandos Dæmones; ut monet D. Hieronymus à *Gavanto* hic citatus; quapropter potiori ratione hoc facit Sacerdos in Missæ initio Crucis Mytheria celebraturus; ut latius explicat noster *Morphæus*, *summ. tract.* 3. cap. 11. de *partibus Missæ*. *Quarta part.* 2. tit. 3. *Rubr.* 4. *Claudius de Vert* tom. 3. cap. 1. in *Rubr.* 1. *Petrus Le Brun* tom. 1. part. 1. art. 2. *Auctor* anonymus tractatus *Missæ Parochialis Gallicæ exarati part.* 2. *artic.* 3.

V. I. *Gav.* pag. 84. col. 1. ead. lit. *o* *Sed tribus digitis signum Crucis exprimendum esse.* In efformando prælaudato Crucis signo; nobis Christianis mos est manu integra tribus digitis, Crucis signum efformare; hinc merito legitur antiquitus veterum, ne unico digito Crucis signum efformaretur, propter Monophysitas Hæreticos, qui unico digito Crucem effingebant; quandoquidem ipsi in Christo post unionem duarum naturarum, Divinæ, & humanæ, has in unam coaluisse affirmabant; quod, dum se uno digito signabant, satis aperte indicare viderentur; ut refert *Nicephorus lib.* 18. cap. 53. Nobilis ad hanc rem est historia *Meletii Antiocheni Episcopi* apud *Niceriam*

lib. 1. cap. 21. *thes. Orthod. Fid. Meletio* igitur docenti in Concione, Divinum Filium Aeterno Patri esse consubstantialem, *Archiepiscopus Arianae* scissionis, qui aderat, manu os occlusit; at ille tribus digitis expansis singularem, tum in unum adductis, quod voce non potuit, signo declaravit, se Trinitatem Personarum Divinarum, & unicam Divinam essentiam credere, quo facto *Meletius* omnem à se *Arianismi* suspicionem amovit. De hoc Ritu efformandi Crucem tribus digitis videri possunt ea, quæ tradit de *Vert loc. cit.*

Si, antequam Sacerdos Missam incipiat, elevetur in Altari vicino Sanctissima Eucharistia, dum accommodat Calicem, aut requirit Missam, prosequatur quæ peragit; deinde descendens ad planam terram, utrumque genufleat in infimo gradu, si depositus nondum fuerit Calix; & item genufleat utroque genu in eodem infimo gradu, si nondum inchoato *In nomine Patris*, dum descendit ab Altari, elevetur Hostia; nec surgat nisi deposito Calice - *Bauldry part.* 3. tit. 3. *Rubr.* apud ipsum 3. num. 8. *Cabrinus cap.* 8. §. *Celebrans non debet*, & *Gastaldus lib.* 2. *sect.* 8. cap. 2. sed si inceperit jam Missam (dum fit prædicta elevatio Hostiæ) eam continuatè prosequi debet usque ad finem: est enim unica moralis actio, quæ unionem moralem partium requirit; & consequenter continuationem, cui opponitur interruptio. *Bissus lit. S. num.* 20. §. 15. & *Hippolytus à Portu supra Rubr.* 2. in *adnot.* 8. ubi advertit se dixisse moralem, ut includeret actiones illas physicas, v. g. *Panegyrim*, *Concionem*; quæ licet non habeantur de lege ordinaria in Missa; tamen faciunt unum morale cum Missa, si habeantur.

Pro Ritu Missæ Sollemnis.

VIII. *Gavant*, pag. 84. col. 2. lit. p. *Etiam à Ministris*. *Intellige de Ministris paratis.* Celebrans erectus cum Ministris Sacris, facta

debita reverentiâ, ut suo loco adnotatum est, manibus junctis; deinde dextera se signans à fronte ad pectus, sinistrâ extensâ, & admo-

adnotâ pectori (quod idem faciunt Ministri) incipit Missam, dicens: *In nomine Patris, &c.* eamque profequitur cum Ministris Saceris, ut in Ordine Missæ: & ab hoc loco, nec ipse, nec Ministri advertere debent ad quemquam in alio Altari celebrantem; manusque ita teneant junctas ante pectus; ut, si fieri potest, planetam, aut dalmaticam, sive tunicellam non tangant, neque ei prorsus submittant. Bauldry part. 3. cap. 11. art. 4. n. 13. & Gerlacus Vinitor part. 4. tit. 3. §. 13.

Dum Celebrans incipit *In nomine Patris*, Ministri inferiores manent genuflexi à latere Altaris prope credentiam in cornu Epistolæ in plano: videlicet Thuriferarius in medio, primus Ceroferarius à dextris, & secundus à sinistris illius, ut alibi diximus; & si aderit Navicularius, vel alius Acolythus, dictus *de Libra*, tenebit locum à sinistris Thuriferarii; & Ceroferarii, hinc inde omnium postremi, in recta linea omnes junctis manibus, se signantes, dum dicitur *In nomine Patris*, & percutientes pectus, ad illa verba *Mea culpa*. Bissus lit. C. n. 193. §. 7. & statim ac Celebrans incipit *In nomine Patris*: In Choro cantetur Introitus.

Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 30. Bissus *supra* & Bauldry *loc. cit. num. 16.* Ceremoniaris genuflectat in loco, in quo maluerit, citius neque stanti, neque genuflexo certus in Probyterio locus assignari possit. Gavantus part. 2. tit. 2. sub lit. c. Anaudus *hic*, & Bauldry part. 3. cap. 11. art. 4. n. 12. qui subdit quòd ut plurimum Ceremoniaris stat, & genuflectit ad partem Epistolæ, & satis congruenter, nisi sit aliter occupatus, Cathedra verò *lib. 1. sect. 1. cap. 1. num. 19.* docet quòd si Ceremoniaris genuflectat post Celebrantem in casu contingenti, commode erit Celebranti, & ad implendum summum. Quoties Celebrans se signat, aut caput inclinat, toties ipse quoque se signat, & caput inclinat; non tamen ad ejusdem Confessionem se inclinat, aut percutit pectus. Iterum, quando Ministri Confessionem faciunt, profundè se inclinat versus Altar, si genuflectat in latere Epistolæ, & pectus cum illis percutit; & versus Celebrantem se inclinat, dum illi dicunt *Tibi Pater, & Te Pater*. Lohner part. 3. tit. 4. n. 5. & Hippolytus à Portu *tit. 2. de Miss. Sollemn. in not. num. 8. §. Ceremoniaris*.

Pro Ritu Missæ tam Sollemnis, quàm Privata, in ipsius Missæ initio.

IX. Gavant. pag. 84. col. 1. lit. q. *Ponit infra pectus.* Sacerdos dum se signat (quod idem faciunt Ministri) dicens *In nomine Patris, &c.* tangit materialiter (non moraliter in aere, sed verà ad se palmam manus dexteræ, & omnibus illius digitis junctis, & extensis) frontem tribus mediis dexteræ digitis. Baldasfarius part. 1. cap. 1. §. *Fa' to questio.* Dum dicit *& Filii*, tangit pectus; dum dicit *& Spiritus*, tangit humerum sinistrum; dum dicit *Sancti*, tangit humerum dexterum: ita communiter omnes; postea dicit *Amen*. Nec Celebrans nec Ministri caput inclinent, dum se signant, sed erectum habere debent.

Bauldry part. 3. tit. 3. Rubr. 4. n. 1. Vinitor part. 2. tit. 3. §. 8.

X. Gavant. pag. 85. col. 1. eadem lit. *Cur autem benedicens aliis rebus in Altari, &c.* Sacerdos benedicens aliquid in Altari, idem sinistram ponit super Altare; quia non decet sinistram manum quasi in aere suspensam tenere; ut docet noster Gavantus. Hoc idem servari debet, quoties præstandum est aliquid unica manu, v.g. quando vertenda sunt folia Missalis, vel aliquid simile agendum est: tunc enim alia manus deponi debet; ut observat *supra* cit. noster Gavantus, & cum eo Vinitor *supra* §. 9.

Deinde dicenda sunt omnia fideliter, ut in Missali, nihil addendo, nihil demendo; nihil immutando, cum omni attentione, distinctione, & gravitate: cavere debet etiam Sacerdos, ne nimium præceps sit atque festinus; ita nec æquo tardior, aut prolixior sit;

magisque rationem habere debet publicæ ædificationis, quàm sui affectus; quod ut honestè fiat, semihoræ spatium Missis Privatæ & necessarium esse, & sufficere arbitratur Gerlacus Vinitor *suprà* §. 12.

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab inito Psalmi Judica me Deus, usque ad finem ejusdem Psalmi.

XI. Gavant. pag. 85. col. 1. lit. r *Introibo ad Altare Dei.* Formato signo Crucis (eo modo, quo *suprà* n. 9 diximus) Sacerdos iterum manus jungit ante pectus, deinde pronunciat voce clara, & intelligibili, Antiphonam *Introibo ad Altare Dei.* Minister verò in Missa Privata genuflexus ad cornu Evangelii in plano aliquantulum post Celebrantem à sinistris ejus, vel si sint plures graduum ordines, ante infimum gradum supremi ordinis, & manibus junctis respondet, &c. Bauldry *part. 1. cap. 17. de Ministr. Miss. Priv.* unicus enim debet esse talis Minister Missæ Privatæ, cum -- Neque Vicariis generalibus, etiamsi sint Protonotarii, duo Ministri cum cotta concedantur -- ut statutum est à S. R. C. die 7. Augusti 1627. & alibi diximus. Decretum citatum est in nostro Indice sub n. 215. Cum igitur Sacerdos incipit Missam, dicens *In Nomine Patris*, Minister pariter se signat cum eo, eique respondet, postquam dixit *Introibo, &c.* subnectens *Ad Deum, qui latificat, &c.* Similiter respondet ei ad Psalmum *Judica me Deus*, conformando vocem suam voci Sacerdotis celebrantis quoad fieri potest. Bonamicus *part. 1. observ. 7. n. 3. Colectus tract. 1. part. 1. cap. 1. num. 1.* Hæc autem dicens Minister stat pariter erectus, & non inclinatus, quantumvis genuflexus. A Portu *tit. 3. Rubr. 4. in adnot. n. 6.*

Initio Missæ Sacerdos clara voce pronunciat supradictam Antiphonam *Introibo ad Altare Dei, ex Psalmo 42.* sibi statuens, & proponens finem, & sublimem terminum, ad quem ten-

dit, & ad quem dirigere debet reliquas actiones, nempe Altare Dei, & oblationem Sacrificii, quo nihil dignius, & sublimius excogitari potest, ex Tridentino *Sess. 22. in Decreto de obs. in Celebr. Missæ*, ut sic cautius procedat Sacerdos, & ad devotionem excitetur. Deinde recitat ut *suprà* cum Ministro totum prædictum Psalm. 42. qui aptissimus est eidem Missæ initio, quo se disponit Sacerdos celebrans ad ingressum Altaris, & ad ascensum ad montem Dei. Quarti *part. 2. tit. 3. de principio Missæ n. 6.* & Card. Bona in tractatu ascetico de Missæ Sacrificio *cap. 5. §. 4.*

XII. Gavant. pag. 85. col. 1. eadem lit. r *Habet Ambrosius lib. 4. de Sacramentis.* Hæc Antiphonam in Missæ initio tempore S. Ambrosii dici consuevisse videtur asserere Gavantus, & expressè id adstruit Stephanus Durandi, *de Rit. Eccl. Cath. lib. 2. cap. 11. n. 4.* sed perperam, ut optimè advertit Card. Bona *lib. 2. cap. 2. num. 3.* nam liber de iniciandis D. Ambrosii *cap. 8. & lib. 4. de Sacram. cap. 2.* quæ duo loca citari solent in comprobationem hujus assertionis, nec de Sacerdote, nec de Missa loquuntur, sed de recenter baptizatis. *His abluta Plebs*, ait Ambrosius loco priori, *dives insignibus ad Christi contendit Altaria, dicens, Introibo ad Altare Dei; ad Deum qui latificat juventutem meam.* Depositis enim inveterati erroris exuviis, renovata in aquile juventute, celeste illud festinat adire convivium; & *lib. cit. de Sacram. Veniebas, inquit, desiderans ad Altare, quo acciperes Sacramentum. Dices Anima tua: Introibo ad Altare Dei; ad Deum, qui*

qui lætificat juventutem meam. Deposuisti peccatorum senectutem, sumpsisti gratia juventutem; hoc præstiterunt tibi Sacramenta cœlestia. Baptismi videlicet, & Confirmationis, de quibus in præcedenti sermo fuit.

XIII. Gavant. pag. 85. col. 1. lit. f. *Judica me Deus, &c.*) Pronunciata à Sacerdote cum Ministro dicta Antiphona, incipit cum eodem Ministro alternatim recitare Psalmum *Judica me Deus*; quem Psalmum non ante ducentos Annos ab Ecclesia Romana fuisse susceptum, tradit Claudius de Vert. tom. 3. part. 1. cap. 1. in Rubr. 6. Hæc tamen sententia validissimis impugnatur argumentis: Micrologus enim à Gavanto hic cit. qui Ordinem Missæ Romanæ describit, hunc Psalmum ante Missam recitatum fuisse testatur: *Paratus*, inquit cap. 23. *Sacerdos venit ad Altare, dicens Antiphonam Introibo ad Altare Dei, & Psalmum Judica me Deus, post quem sequitur Confessio.* Addimus in concussum Innocentii III. Pontificis testimonium, quo D. de Vert castigetur incuriæ: *Pontifex (Innocentii verba sunt lib. 2. de Myst. Miss. cap. 13.) ad Altare perveniens, & ad se ipsum revertens, antequam ordiatur Sacrum Officium, de peccatis suis cum assistentibus confitetur, Psalmum illum præmittens, qui manifeste per totum sibi ad hoc dignoscitur pertinere, & convenire. Judica me Deus; ut discretus à gente non Sancta, & ab homine liberatus iniquo, ad Altare Dei dignus introeat.* Accedit Radulphi Tangrensis auctoritas, qui hunc morem ab Ecclesia Romana in alias emanasse fatetur. *Sacerdos igitur paratus*, ait Scriptor ille Seculi XIV. *veniens ad Altare, Romano ordine dicit Antiphonam Introibo, cum Psalmo Judica, & facit Confessionem.* Demum in Missali Romano ante Annos quingentos exarato, quod extat MS. in Bibliotheca Angelica, hæc leguntur: *Cum autem indutus fuerit, accedat ad Altare, & dicat Introibo ad Altare Dei, Resp. ad Deum, &c. Psalmum Judica me Deus: tum inclinet se ante Altare, & di-*

cat Confiteor Deo, &c. His atque aliis, que afferri commodè possent, testimonio, Scriptoris Galli funditus labefactatur opinio. Quæponit tamen idem Claudius de Vert filentium Ordinis Romani XIV. acutissimum sane verbum; sed eam tantum ferit dexteram, quæ illud imperitè vibravit. Quid hoc Romani Ordinis testimonio disertius? *Indutus Dominus Papa (sanctissima illius Ordinis veritas in tom. 2. musæi Italici pag. 329. n. 71. cap. nobis silentium tam confidenter obtrudit omnibus Pontificalibus, dicit ante Altare Introibo ad Altare Dei, Resp. Ad Deum qui lætificat juventutem meam. Deinde incipit Psalmum Judica me Deus: completam per eum, quam per assistentes. Demum recitat Introibo ad Altare Dei, Resp. Ad Deum, &c.* Videatur idem Ordo pag. 314. n. 318. n. 62. 324. n. 66. 326. n. 68. Notandum cum Petro Le Brun ex hac observatione fidei Theaurarium Cluniacensem arguat adeo tamen turpis est error, ut *Viro ad prædam, & asserendam simplicem, ac mundam vitam Ecclesiasticorum veritatem nato exornari absque scrupulo nequeat.* Scimus eodem, hujusmodi Ritum, ante Missalis recognitionem à Pio V. peractam, ab omnibus non fuisse receptum, utpote arbitrarium, & hinc à quibusdam omissum, (ut etiam ab Ecclesiis Mediolanensi, & Laudunensi, Dominicanis, & Carthusianis omittitur) & aliis recitatum in ipso Sacrario (ut ab Ecclesiis Senonensi, & Rhemeni, & olim ab Ecclesiis Aurelianensi) ab aliis, dum Sacerdos præterit ad Altare; quem Ritum servant hæc Carmelita, & aliquæ Galliarum Ecclesie. Verùm alienam consuetudinem adscribere Ecclesie Romanæ, absque illo legitimo teste; *Non sani esse hominis, non jam surret Orestes.* Caterum octingenti, & septuaginta plures anni sunt, ex quo hic Psalmus cum sua Antiphona ante Missam recitari consuevit; cum reperitur in codice Chistolini Eminentissimo Bonæ vulgato, in appendice Rituum Liturgicarum, quique octingentis

Annorum ætatem superare videtur. Alia quæ spectant ad originem, & usum recitationis prædicti Psalmi in Missæ exordio, legi possunt apud Card. Bona lib. 2. cap. 2. n. 3. nec non apud Jo. Grancolas lib. de antiquis Liturgiis pag. 459. & in tract. de Missa pag. 4.

XIV. Gavant. pag. 85. col. 1. ead. lit. f. Et ex Decreto Cælestini dici esserit Durandus lib. 4. (c. 1.) Hoc loco Gavantus videtur ad hæc opinioni Durandi, asserentis, ex Decreto Cælestini Summi Pontificis, (qui Anno 422. Romanam cepit regere Ecclesiam) recitationem prædicti Psalmi in Liturgiæ exordio institutam fuisse; cujus rei proferendò nullum est argumentum: legimus enim in Anastasio Bibliothecario, Cælestinum præscripsisse quidem recitationem centum quinquaginta Psalmorum, ante Missæ Celebrationem; non verò recitationem tantùm prædicti Psalmi *Judica me Deus* ante Liturgiæ initium. *Hic constituit* (en verba Anastasi, seu alterius Auctoris lib. Pontificalis in Vita Cælestini Papæ) *ut Psalmi David ante Sacrificiū psallerentur antiphonatum, quod ante non fiebat: recitabantur tantùm Epistola Pauli, Evangelium; & sic Missæ fiebant.* Hinc, & ex aliis supradictis, magnum robur communi sententiæ accedit; & idcirco omnes Auctores Liturgici mox expositam Durandi sententiam communiter rejiciunt. Dubitant tamen, utrùm ex institutione Cælestini canerentur omnes integri Psalmi Davidici, an quædam Antiphonæ tantùm ex Psalmis excerptæ? Cardinalis Bona lib. 2. ver. Liturg. cap. 3. n. 1. autumat, nonnisi prædictas Antiphonas cum uno tantùm integro Psalmo decantari consuevisse.

XV. Gavant. pag. 85. col. 2. *Sed verè disputat ratio.* Optimè decidit Gavantus, quòd in omnibus Missis Votivis de Passione, & de Cruce; etiam tempore Passionis, dicitur prælaudatus Psalmus *Judica me Deus*, Gavant. Rubr. Miss.

& Gloria Patri in Introitu, & ad Psalmum Lavabo, quia non sunt Missæ de tempore, sed Votivæ: idem pariter docent Bissus tom. 2. lit. P. n. 255. §. 1. & 2. Vinitor supra §. 13. & Turrinus in directorio Sacrificantium part. 2. sect. 2. cap. 1. ubi ex professo agit hanc quæstionem, & satis doctè nostri Gavanti sententiam pariter propugnat. Denique in eadem sententia versatur Hagerer in append. ut. 1. de Missis Votivis privatis §. 3. ubi allegat Decretum S. R. C. sub die 10. Februarii 1647. quod tamen non reperitur in regestis Sac. Cong. extat quidem aliud Decretum datum in nostro Indice sub n. 440. & editum à S. R. C. die 31. Augusti 1669. in Tornacen. in quo sancitur Missa B. M. V. sub invocatione septem Dolorum Feria 6. infra hebdomadam Passionis, ab iis, qui gaudent hujusmodi indulto, debet recitari cum Gloria ad Introitum, & cum Psalmo *Judica me Deus* ad Confessionem, sed sine Gloria in excelsis. Ex quo liquet, quòd prædicta Missa tunc dicebatur in gradu Missæ Votivæ, cum prohibita fuerit recitatio Hymni Gloria in excelsis; & nihilominus præscriptum fuit, quòd non omittatur recitatio Psalmi *Judica me Deus* ad Confessionem, & Gloria Patri ad Introitum.

Dum Sacerdos in fine Psalmi dicit Gloria Patri, tam ipse, quàm Minister inclinat profundè caput solummodò, non corpus, ideoque inclinatione minima, seu simplici; in qua tamen aliqualem humerorum inclinationem, talis capitis inclinatio secum trahit: unde debent se inclinare inclinatione minimarum maxima, de qua sermonem fecimus in nostris Observ. & Add. tit. 2. n. 2. Dicto Gloria Patri in fine Psalmi, Sacerdos repetit Antiphonam *Introibo*, non addendo particulam &, ideoque non dicendo & *Introibo ad Altare, &c.* Baldassarius cap. 1. §. Quando, Angel. in catal. errorum n. 8. in Conf. Tonel. lib. 2. tit. tit. 3. Rub. 6. n. 2. & Gervaf. in catal. errorum n. 37.

Ee

Pro

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Psalmi *Judica me Deus,*
usque ad finem Confessionis,

XVI. Gavant, pag. 85. col. 1. lit. x *Confiteor Deo, &c.* Repertâ Antiphonâ, antequàm dicat *Confiteor*, Sacerdos dicit versum *Adjuvorum nostrum &c.* distribuendo voces ita, ut, quando dicit *Adjuvorum*, signet frontem; quando dicit *Nostrum*, signet pectus; quando dicit *In nomine*, signet sinistrum humerum; quando dicit *Domini*, signet dextrum humerum. *Cerem. Episc. lib. 1. cap. 25. §. 5. & Bauldry part. 3. cap. 3. n. 3. & alibi.* Minister pariter sic se signat. *Castaldus lib. 2. sect. 1. cap. 5. n. 2. & 3. Corsetus tract. 1. part. 1. c. 1. n. 15. Bauldry part. 1. cap. 17. n. 1.*

XVII. Gavant, pag. 85. col. 1. ead. lit. x *Liturgia S. Jacobi à Confessione incipit.* Verissimum est, quòd Liturgia S. Jacobi à Confessione incipit; cujus formula datur in illa, quæ vulgata fuit à Claudio de Sainctes, Anno 1560. Antuerpiæ ex officina Plantiniana. Incipit autem talis Confessio his verbis: *Peccatorum multitudine inquinatum me spreveris, Domine Deus noster: & paucis interjectis: Peccavi in Cælum, & coram te, neque dignus sum &c.* sed hæc Confessio fiebat à Sacerdote priusquàm ad Altare accederet. Idem (ad tradita per Antonium Bellotte in suis observationibus pag. 354.) testari videtur Liturgia D. Chrylostomi, quæ habet Confessionem in apparatu, nullam in ipsa Divini Mysterii Celebratione: unde procul ab Altari talis Confessio fieri consuevit; ut probat prædictæ Liturgiæ præparatio relata ab eodem Bellotte *cit. loc.* Idem mos præmittendi Sacrificio hanc generalem Confessionem reperitur in aliis etiam Liturgiis Ecclesiarum Orientalium, præsertim in ea, quæ Divi Marci Evangelistæ nomen præfert, & etiam in ea, quæ Divo Basilio tribuitur, & in aliis relatis à Card. Bona *lib. 2. cap. 2. n. 4.* Unde dubitandum non est, quin aliqua formula generalis Confessionis antiquissima sit, & Aposto-

licæ traditionis, ut fatetur idem Card. Bona *cit. loc.* quinimò non solum antiqui Christiani, sed etiam ipsimet Judæi in veteri Liturgia Confessionem in omnibus Sacrificiis præmittunt, quam Hebræi Doctores, inquit, frater allegatus à Bellotte *cit. loc. p. 353.* vocabant: *Viddin, Haddenarin,* fiebatque in verbis: *Professò Domine peccavi: iniqui sum, & peccator sum coram te, ponit me, & pudet operum meorum; nec ad ea revertar: quibus prolatis inchoabant Sacrificium: & hæc Confessio desumpta videtur Levitico cap. 16. vers. 1. & hinc forsan exordium Judæorum usum, orta est Christianæ Liturgiæ Confessio in ipso Sacrificii exordio; non etiam à naturali instinctu, quia exordium operum bonorum est confessio malorum; ut scripsit Augustinus *tract. 12. in Jo. sub fin.* & habetur Proverbiorum *cap. 18. vers. 17.* *Stultus prior est accusator sui; id quod etiam advertit noster Gavantus hic, referens hunc textum. Vide Huetium *quæst. Almut. lib. 2. cap. 20. n. 4.***

XVIII. Gavant, pag. 85 col. 1. ead. lit. x *Damasus autem auctorem facit, quòd apud Romanos sit in usu.* Nonnulli recentiores, & recentibus omnibus præfatis Scriptoribus, invidiosi auctoritate Radulphi de observ. Canon. *pag. 23.* adstruunt, quòd Damasus Papa natus Hispanus, qui Romanum Pontificatum suscepit A. D. 370. præscripsit, ut Presbyter Confessionem faceret, antequàm accederet ad Altare. Alii verò auctorem hujus Confessionis ante Missam faciunt Pontianum, qui A. D. 230. Romanus Pontifex electus fuit, & abbas centes in comprobationem hujus auctoritatis Bernonis Abbatis Augustini *de officio Missæ cap. 25.* qui quidem Augustinus nec unum quidem verbum super hæc præscripsit, & ejus libellus *De quibusdam ritibus*

ad Missæ officium pertinentibus terminatur cap. 7. unde admirari non desino, quomodo allegetur ejusdem libelli cap. 25. Itaque si sermo sit de aliqua formula Confessionis generalis emittenda ante Missæ initium, censeri hanc antiquiorem esse & Damaso & Pontiano, Summis Pontificibus; quia, ut supra diximus, cum Card. Bona, talis Ritus antiquissimus est. & ab Apostolico fonte derivatus. Si autem sermo sit de formula illa Confessionis, qua nunc utitur Romana Ecclesia, certissimum profecto est hanc institutam non fuisse neque à Pontiano, neque à Damaso, cum sit eorum ævo valde posterior: & reverà Micrologus, qui floruit circa undecimum Seculum, refert cap. 13. diversam formulam ab ea, de qua nunc sermo est, & quæ in antiquis Missalibus, nec non Ritualibus reverà reperitur. Verum tamen est, quod in multis MSS. ante Annum 300. eadem prorsus legitur Confessionis generalis formula in Missæ exordio dicenda quæ nunc in Missali S. Pii V. statuta est: unde fit, quod Petrus Le Brun tom. 1. part. 1. art. 4. asseverat, Romanam Ecclesiam post initium Seculi 13. prædictam formulam adhibuisse; & in Concilio Ravennæ habito A. 13:4. sequens Canon, qui habetur in Rubrica 15. sancitus est. Quoniam in Confessionibus, quæ fiunt publicè in Introitu Missæ, & aliis, varii diversimodè confitentur; statuimus, & de cætero observari præcipimus per totam Provinciam Ravennatem, Confessiones hujusmodi fieri sub hac forma: *Confiteor Deo omnipotenti, Beate Mariae Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Jo. Baptista, &c.* -- Suppressit igitur præfatum Concilium omnes alias, variasque formulas talis Confessionis; & prædictam solam, quæ nunc communis est, in omnibus suis Ecclesiis, ut uniformitas servaretur, dicendam esse statuit.

Qui scire desiderat varias hujus Confessionis formulas, quæ antiquitus in usu erant, & quæ in variis antiquis Liturgicis codicibus adhuc extant, evolere potest ea, quæ

super hac materia eruditè collegerunt Card. Bona lib. 2. cap. 3. n. 4. & seqq. Grancelas lib. de antiq. Liturgiis à pag. 447. usque ad pag. 457. necnon Bellotte loc. superius cit. qui pariter nonnulla alia tradunt, quæ spectant ad originem, Ritum, diversumque modum, qui etiam nunc servatur ab aliquibus in proferenda hac publica, & generali Confessione, in Sacrificii Eucharistici exordio. Inter prædictos varios modos faciendi hanc Confessionem, præterire non possum illum, quem observat Rhemensis Ecclesia, ab ipsis Apostolorum temporibus orta, & edocta, ut bene ait Bellotte; in qua Celebrans, assumptis in Sacrario vestibus, ibique ante imaginem Crucifixi profunde inclinatus, Confessionem facit cum Ministris, qua peracta Chorum ingreditur; tum Sacerdos stans in medio ejusdem Chori, profunde se inclinat Altari; deinde facie ad Chorum conversa, dicit *Orate pro me fratres, & ego pro vobis*: mox ad Altare conversus in infimo gradu stans, & profunde inclinans, dicit *Aufer à nobis Domine, &c.* demum manibus junctis super Altare, dicit *Oramus te, &c.* ut in Ordine Missæ. Eundem morem servat Laudunensis Ecclesia, prædictæ Rhemensis Metropolitanæ suffraganea. Rursus eundem Ritum emulantur etiamnum hodie, licet aliquantulum diversimodè, Monachi Cluniacenses Ordinis S. Benedicti, necnon rigidioris disciplinae Carthusianæ sectatores, qui generalem Confessionem ante gradus Altaris à parte Evangelii, versa facie ad Austrum peragunt sine stola, sine casula (utpote quæ sunt innocentia, & caritatis ornamenta) & ideo eas assumere non præsumunt, nisi post peractam prædictam Confessionem, & nisi mediante ipsa fuerint Deo reconciliati, exemplo Publicani, & Magdalene, quorum alter à longè stans; nolebat nec oculos ad Cælum levare; altera verò stans retro secus pedes Jesu, lacrymis cepit rigare pedes ejus. Non est tamen improbandus Ritus

Romanus, & communis, emittendi talem Confessionem publicam, & generalem, à Sacerdotibus, etiam Sacris vestibus indutis; qui jamjam Sacramentali Confessione purgati, vel eum nihil sibi conscii sunt, quo se nocentes agnoscant, Sacerdotalia indumenta sumunt, & ad Aram accedunt antequàm iterum Confessionem publicam, & generalem proferant, quia eum hoc Sacrificium pro universis Christianis offeratur ab Ecclesia; hinc in tali publica Confessione peragenda, quis Sacerdos ne dum sua, sed aliena, veluti propria peccata, in ipso Liturgiæ Sacre exordio confitetur. Omnes enim eum simus unum Corpus in Christo, quidquid mali inest in ipso Corpore, id commune sibi faciunt Sacerdotes; quibus incumbit communes omnium Fidelium injustas Deo irrogatas ferre, & reparare injurias. Et reverà in Ordine Divinæ Missæ Armenorum, Sacerdos faciens hanc publicam Confessionem, postquam dixit *Confiteor, &c. omnia peccata qua commisi, quibus peccavi cogitatione, verbo, & opere; subnectit, & pro omnibus peccatis, qua homines perpetrarunt, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.* En igitur, quòd Sacerdos Sacrum peragens, & Christi Domini Personam gerens (qui peccata nostra pertulit in Corpore suo super lignum, ut fieret propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi) Confessionem generalem nomine omnium efficit, pro omnibus veniam impetrare, & omnium crimina Sacrificio Eucharistico, quod peragit, expiare intendit.

XIX. Gavant pag. 85. col. 2. eadem lit. x. *Neque adis arbitrio tuo in Confessione, &c.* In hac generali, & publica Confessione non addendum est nomen Patris, aut alterius Sancti, ut docet Gavantus hoc loco: quia eum Pius V. hoc expressè concesserit tantum Ecclesiis Hispaniarum; inde optime inferitur, sine licentia Papæ fieri non debere ejusmodi additionem; ex qua ratiòne,

ait Gueytus in sua Heortologia lib. 3. tit. 29. quest. 8 - sequitur non esse damnanda illos, quibus id æquè concessione Pontificis, aut jure Breviarii proprii, aut denique consuetudine præscripta, nec abrogata, sitatum est -- Rursus eum Sacerdos dicitur Confessionem facit, non se vertat modò unam, modò ad aliam partem, quando dicit: *Vobis fratres, vel Vos fratres:* qui talium præstare debet reverentiæ signum erga Ministrum, aut Populum. Quare comp. §. 3. Bissus lit. S. n. 20. & alii communiter. Utrum verò pronunciando illa verba *Beate Mariae, & B. Mariam,* inclinandum sit caput inclinatione minimarum media, hoc est inclinatione mediocri, non conveniunt Auctores: affirmant Palaeus part. 1. §. 1. negat verò Hippolytus à Petru tit. 1. Rubr. 5. in adnot. n. 5. cui adhaerendum esse censeo: quia, si Sacerdos non debet caput inclinare, dum dicit *Oremus,* inclinatum jam habeat; multò minus in hoc nostro casu, & similibus v. g. in tribus Orationibus communionem Celebrantis procedentibus, in quibus nominatur nomen *Jesu.* Praterè si dicendo Confessionem Sacerdos reperitur jam inclinatus inclinatione omnium maxima, hoc est profunda; quid superaddere deberet minorem aliam inclinationem, capitis scilicet, aut minimarum mediam, proferendo nomen *Mariæ*, aut minimarum maximam, cum proferret nomen *Jesu?*

XX. Gavant pag. 85. col. 2. lit. y. *Mea culpa, ter pectus, &c.* Cum Sacerdos dicit *mea culpa,* pectus percussit dextera manus digitis omnibus simul juncti, clausis & curvis (tenendo sinistram apertam subtus pectus) qui Ritus observari debet tantum à Celebrante, tum à Ministro; Castald. lib. 2. cap. 7. n. 1. Bonamic. part. 1. lib. 10. n. 1. licet non sint improbandi, qui aperta palma, & extensa pectus percussione eum urbanius se gerant, & circa hoc Rubr. nihil expressè fuerit præscriptum.

Caveant tamen tam Sacerdos, quam Minister à percussione vehementi, quam effugent, percutiendo palma aperta: nam peccatoris percussione non ossa, ut ait D. Augustinus, sed ipsum cor nos contere si significamus. Vinitor *part. 2. tit. 3. §. 17.* & Gervasius in catalogo errorum n. 38. Modeste igitur, & non sonore in hac circumstantia pectus est percutiendum. Nonnulla, quæ spectant ad Sacram eruditionem hujus percussiois pectoris, videri possunt apud Card. Bona de rebus Liturg. lib. 2. cap. 2. n. 7. nec non apud Grancolas in lib. de antiq. Liturg. pag. 453. ubi adnotat, quòd in aliquibus Ritualibus præscribitur prædicta pectoris percussio, cum dicitur *locutione*; in aliis verò MSS. se legisse asserit: *Incr pronuntiandum hac verba, Cogitatione, Losutione, Opere, & Ommissione, tertio pectus tundat.*

Dicto *Mea maxima culpa* prosequitur Sacerdos Confessionem, stans eodem modo

inclinatus; ut supra, donec à Ministro sit dictum, & completum *Misereatur tui &c.* Minister verò, dum dicit *Misereatur*, caput versus Sacerdotem profunde inclinat in reverentiæ signum. *Ex Ceremon. Episc. cap. 8 §. 31.* Post *Confiteor*, seu ante Orationem *Misereatur*, nec Celebrans, nec Minister subjungit *Deo gratias*, aut particulam *Amen*, cum sit contra Rubricam.

Cum à Ministro incipitur *Confiteor*, Celebrans erigit se. Minister in recitanda Confessione observet ea, quæ superius adnotavimus pro Sacerdote; sed in dicendo *Tibi Pater, & Te Pater*, caput versus Sacerdotem profundius inclinat. *Ex Cerem. Episc. supra.* Remanet autem Minister inclinato corpore, inclinatione profunda versus Altare, usque dum Sacerdos incipiat *Indulgentiam*; qua incepta à Sacerdote, se erigit, & sese signat signo Crucis.

GAVANTUS

in nova Editione sequens habet additamentum, inferendum pag. 86. post Rubr. n. 8.

Quid dicendum, si plures adsint Cardinales, seu Prælati æquales? sicuti nemo eorum osentur Evangelium; ita non videtur à eisdem Vobis Patres, & Vos Patres: sed tamen usus obtinuit, ut in numero plurali hæc dicantur.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Confessionis, usque ad deprecationem, *Aufer à nobis.*

XXI Gavant. pag. 86. col. 1. lit. 2. *Habit Microlog. loc. cit.* Facta Confessione à circumstantibus, nimirum à Ministro, vires circumstantium gerente; à Portu *sup. Rubr. 6. in adnot. n. 1.* Celebrans stans adhuc erectus, responderet *Misereatur vestri*, vestri (inquam) non tui: quia ut dixi, Minister facit Confessionem nomine circumstantium. Sacerdos hanc precem dicens, nullatenus se convertit ad Ministrum, neque ad Populum, Dicendo *Dimissis peccatis vestris*, non addat *Omnibus*, nec ad *Indul-*

gentiam, addat *Omnium*: deletum est enim in Missali novo correcto, *Omnibus, & Omnium*, quæ in antiquo Missali habebantur; & ideo non licet illa amplius addere. *Bauld. part. 3. tit. 3. Vinitor supra §. 16. Baldass. part. 1. §. Finito.* Minister autem adhuc inclinatus profunde, responderet in fine *Amen.* *Bauld. part. 1. cap. 17. num. 20.*

Cæterum formula hujus precis *Misereatur* refertur utique à *Microlog. cap. 23.* sed aliis verbis expressa, nimirum: *Misereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata.*

Ec 3

11111

ratua; liberet te ab omni malo, & confirmet te in omni opere bono; & perducatur nos pariter Iesus Christus Filius Dei vivi in vitam eternam Amen. In aliis verò Missalibus post illa verba: Liberet te ab omni malo, leguntur hæc alia: Conseruet te in omni opere bono, & perducatur te per intercessionem Sanctorum ad gloriam sempiternam; alias varias, & diversas formulas hujus precis, quæ exstant in antiquis Ritualibus, Pœnitentialibus, & Missalibus, recenset J. Grancolas in lib. de antiq. Liturg. pag. 453.

XXII. Gavant, pag. 86. col. 1. eadem lit. 2. Stant autem ad Indulgentiam, &c.) Proletatâ prædictâ prece Misereatur, Sacerdos producens manu dextera à fronte ad pectus signum Crucis, ut superius innuimus, dicit Indulgentiam &c. & dum se signat, distribuit verba ita, ut, quando pronunciat Indulgentiam, signet frontem; dum pronunciat Absolutionem, signet se infra pectus; dum pronunciat & Remissionem, signet humerum sinistrum; dum pronunciat peccatorum nostrorum, signet humerum dexterum. A Portu sup. n. 5.

Hæc dicendo, non solum Sacerdos erectus manet, sed etiam Minister erigit se à profunda inclinatione, quando Sacerdos incipit Indulgentiam &c. & modo supradicto sese signat. Bauldry, Castald. Bonamic. & alii.

Auctores, qui loquuntur de prece Misereatur, nullam faciunt mentionem de hac prece Indulgentiam &c. ut advertit Grancolas suprac. pag. 453. Micrologus tamen eam refert expressam his verbis: Indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens, & misericors Dominus Amen: & in antiquis Ritualibus legitur cum

aliquibus additionibus, sicut etiam in Missali Lugdunensi. Alia, quæ spectant ad elevationem ejusdem precis, legi possunt apud Grancol.

XXIII. Gavant, pag. 86. col. 1. lit. 2. dicitur Manipulum &c.) Manipulus extremus in co. brachio jam expedito imponebatur; in Ritu, ut supra diximus, tunc communi erat omnibus Presbyteris; nunc vero in Missalibus Episcopis remansit, quibus peracta Confessione, seu post Indulgentiam, à Ministro imponitur. Card. Bona de rebus Liturg. lib. 1. cap. 24. n. 5. Expletâ autem Confessione & prolatâ prædictis precibus, subducitur quot versiculi ex Psalmis deprompti, præ in Ordine Missæ; in quibus dicendis Sacerdos stat inclinatus, & junctis manibus in pectus, inclinatione mediocri, qua inclinatione Minister quoque se inclinat: & postquam Sacerdos recita erit suum versiculum respondebit alternatim integrè, juxta Ordinem Missæ, sed nec nimis festinanter, nec ce nimis remissa; quod semper observare debet, dum Sacerdoti respondet. Hæc omnia respectivè traduntur à variis Auctoribus, quæ refert à Porto suprà n. 6. Prosequitur igitur Sacerdos dicens: Deus tu conversus, &c. & quæ sequuntur in Ordine Missæ, clara videlicet ordinaria, usque ad Oremus inclinat, quod verbum Oremus profert adhuc inclinatus mediocriter, ut erat.

XXIV. Gavant, p. 86. col. 2. lit. c. Extremâ jungit manus.) Cum dicit Oremus, disjungit benè manus, & denuo eas jungit, non autem levat usque ad humeros; Cerem. Missæ Priv. 4. §. 2. nec humiliat manus tunc; à Porto n. 11, nec elevat faciem in Cœlum. Post hæc missâ voce recitat Orationem Ausert à n. &c. de qua prece infra aliqua dicentur.

Pro Ritu Missæ Privatæ, coram Summo Pontifice, &c.

XXV. Rubr. n. 11. pag. 86. Si coram Summo Pontifice, &c.) Si Sacerdos celebret coram

Summo Pontifice, aut aliis Prælatibus, præ diximus, antequàm ascendat ad Altare

genusfecit Summo Pontifici; aliis verò Prælati reverentiam adhibet summa inclinatione. Quando autem est super Altari, soli Deo vacat, eumque adorat oblatione

Sacrificii, usque ad dimissionem Populi: nam daturus Benedictionem, caput versus Prælatum inclinare debet, ut suo loco dicemus. *Quarti part. 1. tit. 3. n. 11.*

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à Confessione usque ad Introitum, &c.

XXVI. Gavant. pag. 86. col. 1. lit. c. post Rubr. n. 11. *In Missa Sollemni Ministris inclinatis, &c.* Celebrans in Missa Sollemni peragit Confessionem prout in Missa Privata; cum dicit *Vobis fratres, & Vos fratres*, aliquantulum se inclinat ad Ministros Sacros, videlicet dum dicit *Vobis, & Vos*, se convertit ad Diaconum; dum dicit *Fratres*, ad Subdiaconum; quod idem facit, dum dicit *Miseretur vestri*. *Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 81. Bauld. part. 3. cap. 11. de Missa Sollemni art. 4. n. 15. à Portu cap. 1. de Missa Sollem. tit. 2. Rubr. §. n. 8. & alii apud eundem.*

Hæc inclinatio Sacerdotis erga Ministros successivè videtur osculo, quod in Ordine Romano VI. pag. 71. inter evulgatos à Mabilion, Pontifex dabat Presbyteris duobus, deinde Diaconibus, peracta Confessione: ecce verba dicti Ordinis: *Pontifex . . . Presbyteris, qui eum ducebant, sive Diaconibus, manus ejus osculantibus, propriaque repetentibus loca, inclinans se. Deum pro peccatis suis deprecatur: tunc erectus, primum Presbyteris duobus, deinde Diaconibus per ordinem, omnibus patris oscula dabit.* Similia quædam habentur in Ordine Romano I. pag. 66. deinde in Missa Illyrici habetur hoc idem de Episcopo Sollemniter Celebrante. Ministri verò Sacri in Missa Sollemni, de qua nunc loquimur, dum dicunt *Miseretur tui*, usque ad ejus finem, semper manent inclinati profunde versùs Celebrantem pariter adhuc profunde inclinatum; *Cerem. Episc. supra, & Rubricillæ omnes communiter; & dum dicunt Confiteor*, Celebrans erigit se; Ministri verò profunde inclinati vertunt se ad Altare; & ad illa verba *Tibi Pater, & Te Pater*, item

profunde inclinati, convertunt se ad Celebrantem: *Cerem. Episc. supra, Castald lib. 1. sect. 7. cap. 1. n. 6. & cap. 1. n. 4.* alique omnes Sacrarum Rubricarum expoitores: dum dicunt *Mea culpa*, dexteræ digitis simul junctis pectus percipiunt, eo modo, quo adnotatum est *suprà* de Celebrante in Missa Privata.

XXVII. Gavant. pag. 86. col. 1. lit. c. *In Missa Sollemni, &c.* Præterea adnotandum hic est, quòd si adit Episcopus in propria Diocesi, licet non celebret, sed tantum assistat Missæ Sollemni, Celebrans debet ad Confessionem respondere Episcopo usque ad *Indulgentiam* inclusive (& non ultra) non verò simul cum illo dicere *In nomine Patris, &c.* Ita sancitum est etiam à S. R. C. 4. Augusti 1663. cujus Decreti copia data est in nostro Indice sub n. 409. Nomine autem Confessionis hæc venit etiam Antiphona, & Psalmus præcedens formulam Confessionis, nempe *Confiteor &c.* Rursus advertere debemus, quòd Episcopus, de quo loquimur, sit in loco suæ jurisdictionis, neque præfens sit ejus Metropolitanus, vel Patriarcha, vel Cardinalis, vel Legatus Sedis Apostolicæ. Item requiritur pariter habitus certus in dicto Episcopo v. g. vel pluviale, & mitra in sollemnioribus Festis, vel saltem cappa Pontificalis in Festis minus sollemnibus. *Cerem. Episc. lib. 2. cap. 9. & Vinitor part. 1. tit. 10. n. 1.*

Peracta Confessione, dum Celebrans erectus dicit precem *Miseretur vestri, &c.* donec totam hanc precem perfecerit, ipsi Ministri Sacri adhuc manent inclinati versùs Altare; cum verò Celebrans dicit *Indulgentiam &c.* prælaudati Ministri Sacri erigunt se, & se lignant

signant cum eo. Ad verba *Deus tu conversus, &c.* inclinant se cum Celebrante (non tamen, ut advertit Gavantus in hanc Rubricam n. 10. deducant manus ad vocem *Oremus*, sed solus Celebrans disjungit manus adhuc inclinatus, & statim conjungit) sed se profundius inclinant, quam Celebrans. Biff. *lit. C. n. 197 §. 8.* Bauld. *suprà*, & à Por. u. *loc. sup. cit.*

Statim ac Celebrans incipit Confessionem (nimirum Antiphonam, & Psalmum *Judica me Deus*, qui simul cum *Confiteor* integrat partem illam Missæ, quæ dicitur Confessio, ut *suprà* diximus, & ut notat Turrin. *part. 2. sect. 1. cap. 1.*) Chorus incipit cantare *Introitum*, & deinde *Kyrie eleison*. Cerem. *Epif. lib. 2. cap. 8. §. 30.* & Bauld. *part. 3. cap. 11. art. 4. n. 16.* Verùm illi, qui cantant *Introitum*, dum fit Confessio, non genuflectunt: non enim ipsi, ut alii, faciunt Confessionem.

Bralion in *Cerem. Canoniceorum part. 2. n. 8.*

Ex usu tamen communissimo Sacrorum Basilicarum Urbis, in quibus adest solus Cantorum præcipientium dictum *Introitum* omnes Canonici, quamvis non sint parati ac etiam in pluribus aliis Ecclesiis, tum Collegiatis, tum non Collegiatis, in quibus est schola aliqua Cantorum, omnes alii de Choro faciunt Confessionem bini, & bini, fit à Canoniceis in Missa Pontificali; quæ si non genuflectunt, sed stant omnes, vertit de Bralione *suprà* n. 7. idque debet ex *Cerem. Epif. lib. 2. cap. 8. §. 33.* Item ab existentibus in Choro non fiat prædicto Confessio, nec cantetur *Missæ Introitus*; tunc omnes genuflexi manere debent prout genuflectunt etiam laici in dicta circumstantia: sicut præcibit *Ceremoniarum Episcoporum loc. suprà cit.*

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. IV. De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à deprecatione *Aufer à nobis*, usque ad initium Introitus.

I. Rubr. n. 1. pag. 87. Dum dicit *Aufer à nobis, &c.* In Missa Privata, data Absolutione, & dicto clara voce *Oremus*, ut suo loco admonuimus, Sacerdos dicit secreto Orationem *Aufer à nobis &c.* quam dum dicit, junctis manibus ascendit ad medium Altaris. Si nulli sint gradus, aut pauci, ascendens ad Altare Celebrans, lentè ascendat; ut terminans vocem ultimam Orationis, pertingat ad medium Altaris. Dum Sacerdos incipit ascendere, surgat & Minister, & genuflectat super ultimum Altaris gradum: Castald. *lib. 1. cap. 16. num. 12.* Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 22.* ubi verò nulli sunt gradus, sed solum suppedaneum, tunc Minister stet in eodem plano, non super, sed prope suppedaneum genuflectus. Castald. *suprà*, Bonamic. *part. 1. obs. 5. num. 30.*

Corsett. *tract. 1. part. 1. c. 1. n. 16.* Ordo Ritus continet hanc precem *Aufer à nobis* in Officio Dedicacionis Ecclesiæ post Litanias; Missæ verò *cap. 23.* (ut observavit etiam Gavantus in *Rubr. n. 10. tit. 3. lit. b.*) eam refert, sed non Sacerdotis Confessionem: in Liturgia versu lyrici, evulgata à Cardinali Bona, est *Psalmum Judica &c.* In omnibus ferè Liturgiis Sacerdos consimilem aliquam precem recitandum ad Sacram Aram accedit; quas quidem varias, sed consimiles preces recenset J. Cascolas in *lib. de antiquis Liturg. pag. 456.*

II. Gavant. p. 87. col. 1. lit. d. *Caveat item ne inclinatus mediocri inclinatione, manibusque junctis super Altare positus, Altare osculetur carnis in medio, & non ad latera; ut autem coepit*

enter se inclinet Sacerdos in hac circumstantia, & alia simili, aliquantulum ab Altari retrocedat; quod etiam observet, quando ad Altare debet facere genuflexionem; Bissus *lit. S. n. 20, § 18. Bauld. part. 3. tit. 4. Rubr. 1. n. 1.* manus verò ponantur junctæ super Altare, hoc modo, ita ut sex digiti longiores simul juncti iungantur mensæ Altaris. Bauld. *suprà, & Vinitor part. 2. tit. 4. in adnot. §. 2.* Digiti verò parvi duntaxat frontem, seu medium anterioris partis tabulæ, seu antependii tangant, residuo manuum inter Altare, & ipsum Celebrantem retento, pollice dextro super sinistram in modum Crucis positos, quæ omnia semper observantur, cum manus junctæ super Altare ponuntur) advertendo semper, ne parvi digiti, qui extremitatibus suis anteriorem partem mensæ Altaris tangunt, ab aliis digitis disjungantur, Bauld. *part. 3. cap. 4. ex Superiori Rubrica, Pollac. in Aphorism. part. 1. & alii communiter.*

Hæc omnia semper observantur, cum manus junctæ super Altare ponuntur ante Consecrationem: quia post Consecrationem pollices ab indicibus non disjunguntur, donec ipsi post Communionem Sacerdotis purificationi, & absterfi fuerint.

Sacerdos post precem *Anser à nobis secreto* pariter dicit *Oramus te Domine per merita, &c.* ex quibus patet, hanc Orationem inchoandam esse, quando junguntur manus modo descripto super Altare, & non antè, neque post. Angel. *in catal. errorum n. 12. de Confess. & Gervasi in catal. errorum n. 39.*

III. Gavant. pag. 87. col. 1. ead. lit. d. *Ubi non sunt Reliquia Sanctorum, &c.* Sacerdos cum dicit illa verba, *Quorum Reliquia hic sunt*, osculatur Altare, non ad latera ipsius, sed in medio, ut diximus, æqualiter, & rectè se inclinando, manibus usque ad pulsum exclusive extensis, æqualiter hinc inde super Altare positis; extra Corporale tamen collocentur, nisi Corporale esset nimis magnum, Gavant. *Rubr. Miss.*

ideoque gestus esset inconcinnus, Bauld. *part. 3. cap. 4. n. 11.* Osculatur verò Sacerdos Aræ mensam ad venerandas Sanctorum Reliquias ibi reconditas, & ad impetrandam eorum patrocinium, *Quarti part. 2. tit. 4. Rubrica 1. n. 1. §. 3.*

Quòd si ex dispensatione Apostolica, vel ex incuria, nullæ in Altari conserventur Reliquiæ Sanctorum (intellige de Reliquiis, quæ esse debent in Ara consecrata; non de illis, quæ ponuntur ad ornamentum super Altare) an omitti debeant verba ista, *Quorum Reliquia hic sunt*, controvertunt Doctores: nam Gavant. hic, quem sequuntur Arnaldus *part. 2. tit. 4. n. 2.* Quarti *suprà in dubiis conf. sect. 1. dub. 1.* Bauld. *part. 3. tit. 4. Rubr. 1. n. 1.* Castald. *lib. 2. sect. 8. cap. 3. n. 2.* Simon Buongiovanni à Larciano *in Sacrarum Cerebrarum silva lib. 4. cap. 7. in notationibus*, Lohner, Vinitor, Angel, & alii; docet, inquam, Gavantus ex Hieron, Cantonio, *in ordinario Div. off.* quòd si in Altari non sint Reliquiæ Sanctorum, omittenda sunt illa verba, *Quorum Reliquia hic sunt*: quia, inquit Quarti *suprà*, prædicta verba valde improprie usurparentur in casu, de quo loquimur: unde Sebastianus Fantonus *in Cerem. PP. Carmelitarum lib. 2. Rub. 53. n. 6.* ait, quòd si in Altari Reliquiæ non fuerint, nec in lapide consecrato, debent omitti præfata verba, & Oratio hoc modo recitari: *Oramus te Domine per merita omnium Sanctorum tuorum, ut indulgere digneris, &c.* & tunc Sacerdos osculetur Altare. Hoc idem ex antiquis Rubricis notarunt Silvester *v. Altare n. 1.* & Angel. *v. Altare n. 3.* In Missali Romano, non apponitur ea exceptio: quia supponit semper Reliquias in Altari; & ne detur occasio negligendi Ritus condendi in eo Sanctorum Reliquias. Nihilominus Castrop. *part. 4. tract. 22. punct. 9. n. 6.* vult, quòd sit dicenda tota Oratio integra in casu supradicto, ac si essent Reliquiæ in Altari; & dicit, hoc esse faciendum saltem ex decencia, & consuetudine.

Ff

diao.

aine. In hanc sententiam descendit pariter Tonell. *lib. 1. cap. 2. §. 4. n. 4.* nec non Bissus *lit. S. n. 20. §. 18.* hac ratione ducti, quia eum de more ibi collocentur Reliquiæ Sanctorum, sufficit hoc ad veritatem prædictæ communis Orationis, quamvis in hoc, vel illo Altari Reliquiæ desiderentur: regulæ enim Missalis, Orationesque, sicut & leges humanæ, non sunt pro hoc, vel illo casu particulari, sed pro communibus casibus: attendunt siquidem id, quod communiter contingit; & ideo simpliciter lata censentur veræ, quamvis in uno, vel altero casu deficient: & hæc est communis resolutio in materia de legibus; ut docet Fagundes de præcepto Eccles. *lib. 3. cap. 2. num. 8.* Et reverà in aliis casibus ad praxim deducitur hæc sententia: nam etiam si unus

tantum sit Missæ assistens, dicitur à Celebrante *Dominus vobiscum*, quasi essent plures: etiam si non adsit nisi Clericus, qui Missæ inservit, dicitur pariter à Celebrante *Misereatur vestri*, non verò *tui*. Ita pariter Moniales dum dicunt *Confiteor in Christo*, utuntur communi formula, etiam si Decreto S. C. nimirum dicunt *Tibi Peccata mea*, non verò *Tibi Mater*: & in Defunctorum Exequiis, etiam si persona defuncta sit minima, dicitur tamen: *Non intres in iudicium cum servo tuo Domine*. Denique plures habentur expressiones in Canone, quæ verificantur in omnibus casibus particularibus, sed solum communiter, & generaliter: quapropter idem dicendum creditur de prædictis verbis, *Quorum Reliquiæ sunt, &c.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab initio Introitus, usque ad Kyrie eleison.

IV. Gavant. pag. 87. col. 2. lit. g. *Ad cornu Epistolæ*) Sacerdos osculato Altari, sine ulla Cruci inclinatione, ut advertit Bauldry *part. 3. tit. 4. n. 1.* & alii communiter, quia se inclinavit osculando Altare; quod semper servatur in pari casu; quemadmodum nulla sit Cruci talis particularis inclinatio in accessu, vel recessu à medio Altaris, quando à Rubrica præscribitur alia reverentia, v. g. quando dicendum est *Credo*; Tonell. *lib. 3. §. 4. n. 2.* & apud ipsum Castald. Alcozer, &c. sed manibus de more junctis ante pectus, & naturaliter ambulando, ideoque sinistrum latus convertendo versus Altare (quod proportionaliter semper faciet) accedit ad sinistrum cornu Altaris, id est cornu Epistolæ; Hipp. à Portu *tit. 4. Rubr. 2. in advor. num. 1.* quod quidem cornu Epistolæ dici potest pariter Altaris dextera; sicut & cornu Evangelii, ut cum Ivone Carnot. advertit Gavantus hæc, dicitur pars Altaris sinistra: loquitur tamen Ivo re-

spectu Celebrantis, qui dum est ad Altare facie ad illud versa, à dexteris habet cornu Epistolæ, à sinistris verò cornu Evangelii. *lit. C. n. §. 33. & lit. S. n. 20. §. 19.*

V. Gavant. pag. 87. col. 2. lit. h. *Signum Crucis, &c.*) Stans igitur Sacerdos in prædicto cornu Epistolæ erectus & corpore, & capite vertendo faciem versus Altare (caveat Introitum incipiat adhuc ambulando versus cornu Epistolæ: quod contingere posse illis Missis, quarum Introitus meminerit retinetur) & producens sibi à fronte ad pectus signum Crucis; quo etiam Minister munit; Corsett. *tradit. 1. part. 1. cap. 1. n. 1.* incipit intelligibili voce Introitum (quod quam omittitur, nisi Sabbato majori, & ieiunians in Privatis Missis, si dicantur; de qua prohibitione in tali die suo loco sermone habebimus) & tunc profequitur eadem voce, & manibus junctis ante pectus.

VI. Gavant. p. 88. col. 2. lit. i. *Crucifixa recurre*

tiam exhibemus.) Cum dicit *Gloria Patri*, junctis pariter manibus, caput inclinat versus Crucem inclinatione simplici, seu simplicium maxima: Tonell. lib. 3. cap. 1. §. 2. num. 3. Bonamic. obser. 12. num. 1. hanc eandem inclinationem faciet & Minister; Corfett. supra n. 17. neuter tamen oculos elevabit; quod servari etiam debet in pari casu. Tonell. lib. 2. tit. 4. Rubr. 2. n. 3. Baldassar. cap. 2. §. Cominciando.

VII. Gavant. pag. 88. col. 2. eadem lit. i Satis est convertere caput ad Crucem, non personam.) Hanc Gavanti sententiam amplectuntur Corfett. tract. 2. part. 1. sect. 2. n. 4. Vinitor part. 2. tit. 4. in adnot. §. 7. Arnaud. & alii: nihilominus contrariam opinionem, nimirum in prædicto casu converti debere ad Crucem etiam personam Sacerdotis, seu corpus cum capite aliquantisper, tuentur Bauld. part. 3. tit. 4. Rubr. 2. n. 2. Angel. in catal. errorum n. 2. Tonell. & alii, quos refert Hippol. à Portu supra num. 7. hac ratione permoti, quia reverà illa conversio, & motus videtur facilior, & naturalior ad significandam intentam reverentiam erga Crucem.

Dum Sacerdos repetit Introitum, non se signat iterum: tale enim signum fit tantum ratione principii. Vinitor supra, necnon Gervasi supra, & Benvenuti pag. 9.

VIII. Gavant. pag. 88. col. 2. lit. l Kyrie eleison, vide supra, &c.) Repetito Introitu, junctis manibus ante pectus, præut junctis

tenebat, accedit ad medium Altaris, naturaliter deambulando, & idcirco dexterum latus ad Altare volvendo; ubi stans versus illud erectus & corpore, & capite, similiter manibus junctis, dicit voce intelligibili, & ordinaria ter *Kyrie eleison*, ter *Christe eleison*, & iterum ter *Kyrie eleison*, alternatim cum Ministro.

Hinc patet errare illos, qui incipiunt *Kyrie*, dum procedunt, & antequam ad medium Altaris pervenerint; & multò magis errare illos, qui nondum repetito Introitu pergunt ad medium ipsius Altaris, cum aperte operentur contra Rubricam: antequam tamen incipiat primum *Kyrie eleison*, debet facere reverentiam Cruci minimarum seu simplicium maximam, non elevando oculos; id quod semper observare debet, quoties accedit, vel recedit à medio Altaris; nisi paulò ante recessum, vel paulò post accessum præscribatur reverentia faciendà à Missali; ut accidit, quando osculatur Altare, & post Evangelium dum dicitur *Credo*, quia statim ad verbum *Deum* præscribitur reverentia faciendà, Castald. lib. 2. cap. 2. n. 10. Vinitor supra §. 8. Gervasi cap. 2. §. Notifi qui. Tonell. Lohner, & alii; de quo quidem etiam nos superius locuti sumus.

Si autem, dum Sacerdos dicit *Kyrie eleison*, nullus sit, qui ei respondeat; tunc ipsemet Sacerdos dicat *Kyrie eleison* novies ordine supradicto. Billius supra §. 20.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Kyrie eleison, usque ad Hymnum, Gloria in excelsis Deo.

IX. Gavant. pag. 88. col. 1. lit. n *Manus extendens, &c.*) Dicitur ultimo *Kyrie*, Sacerdos stans in medio Altaris, quod est pars ejusdem nobilior, & in qua dicuntur partes Missæ insigniores, Quarti part. 2. tit. 4. Rubr. 3. n. 1. manus extendens usque ad humeros, dicit clara voce, si dicendum sit, *Gloria in excelsis Deo*.

X. Gavant. pag. 88. col. 1. lit. o *Caput Cruci inclinat.*) Dicendo prædictum Hymnum Angelicum, cum dicit *Deo*, jungens manus, caput Cruci inclinat; quod ut venuste fiat, poterunt extendi manus, dum dicitur *Gloria*, elevando eas usque ad humeros, & non ultra eorum latitudinem, aut altitudinem, dum dicitur *in excelsis*; jungi

verò, dum dicitur *Deo*; & advertatur, quòd dum Sacerdos profert vocem illam *Deo*, duo præstat: alterum est jungere manus ante pectus de more; alterum verò est inclinare caput, ut supra, inclinatione minimarum minima, hoc est simplici; nunquam tamen eleventur oculi, imò neque caput, neque corpus; & manus dum extenduntur, non debent poni super Altare, quod multi gratis faciunt, & præter Rubricam; sed ea, quæ junctæ erant immediatè, extenduntur. Bauld part. 3. de Ritib. servand. cap. 11. Bils. supra, Gerual. supra cap. 4. §. Terminato, & alii relati ab Hippol. à Portu supra n. 5.

Sacerdos igitur postquam protulerit illa verba, *Gloria in excelsis Deo*, eo modo, quomox innuimus, junctis manibus ante pectus, prosequitur Hymnum usque ad finem; sed cum dicit *Adoramus te*, caput Crucis inclinat inclinatione minimarum maxima, quia plura sunt verba; Hippol. à Portu tit. 3. Rubr. 4. n. 8. in adnot. quod idem facit, dum dicit *Gratias agimus tibi -- Jesu Christe -- Suscipe deprecationem nostram --* & iterum *Jesu Christe*.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à fine Confessionis usque ad primam incensationem.

XIII. Gavant. pag. 89. col. 1. lit. q. *Diaconus sinistra manu, Subdiaconus dextera albam, &c.* In Missa Sollemni Sacerdos facta Confessione, & dicto *Oremus*, ascendit, ut in Missa Privata, manibus junctis ad Altare, submissa voce dicendo: *Aufert à nobis, &c.* Diaconus verò, & Subdiaconus, nulla tunc facta genuflexione, ascendunt pariter cum Celebrante; & ascendendo hinc inde, albam, & vestem anteriorem Celebrantis elevant, Diaconus sinistra, Subdiaconus verò dextera, utraque inversa, & altera utriusque manu infra pectus admota; quod in similibus semper faciunt. Lohner part. 3. tit. 3. n. 3, Bauldry part. 1. cap. 9.

XI. Gavant pag. 88. col. 2. lit. p. *signo Crucis.* Quando in fine dicti Hymni dicit *Cum Sancto Spiritu*, Sacerdos se ipse à fronte ad pectus signat signo Crucis; & rectè se signet, distribuatur verba hoc modo: quando dicit, *Cum Sancto*, portet dextram ad frontem; cum dicit *Spiritu*, portet ad pectus; cum dicit *In gloria*, portet ad humerum sinistrum; cum dicit *Dei Patris*, portet ad humerum dextrum. A Port. sup. tit. 1. Rubr. 3. in adnot. n. 13.

XII. Gavant. pag. 88. col. 2. ead. lit. p. *Et junge manus in verbo Amen in fine.* Hæc Gavanti opinionem amplectuntur Quæ part. 2. tit. 4. Rubr. 3. Corlett, 1748. 2. p. 1. sect. 1. num. 1. Lohner part. 2. tit. 10. §. & alii. Contrarium tamen tenet Toel. lib. 2. tit. 4. in notis ad Rubr. 3. Bononiæ Polac. & Monc. quos refert & sequitur Portu supra num. 14. tum quia conjunctio illa non requiritur ad Crucis signum complendum; tum quia esset actus superfluus, cum immediatè disjungendæ forent manus; & denique quia talis conjunctio videtur præter Rubricam.

art. 1. n. 13. Hoc modo comitantur Celebrantem ad Altare; ubi dum hic dicit *Orationem Oramus te Domine*, & osculatur altare, illi genuflectunt unico genu, manibus junctis ante pectus, & statim surgunt: hoc loco fit genuflexio propter primum accessum ad Altare. Statim ac prædicti ascendunt ad Altare, Clerici surgunt omnes, & Ceremoniarius (Clericus quoque de libro, ut Navicularius, si ad sint) necnon Thuriferarius & stant in locis suis, facie ad Altare conversi. Thuriferarius verò postquam surrexit (ut Navicularius à sinistris ejus, si aderit) accessit per gradus Epistolæ laterales, ferè ad medium Altaris super suppedaneum; ubi facta

genusflexione stans à dextris Diaconi ante Celebrantem, naviculam, quam tenet in manu dextra, quæque respicere debet pectus ejus ex ea parte, quæ aperiri debet, vel semiapertam, tradit Diacono dextra, & ministrat thuribulum Celebranti, ut supra; si verò addit Navicularius, tunc ipse porrigit naviculam apertam. Ex Bauldry *part. 1. cap. 25. art. 3. n. 3.*

XIV. Ga. ant. p. 89. col. 1. lit. r. *Altari, &c.*) Celebrans dicto *Oramus te Domine*, inclinatus de more osculatur Altare, ut in Missa Privata: Ministri verò Sacri, ut diximus, faciunt genuflexionem unico genu Crucis, non osculantes Altare, manibus junctis, nunquam tamen super Altare positus, nec ipsum Altare tangentes, & statim à genusflexione surgunt.

Celebrans osculato Altari, stans in medio illius, convertit faciem suam aliquantulum ad partem Epistolæ: Subdiaconus stat à sinistris Celebrantis, & facie versa ad Altare; Diaconus verò ad dexteram ejusdem Celebrantis, & Thuriferarius ad dexteram Diaconi: Ceremoniaris denique sit in suppedaneo post Thuriferarium.

XV. Gavant, pag. 89. col. 1. lit. f. *Hic primum thuribuli nomen habetur.*) Thuribulum non solum Thymiamaterium, sed etiam Suffitorium dicitur ab Anastasio; & est vas ex argento, vel alio metallo artificiosè elaboratum; in quo thura, & alii odores incenduntur in Sollemni Oblatione. Prædictum autem thuribulum, juxta usum Rom nunc ita efformatur, ut sit convenientis capacitatis, & à tribus catenulis sustineatur, quæ manubrio in summitate innectuntur. Operculum talis vasis annexam habet quartam, & minorem catenulam, quæ ex minore pendens annulo, & transiens per manubrium, in parte suprema ipsius operculi terminatur. Manubrio est annexus in medio major annulus; & ambo annuli sunt ita capaces, ut in annulum minorem, sive operculi, digitum annu-

larem, seu auricularem immittat Thuriferarius; pollicem verò in majorem annulum, sive vasis, palma manus dexteræ aperta, & versa ad Celebrantes: altitudo catenularum solet esse quatuor circiter palmorum; ut cum sit incensatio, sinistra incensantis manente ad pectus immota, ipsum thuribulum dextera facile duci possit. In suprema parte operculi habet globum annexum, altitudinis unius pollicis cum medio, in quem ipsa operculi catena delimit. Auctor libri Pontificalis scribit Sergium fecisse thymiamaterium, seu suffitorium, vel thuribulum aureum magnis cum columnis, & cooperculo, quod suspendit ante Imagines tres aureas B. Petri Apostoli, in quo incensum, & odor suavitatis fessit diebus, dum Missarum sollemnia celebrantur, omni, orenti Deo opulentiùs mittitur. Usum porro eorum, vel similibus vasorum, in quibus thura, & varii odores adolentur in sollemni oblatione, ex Apostolica traditione, & Mosaicæ Legis exemplo profluxisse ostendit Card. Bona lib. 1. *rerum Liturg. cap. 25. n. 9.*

XVI. Gavant, pag. 89. col. 1. lit. t. *Ministrante Diacono naviculam.*) Interim Diaconus accipit manu dextera naviculam semiapertam à Thuriferario, vel à Naviculario, si aderit, de manu pariter dextera ipsius, sine osculo porrigentis, ut docet Gavantus hic, Diaconus igitur statim, sinistra manu naviculam tenens, ita se vertit ad Celebrantem à dextris ejusdem cum eadem navicula, ut pars ejus aperta respiciat celebrantem ipsum. Bauld. *part. 2. cap. 9. art. 2. nomine* autem naviculæ intelligitur parvulum quoddam vas, in quo asservatur thus boni odoris, quod postea ex eo extractum in thuribulum immittitur. Est pariter navicula ex eodem metallo, quo thuribulum; & debet continere parvulum cochlear, quo utimur ad extrahendum thus ab illa. Sic autem dicitur, quia ad instar parvæ navis formari solet, ut notat etiam Gavantus: ejus synonyma sunt Acerra, Hannapus, Incensorium, Pyxis, de quibus vide Maerum in suo Hierolexico.

XVII. Gavant, pag. 89. col. 1. lit. u *Thuriferario thuribulum.*) Thuriferarius inclinatus ministrat thuribulum Celebranti hoc modo: manu sinistra teneat superioremanulū thuribuli; manu verò dextera in parte inferiori teneat thuribulum apertum elevatum, complectendo catenulas circa medium earum inter operculum & thuribulum, quod elevatum æqualiter ad naviculæ altitudinem sustinet, illudque sic elevatum offert Celebranti; ut commodè idem Celebrans ex navicula incensum in thuribulum immittere possit, & ne se inclinare cogatur. *Castaldus lib. 2. sect. 2. & Bauldry part. 2. cap. 9. art. 1. n. 4.*

XVIII. Gavant, p. 89. col. 2. ead. lit. u *Flexoque quasi genu dextro.*) Ut aptè Thuriferarius possit porrigere thuribulum Celebranti modo mox exposito, tradit Gavantus, quòd debeat esse non solum inclinatus, sed etiam semiflexus. Gavanti sententiam amplectuntur etiam Solarius in *Ceremoniali Minorum part. 3. cap. 4.* Arnaudus, nec non Corfettus, *part. 1. c. 10. n. 2.* Bauld. *part. 1. c. 14. art. 15. n. 4.* denique Ceremonialia Minorum Observantium, & Conventualium. Verùm Andreas Guerrens in *declaratione Rubricarum tract. 2. cap. 1.* & Ceremonialia Canonicorum Regularium *cap. 21.* Camaldulensium *lib. 1. cap. 20.* Carmelitarum *lib. 2. Rubr. 15.* disponunt, quòd Thuriferarius non semiflexus, sed omnino stans, inclinato tamen capite, porrigere debeat thuribulum Celebranti. Hanc sententiam pariter tenent noster Maggus de *officio Chori cap. 3. disquisit. 12.* nec non Hippolytus à Portu *supracit. n. 6.* hac ratione moti, quia Thuriferarius flexo quasi genu stans, non potest firmus quiescere, quin hinc inde nutans thuribulum dimoveat; adeoque ob commoditatem potius Celebrantis, quam ipsius Thuriferarii, à prædictis omnibus præscribitur hic Ritus standi in Thuriferario, dum porrigit Celebranti thuribulum. Advertendum tamen est, quòd si Thuriferarius ministraret Episcopo, tunc

deberet profectò ei genuflectere, dum hoc in thuribulum imponit. *Bauldry part. 1. cap. 15. art. 1. n. 5.*

XIX. Gavant, pag. 89. col. 2. lit. x *sculatur cochlear, & manum.*) Diaconus prædicta circumstantia parùm inclinatus versùs Celebrantem, accepit à de manu Navicularii, (si aderit, vel Thuriferarii) naviculam sinistra manu, eam tenens convertit ad Celebrantem, & partem ejusdem naviculæ apertam ei, ut mox diximus, exhibet, statimque accipiens cochlear vacuum manibus sua dextera circa partem inferiorem manubrii prope vas ejusdem cochlearis, osculatur illud in manubrii summitate, & tradit Celebranti, cujus manum dexteram in anteriori parte, non digitos osculatur. Deinde versùs eum inclinans, dicit *Benedicite Pater Reverende* voce intelligibili, sed non alta, sed si Celebrans est Episcopus, dicit *Pater Reverendissime. ex Cerem. Episc. lib. 1. cap. 2.* Nonnulla Ceremonialia Regularium referunt à nostro Francisco Maggio in libro de *officio Chori opus. 3. disquisit. 13.* præscribit etiam Abbatibus, Generalibus, seu Praepositis pariter Generalibus, in tali circumstantia pariter debere dici à Diacono: *Benedicite Pater Reverendissime.*

XX. Gavant, pag. 89. col. 2. lit. y *Manu sinistram pectori admoveat Celebrans.*) Accipit cochleari à Diacono, sinistram tenens in pectus positam, ter è navicula thuribulum in eodem cochleari, & ter in thuribulum immittit Celebrans: tunc verò Diaconus tenet naviculam ambabus manibus inter pedales & indices desuper à lateribus ipsius. *Castald. lib. 2. sect. 2. cap. 2. n. 5.*

XXI. Gavant, pag. 89. col. 2. lit. z *Et inclinamur cum incenso ipso: Benedicaris.*) Diaconus immittit Celebrans incensum in thuribulum tribus locis distinctis, scilicet in medio, à dexteris, & à sinistris illud benedicit, quasi cum eo loquens: *Ab illo benedicaris. In cujus honore cremaberis: Amen: Verbum*

antem prædicta sic dispensare debet. videlicet, ut in prima thuris immisione dicat: *Ab illo benedicaris*: in secunda: *In cuius honore*: in tertia: *Cremaberis Amen*: Lohner *part. 2. tit. 8. n. 2.* Tonellius *lib. 3. cap. 2. §. 2. n. 14.* Bauld. *part. 2. cap. 9. art. 2.* Castald. *lib. 2. sect. 2. cap. 2. n. 5.* & alii Rubricista: ac statim reddit Diacono cochlear, & deinde dextera manu producit signum Crucis super thurs positum in thuribulo, nihil dicens. Prædicta verò formula benedicendi Thus, nimirum: *Ab illo benedicaris, &c.* semper utitur Celebrans, quoties benedicit incensum, præterquam, cum est thurificaturus oblata; tunc enim adhibebit aliam formulam, ut videbimus. Advertendum hic superest, ut supra diximus, quod Subdiaconus toto tempore, quo prædicto modo ministratur incensum, stare debet à sinistris Celebrantis, sed aliquantulum post eum, & facie aliquantulum versâ ad Altare.

XXII. Gavant. pag. 89. col. 2. lit. a *Dimissa navicula, &c.*) Thure imposito, & benedicto ut supra, Diaconus recipit manu dextera cochlear à Celebrante, sumens illud ab inferiore parte manubrii (osculata prius dextera Celebrantis) ipsumque cochlear osculatur in summitate manubrii, & statim illud reponit in navicula, quam etiam claudit. Bauld. *part. 1. cap. 12. n. 14. & cap. 9. supra.* Interim verò Sacerdos, statim post restitutum cochlear Diacono, producit, ut diximus, manu dextera signum Crucis super thuribulum, nihil dicens; ut adnotat etiam Gavantus hoc loco. Mox Diaconus thuribulum clausum à Thuriferario accipit manu dextera; & eidem Thuriferario reddit naviculam, quam sinistra recipit; & porrigit thuribulum clausum Diacono sic: thuribuli summitatem teneat manu dextera, & extremitatem catenularum manu sinistra prope vas ipsius thuribuli: porrigat autem sic: catenularum summitatem ponat in dextera

Diaconi, & catenularum extremitatem prope vas in sinistra Diaconi, sine osculis. Ut autem hoc faciat Thuriferarius, debet non habere naviculam in manu; unde vel illam det alicui Acolyto, vel thuribulum sola manu dextera porrigat Diacono per catenularum summitatem. Si verò adsit Navicularius, tunc Diaconus ei reddet naviculam, & Thuriferarius porriget thuribulum primo modo supradicto.

Diaconus verò porrigit thuribulum Celebranti sic: summitatem catenularum ponat in sinistra Celebrantis, prius talem summitatem osculando; catenularum extremitatem prope vas ponat in ejusdem dextera, quam pariter osculatur, sed in parte exteriori; & dum Celebrans manu dextera accipit thuribulum, Diaconus manu sinistra quasi sustentet dexteram Celebrantis: sic semper thuribulum exhibetur, quando in illam tantum manum, cui offertur, transire debet. Hæc colligantur ex *Cerem. Episc. lib. 1. cap. 23. §. 4.* Castaldo *lib. 2. sect. 2.* Bauldry, Bisio, Lohner, Corsetto, Benvenuti, & aliis.

XXIII. Gavant. pag. 89. col. 2. lit. b *Incensat Altare, habetur in Liturgia S. Jacobi, &c.*) Hic ante omnia innuit Gavant. antiquissimum usum incensandi Altare. Aliqua addenda essent super antiquitate, & variis modis, tum antiquis, tum recentibus hujus Ecclesiastica Ceremoniæ; sed ne nimis sum, sat erit innuere. Ordinem Romanum primum inter editos à Mabillon, pag. 8. Ordinem secundum pag. 43. Ordinem tertium pag. 55. & Amalar. *lib. 1. cap. 5.* prædictæ Ceremoniæ specialem mentionem facere. Qui plura scire desiderat de origine, antiquitate, & variis usibus hujus Sacri Ritus, legat etiam ea, quæ tradunt Card. Bona *lib. 1. cap. 15. n. 9.* Le Brun *tom. 1. part. 1. art. 9.* Belloc *in suis obser. pag. 495. & seqq.* Durand *de Rit. Eccl. lib. 1. cap. 9.* nec non de Vert *tom. 4. adnot. II. pag. 49.*

& seqq. qui fusè omnes, & eruditè disserunt de hac Ceremonia.

XXIV. Gavant. pag. 89. col. 2. ead. lit. *b* *Incentat Altare.*) Postquam Celebrans thuribulum à Diacono recepit, ut supra, genuflectent Thuriferarius, ac Ceremoniaris è suis locis; inde descendentes, in planam se conferunt in cornu Epistolæ (deposita prius à Thuriferario navicula) & conversi ambo ad cornu Evangelii, expectent ibi finem thurificationis. Eodem tempore Navicularius, si aderit, vel Clericus serviens de Libro (aliter supradictus Ceremoniaris, vel ipse Thuriferarius) accedit per gradus laterales ad cornu Epistolæ; ubi facta genuflexione Cruci, amovet cussinum cum Missali de Altari (dummodò adhuc non sit super credentia) & iterum facta debita reverentia Cruci, descendit extra gradus, & ibi utrumque sustinet ambabus manibus ante pectus prope cornu Epistolæ, facie versa ad Altare; donec thurificatio mensæ Altaris in eodem cornu sit completa; mox reponet dictum cussinum, deinde genuflectet, & revertetur ad eundem locum, ubi stabit iterum, donec finita sit totius Altaris thurificatio: Bauldry *part. 1. cap. 1. artic. 1. n. 21. Quart. part. 2. tit. 4. Rubr. 4. n. 2.* amovetur autem liber cum suo cussino, ne sit impedimento Celebranti in thurificatione. *Quarti supra.* Si verò juxta aliquorum morem adhuc cussinus, & Missale sint super credentia; tunc ea non removeantur, & non collocantur super Altare, nisi incensatio Altaris ex illa parte completa sit.

Dum superius dicta peraguntur, Celebrans recepto, ut supra, à Diacono thuribulo, sinistram, qua summitatem catenularum juxta manubrium complectitur, amovens infra pectus, eamque immobilem tenens in tota incensatione, dextera verò easdem catenulas simul junctas prope operculum firmas tenens, medius inter Ministros Sacros vertit se ad Altare, & facit Cruci profundam inclinationem, etiam si esset in ea vo-

rae Cruci particula. Bauld. *part. 2. cap. art. 2. & 3. num. 5.* Biffus *lit. S. n. 74.* Ministri verò Sacri ac primus Ceremoniaris, si aderit, semper genuflectunt Comitantes Celebrantem, licet ipse solum tantum se inclinaret. Bauld. *part. 1. cap. art. 1. n. 15. & cap. 13. art. 1. n. 7.* de *lit. in Cerem. Canonis. part. 2. cap. 4. num. 3.*

Facta Cruci inclinatione Celebrans ter quali ductu incensat Crucem, nihil dicentis unamquamque incensationem tantillum effcens, ita ut distinguatur, eas incensationes tres; quibus finitis, iterum Cruci profunde inclinatur, genuflectentibus Ministris Sacris, ac Ceremoniaris, ut supra; Celebrans incipit Crucem incensare, statim ac primam exhibuit Cruci inclinationem; Diaconus manu sinistra planetæ partem circa humeros Celebrantis pariter elevat, manu dextera infra pectus. Item subdiaconus manu dextera polleræ partem planetæ similiter elevat, sinistram tiori admota; sic ambo comitantur in incensatione Celebrantem, aliquantulum ab eo remoti.

XXV. Gavant. pag. 90. col. 1. lit. c. *Part. 2. tit. 4. Rubr. 4. n. 2.* *distribuantur candelabra.*) Postea Celebrans incensat Altare, incipiens à latere Epistolæ; & faciem ad illud convertens, ter thuribulum æquali distantia, prout debentur candelabra, incipiens à parte proximiori Cruci, recta linea, ter incensat usque ad terminum illius cornu Epistolæ; & advertat Celebrans, has tres incensationes esse faciendas, etiam si non essent tria candelabra, sed pauciora, vel plura non enim incensantur candelabra, sed posterior mensæ Altaris. Gavantus *lit. S. n. 74. supra n. 5.* Horatius Christiani *lit. S. n. 74. cap. 10. num. 27.* *Quarti, Arnaud. & communiter.* Interim tot passus promoveantur, quot thuribuli tractus; quod sequendum erit juxta motum incensationis, ut manus cum pede, quantum fieri poterit concordet, & in quolibet passu promoveatur

pes, qui est proximior Altari. Corsettus
trad. 1. part. 1. cap. 14. num. 4. Castald. lib.
2. sibi. 2. cap. 2. num. 8. Bauld. part. 2. cap.
9. art. 2. num. 5. & Vils. supra loc. cit.

XXVI. Gavant pag. 90. col. 2. lit. d. *Mox
superiorum, &c. Id est, semel inferiorem, &c.*
Cum ad cornu Epistolæ pe. enit, & com-
pleverit tertiam incensationem, Celebrans
stans ibi aliquantulum inclinatur se, & demil-
sa manu cum thuribulo, semel incensat infe-
riorem partem lateralem Altaris, deinde su-
periorum, bis ducendo thuribulum, semel
in parte inferiori, ac iterum semel in su-
periori; mox conversus ad Altare, & faciem
ad medium vertens, elevat manum, & in-
censat in superiori parte planitiem antero-
rem Altaris circa oram, ducens thuribu-
lum obliqua linea, velut in semicirculum à
dextera sua ad sinistram, & aequali distan-
tia, terna vice, ac procedendo ad medium
Altaris, ut prius, tot pallus faciens, quot
incensationes. *Cerem. Episc. lib. 1. c. 23. §.
5.* Deinde perveniens ad medium Altaris,
ibi profundam faciat reverentiam Cruci,
genuslectenibus Ministris Sacris, & Cere-
moniaris, ut supra, ac posteriorem Altaris
planitiem incipit thurificare à latere Evan-
gelii, ter ducens thuribulum, prout distri-
buuntur candelabra, incipiens à parte pro-
ximioris Cruci, recta linea, sicut supra di-
ctum est de parte Epistolæ; ter iterum du-
cens thuribulum in aequali distantia, eo modo,

quo à latere Epistolæ: tum pariter inclinans, in-
censat semel inferiorem, & semel etiam su-
periorum partem lateralem ipsius cornu
Evangelii; deinde stans, & elevans thuri-
bulum, nec ultra progrediens, incensat
planitiem anteriorem, seu mensam in cor-
nu Evangelii, ducens thuribulum quasi in
semicirculum, ut ad cornu Epistolæ; sed
cum hoc discrimine, quod in parte Epistolæ
ducit thuribulum à sua dextera ad sinistram;
in cornu vero Evangelii ducendum est à sini-
stra, ad dexteram; nec ibi fit ulla reveren-
tia, quia nunquam tunc accedit usque ad
medium, sed statim quasi retrogreditur ad
cornu Evangelii; ubi manu aliquantulum
demissa, incensat partem illius anteriorem,
seu frontem, ter ducens recta linea thuribu-
lum à cornu Evangelii, usque ad medium
Altaris, ad quod iterum progreditur. Per-
veniens ad medium profunde inclinatur Cru-
ci, & pariter incensat triplici ductu alteram
partem anteriorem Altaris, seu Mensam, à
medio usque ad cornu Epistolæ; ubi finita
incensatione reddit utraque manu thuribu-
lum Diacono stanti in secundo gradu, qui
illud accipit utraque manu; & convertens
Celebrans faciem ad ipsum Diaconum, &
ibidem stans junctis manibus ante pectus &
sinistro brachio quasi tangens frontem Alta-
ris, incensatur ab eodem Diacono, cui se-
nullatenus inclinatur, nec ante, nec post in-
censationem.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, servando in Reliquiarum incensatione, si adsint in Altari.

XXVII. Gavant pag. 90. col. 2. lit. e. *Re-
liquiæ, seu imaginibus, id est, statuis Sancto-
rum, &c.* Si in Altari fuerint Reliquiæ,
seu imagines Sanctorum, quæ imagines
debent esse inter candelabra, & sculptæ,
non autem in parietibus depictæ, ut obser-
vat Gavantus hic, & quidem diversæ ab illis,
quæ aliquando in tabulis depinguntur,
Gavant, Rubr. Miss.

aut circa Tabernaculum disponuntur,
Bauldry part. 2. cap. 9. art. 2. n. 1. Quare
illa particula seu explicat idem, nempe
incensandas esse Reliquias, sive sint in va-
sis, sive repositæ in statuis, & imaginibus
Sanctorum. Quarti part. 2. tit. 4. Rubr. 5.
& quamvis incensationem imaginum San-
ctorum approbet Synodus 7. Añ. 4. relata à
Gg Gavan-

Gavanto; nihilominus Rubrica n. 5. peculiarem rationem habet Reliquiarum, quæ magis intrinsecè pertinent ad Sanctos, quorum sunt Reliquiæ: unde aliæ imagines sine Reliquiis non sunt incensandæ in hac Missæ circumstantia. *Quarti supra.*

Incensata Cruce à Celebrante, & facta eidem Cruci profunda reverentia (Ministris verò Sacris, & primo Ceremoniario genuflectentibus semper, ut superius diximus) antequàm discedat à medio Altaris, si in medio ejusdem Altaris sit exposita aliqua insignis Reliquia, ut caput, aut brachium alicujus Sancti, immediatè post Crucem duplici ductu incensari debet, absque ulla inclinatione, vel reverentia, ob Crucis præsentiam; Nicolaus de Bralione in Cerem. Canon. *part. I. cap. 1. de Vesper. n. 30.* cui solùm profundè inclinare debet, utpote Christum Dominum repræsentanti; quemadmodùm abstinemus à genuflexione, quæ sit v. g. Episcopo proprio, ad præsentiam alicujus Card. Legati, Gavantis, *Quarti supra,* & alii.

Incensata supradicta Reliquia insigni in medio Altaris, si quæ erit, absque ulla capitis inclinatione, ut supra, Celebrans stans ibidem, antequàm discedat à medio, primùm incensabit eas, quæ sunt à dexteris, id est, à parte Evangelii, incipiendo ab iis, quæ sunt Cruci, seu Tabernaculo proximiores, bis tantummodò ducens thuribulum, quamvis plures, vel pauciores fuerint Re-

liquiæ, aut statua; Cerem. Episc. nec inclinabit ullo modo ante, vel post thurificationem; & facta deinde iterum profunda inclinatione Cruci, simili Ritu bis incensabit alias reliquias, quæ sunt à sinistra, à latere Epistolæ; & tandem procedet ad quæ nova inclinatione ad incensandum erit, ut supra exposuimus.

Ceterùm in actu thurificationis Celebrans (& Diaconus, & alius quilibet propriè naturaliter graviter se gerat, modeste, & sine imperatione; non personam, non caput ullum do moveat cum ducit, aut reducit thuribulum quod cum movet, ad se trahens cum brachio leviter & competenti mora reducit; manus sinistram immobiliter pectori admotam sepe per retinet; dum procedit thurificando Altare, priùs pedem Altari proximiorum movet & tot facit omnino passus, quot thuribus tractus, ut jam diximus supra suo loco, Cerem. Episc. *lib. 1. cap. 23. §. 8.* Castald. *lib. 1. sect. 2. cap. 2. Bauld. part. 2. cap. 9. art. n. 17. Biss. lit. 5. §. 9. n. 72.*

Sed ut omnis Sacerdos faciliùs per modum, & ordinem incensationis, necesse loca, quæ in Altari thurificari debent, & numerum incensationum, sicut mox demonstravimus; præsentem tabulam, similem illi quam præclarissimus Gavanto in secunda editione sui Thesauri impressi Romæ Anno 1630. exhibuit, etiam nobis placuit hoc loco apponere.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, servando, quando reperitur Sanctissimum Sacramentum in Tabernaculo inclusum.

XXVIII. Gavant. pag. 91. col. 1. lit. f. *Genuflectit ob præsentiam Sanctissimi Sacramenti.* Si in Altari, quod incensatur, sit Sacramentum in Tabernaculo inclusum, debet servari regula à Gavanto hic descripta, nimirum non inclinatur tunc Celebrans caput Cruci, quam incensare debet; sed accepto thuribulo à Diacono, antequàm in-

centrationem incipiat, genuflectit post extremam manuum super Altare, ut superius dicitur, & etiam surgere post. Biss. *supra* §. 4. & Benvenuti pag. 15. Diaconus non debet tunc inclinare Cruci, contra quos imperitòs, qui malè, ut advertit Benvenellius, post genuflexionem Sacramentum factam, aliam reverentiam Cruci præ-


TABULA I.

In qua continetur Ordo incensandi Altare tam in Vesperis, quàm in Missa.



Quando in Altari non sunt Reliquiæ, incensata Cruce in medio, Celebrans prosequitur incensationem per num. 8 et ceteros, omissis numeris 4. 5. 6 et 7.

Genunt. Rubr. Miss.



Bis.
ce,
vis i
ut fi
A
Qua
sua q
tum
non
quo
cen
pat
tial
Sa
di
non
Sed
ext
fat
Y
nife

Pr

Y
con
mir
pit
stan
am
par
rior
bul
jux
Cel
nut
mar
ced
eo
star
dar
jun

Bis. lit. S. n. 20. §. 5. Incensata autem Crucem, iterum Sacramento genuflectit quamvis in Tabernaculo incluso, cum Ministris, ut supra.

Advertimus hoc loco cum Gavanto, Quarti, Corsetto, & aliis, quod Sacerdos sua genuflectione adorat quidem Sacramentum, si clausum intra Ciborium adsit, sed non thurificat nisi Crucem: adorat enim, quod latet, & patet, Sacramentum, & Crucem; sed incensat id solum, quod manifestè patet, nempe Crucem. Ramerius tamen in Rituali Coelestinorum lib. 3. cap. 2. sic loquitur: Sacerdos thurificans Altare primò Crucem adolere debet intente, antè, & post genuflectendo: quia quod non videt adoratur, & quod videt thurificatur. Sed quando est expositum SS. Sacramentum extra Ciborium, illud simul adoratur, & incensatur genuflexus, non autem Crucem.

XXX. Gavant, pag. 91. col. 2. lit. g. Quo-
visque transit.) Item genuflectit Celebrans

unico genu cum Ministris, quoties, dum incensat Altare, transit ante illius medium; quod bis occurrit, nempe finita incensatione planitie Altaris in cornu Epistolæ, & finita incensatione frontis ejusdem Altaris in cornu Evangelii, Bis. lit. S. num. 72. §. 14. & Gavant. hic, qui optimè adnotat, hanc genuflectionem esse à Rubrica præscriptam solummodo, quando fit transitus ad incensandum Altare; non verò quando fit alius transitus à Celebrante in Missa, nisi tamen adsit Venerabile expositum. Bauldry part. 3. cap. 11. art. 4. n. 20. & Vinitor in compendio part. 4. tit. 3. in adnot. §. 20. Rursus advertimus hoc loco, quod si non adsit Sacramentum in Altari, Canonici Ecclesiæ Cathedralis, licet sint in officio Diaconi, vel Subdiaconi, nunquam Cruci genuflectere tenentur, sed solum, prout Celebrans, profundè inclinare. Bauldry part. 2. cap. 9. art. 2. n. 10.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à thurificatione Diaconi faciendâ Celebranti, usque ad initium Orationum.

XXX. Gavant, pag. 91. col. 1. lit. h. Diaconus accipiendo thuribulum à Celebrante.) Terminata Altaris incensatione, Diaconus recipit à Celebrante thuribulum hoc modo: stans in secundo gradu Altaris, supponit ambas manus dexteræ Celebrantis, quam parumper quasi sublevans osculatur in exteriori parte: tum sua dextera accipit thuribulum per inferiorem partem catenularum juxta vas thuribuli, seu manum dexteram Celebrantis; sinistra verò complectitur manubrium infra alteram ejusdem Celebrantis manum, illudque statim osculatur; & recedens in planum à latere Epistolæ (absque eo quod Altari terga vertat) ac ibidem stans cum Subdiacono, ante infimum gradum, à sinistris suis assistente, manibus junctis, & ante primum Ceremoniarium

triplici ductu Celebrantem thurificat, cum profunda inclinatione antè, & post, tenens interim sinistra quidem admota pectori, & clausa, summitatem catenularum, dextera verò easdem catenulas juxta vas thuribuli, Subdiaconus in tali circumstantia, semper erectus manet in loco supradicto, nullam faciendo reverentiam; quam tamen exhibere debet Ceremoniarium, antè, & post prædictam incensationem, eo modo, quo Diaconus se inclinat Celebranti. Quod Subdiaconus ad prædictam incensationem sistat se in plano Cappellæ contra cornu Epistolæ, est sententia Gavanti, necnon Bis. lit. S. num. 196. §. 1. Bauldry part. 1. cap. 13. art. 1. n. 3. Nicolai de Bralio part. 2. cap. 4. num. 11. contra Castaldum, & alios, opinantes, Subdiaconum tunc stare debere post

Celebrantem, dum hic à Diacono incensatur.

XXXI. Gavant, pag. 91. col. 1. ead. lit. h. *Finita incensatione.*) Incensato Celebrante, Diaconus thuribulum ambabus manibus, prout habet, reddit Thuriferario stanti quasi à dexteris ipsius aliquantulum retrò: Bauldry part. 1. cap. 12. art. 1. n. 16. Bissus lit. S. n. 72. §. 10. qui illud recipit absque osculis, manum dexteram admovens ad manubrium, aut ad ipsius anulum, si manubrium retineatur à Diacono: deinde Celebranti reverenter inclinans, recedit ad deponendos carbones in vase deputato, in Sacristia existente, vel in alio loco congruo: Gavantus hic, Bauldry part. 1. cap. 15. art. 3. n. 5. deinde redit, & collocat thuribulum sine igne in cornu anteriori credentiaè versùs Altare; vel si ex eo non extraxerit ignem, illud in alio loco decenti ponit, & se ad suum locum confert. A Portu de Missa Sollemni tit. 4. Rubr. 4. in suis adnot. n. 27. Sub eadem lit. h. docet Gav. id, quod supra jam exposuimus, nimirum Sacros Ministros in incensatione elevare debere eam planctæ partem, quæ est circa brachia Celebrantis, &c. Et deinde admonet Thuriferarium, absente Ceremoniario, debere tempore hujus incensationis, & oblatorum infra, remove librum ab Altari, ne impediatur incensatio, & debere illum cum cussino restituere statim, nimirum quando est incensatum cornu Epistolæ, seu Evangelii; de qua re jam nos satis supra locuti sumus; & solum hic addimus, esse usum aliquarum Ecclesiarum, non ponere statim Missale cum cussino super Altare, sed super credentia; à qua non amoveatur, nec transfertur super Altare, nisi peracta omnino hæc prima Altaris incensatione.

XXXII. Gavant, pag. 91. col. 2. lit. i. *Solus Celebrans legit.*) Terminata incensatione, Celebrans stat in cornu Epistolæ junctis manibus, prout in Missa Privata: sed habens ad suam dexteram in secundo gradu Diaconum, & ad dexteram Diaconi Subdiaconum in recta linea, utrumque manibus

junctis, primo Ceremoniario stante prout angulum posteriorem Altaris versùs ipsius Celebrantem; legit Introitum solus prout Celebrans submissa voce; quæ oratio colliguntur partim ex Rubrica n. 7. partim ex Gavanto; alia verò ex Bauldry, Bissus, Castaldo, Lohner, & Corsetto. Dicitur autem semper Introitus, præterquam in Sabbato Sancto; ut superius etiam adnotavimus; sicut omittitur pariter in Missa Sollemni, Sabbato Vigilia Pentecostes, Ministris, dum Celebrans legit Introitum, sicut genent sicut ipse, & caput de more innotent, prout facit etiam Celebrans, quomodo aliter non præscribitur in Ordine Missæ. Lohner part. 3. tit. 2. n. 8. & tit. 3. n. 4. Bauldry part. 3. cap. 11. art. 5. n. 1. Bissus lit. n. 199. §. 11. quod facit & Ceremoniarius primus simul cum aliis, Bauldry part. 1. tit. 1. art. 1. num. 23. Dicitur Introitus, Celebrans cum Ministris in eodem cornu Epistolæ, sicut novies Kyrie, Christe, &c. submissa à huc voce; Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 3. Gavantus hic, & omnes Rubricistæ communitè; quod etiam ex consuetudine omnium in Choro dicunt inter se bini, ut diximus in Confessione: Bralion part. 2. cap. 4. n. 2. persistunt autem in supradicto cornu Epistolæ Celebrans, & Ministri cum primo Ceremoniario, usque ad ultimum Kyrie cantant à Choro, si sedendum non sit; Bauldry part. 1. cap. 12. num. 18. & cap. 13. num. 5. sedendum non est, quando moderate cantant à Choro protrahitur. Quod si longius funderetur à Choro melodia, vel si sepe legitima consuetudo; tunc sedendum est, & procedendum ad scamnum oblongum tempore quo in Choro cantatur Kyrie: facta debita à Celebrante reverentia, Ministris genuflexione; Bauldry part. 1. cap. 11. art. 5. num. 3. semper per hanc viam recto tramite, id est per hanc Epistolæ, unus post alium, præcedente diacono, procedunt ad scamnum oblongum honestè panno decenti ornatum in

Dum verò, in suppositione quòd sedeant, à Choro cantatur ultimum Kyrie, surgunt, & redeunt ad medium Altaris, modo in pari casu explicando, quando in Choro cantantur verba prope finem Hymni *Gloria in excelsis*. Bissus *lit. C. n. 197. §. 12.*

XXXIII. Gavant. pag. 91. col. 2. lit. l. *Unus post alium. Diaconus super secundum gradum.* Si tempore, quo in Choro cantatur Kyrie, Celebrans, & Ministri non sedent; tunc stabunt ad altare in Cornu Epistolæ, sicut ad Introitum; & in hoc casu, dum in Choro cantatur ultimum Kyrie, ibi in cornu Epistolæ se sistant in recta linea unus post alium, & tali ordine, nimirum Diaconus se collocet in secundo gradu à tergo Celebrantis; Subdiaconus à tergo Diaconi in plano, uterque ante cornu Epistolæ; & dum Celebrans per suppeditaneum transit junctis manibus ad medium Altaris, Diaconus per eundem secundum gradum, & Subdiaconus per planum eodem tempore, & ordine, junctis manibus procedant ad medium ejusdem Altaris; ibique se locent, formantes tunc cum Celebrante rectam lineam, ut supra dictum est, tanquam servi post Dominum, donec Celebrans inceperit Hymnum *Gloria in excelsis Deo*; Gavantus supra *has lit. l. Castaldus lib. 1. sect. 7. cap. 1. §. 5. n. 6.* qui Hymnum *Gloria in excelsis Deo* intonat à solo Celebrante post cantatum ultimum Kyrie à Choro; & dum Celebrans dicit *Gloria*, disjungit manus, sed non ponit super Altare expansas: dum dicit *in excelsis*, eas disjunctas elevat usque ad humeros: dicens *Deo*, eas iterum jungit ante pectus, non elevans oculos, sed tantum caput inclinans, ut in *Missâ Privata*; & tunc etiam Ministri caput inclinant, & non prius: Bauldry *part. 1. cap. 22. art. 1. num. 18.* idem quoque facit & primus Cereemoniaris stans in latere Altaris ad cornu Epistolæ. A Portu supra *Rubr. 7. in adnot. n. 6.*

XXXIV. Gavant. p. 91. col. 2. lit. m. *Ascen-*

dunt ad Altare. Facta in mediantium, &c. Dum inchoatur à Choro *Et in Terra pax*, & non prius, facta genuflexione in loco ubi sunt, & unde recedunt, ut docet Gavantus *haec lit. m. quem sequuntur Lohner part. 3. tit. 4. num. 5. Bissus supra §. 13. Bauldry, Corfettus, Cabrinus, & alii*; Diaconus aliquantulum in eodem secundo gradu Altaris recedit ad partem Epistolæ, ibique paululum expectat Subdiaconum ascendentem; & sic ambo æqualiter hinc inde ascendunt; quod semper faciunt, dum ascendunt ad Altare, ut se collocent ad latera Celebrantis. Bauldry *part. 1. cap. 12. art. 1. n. 18.* Dum eò pervenerint, non genuflectunt juxta Gavanti sententiam, cui adherent Bauldry, Corfettus, & alii, contra Castaldum *lib. 1. sect. 7. cap. 1. n. 8.* sed præferenda est opinio Gavanti, quam pariter tuetur à Portu supra *num. 8.* & equidem cum jam præmiserint genuflexionem in loco, à quo recesserunt, non est iterum repetenda in loco, ad quem perveniunt.

XXXV. Gavant. p. 91. col. 2. lit. n. *Prosequuntur usque ad finem, &c.* Præfati Sacri Ministri stantes ibi, manibus junctis, & submissa voce, totum Hymnum recitant simul, potius subsequendo Celebrantem, qui voce altiori recitat; & sic prosequuntur usque ad finem dicti Hymni, inclinantes se, & signantes cum eo; & cum dicunt *Amen*, jungunt manus. Bauldry *part. 3. cap. 11. art. 5. n. 2.* Castaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 1. §. 5.* Benvenuti *pag. 21. §. Non inchoatur.* Eundem Hymnum eodem modo prosequuntur, qui sunt in Choro, ut dictum est de *Kyrie eleison*. Bralton supra.

XXXVI. Gavant. pag. 91. col. 2. ead. lit. n. *Si sedendum erit, &c.* Quia Celebrans citius præfatum Hymnum Angelicum, quam Chorus, terminat; ideo regulariter cum Ministris se confert ad sedendum; & tunc idem Celebrans adhuc stans in suppeditaneo Altaris cum Ministris, facit reveren-

tiam Cruci, quæ est in medio, sive genuflexionem Sacramento, si erit in Tabernaculo; Ministri verò Sacri genuflectunt suis locis, ut diximus supra à Portu, & statim procedunt ad scamnum paratum breviorẽ viam, id est per gradus laterales Epistolæ, unus post alium; ut tradit Gavantus hic, nec non Bauldry *part. 1. cap. 12.* & à Portu *suprà n. 9.* aliique communiter; sed ita tempestivè procedunt, ut non sint in via, dum cantatur in Choro *Adoramus te*, vel aliud simile, ad quod sit inclinandum, ne cogantur sistere; quod si contingeret, inclinent se versùs Altare. Bauldry *part. 3. cap. 11. art. 5. supra.* Præcedit itaque Ceremoniaris primus, qui à sede Celebrantis accipit ejus birretum; & retrocedens versùs Altare, facie ad Populum conversa cedit locum transeuntibus Ministris: descendit postea Subdiaconus, & post eum Diaconus, & tandem post Diaconum Celebrans. Gavantus, Lohner, Bauldry, & Bissus *suprà.* Tam Celebrans, quàm reliqui, caveant, ne in convertendo se, terga vertant Altari: quare Celebrans, & Subdiaconus, dum erunt ante scamnum oblongum præparatum, vertant immediatè latus dexterum versùs Altare; è contrà Diaconus vertat versùs Populum latus sinistrum, Celebrans sedet, Ministris suis posteriorem planetæ partem elevantibus, ne sedeat super eam, & operit caput, Diacono ei porrigente birretum, cum quasi osculo illius, acceptum à primo Ceremoniaro. Bissus *suprà §. 16.* & Bauldry *part. 1. cap. 12. & part. 3. supra.* Deinde ipse Diaconus, & Subdiaconus, acceptis suis birretis profundè Celebranti inclinant, & aliquantisper sibi invicem, & sedent hinc inde à lateribus Celebrantis, Diaconus scilicet à dexteris, & Subdiaconus à sinistris. Bissus *suprà,* & Bauldry pariter *suprà,* nec non Vinitor, & Benvenuti *cit. loc.* Si opus erit, Acolythi adjuvent Ministros Sacros elevando

posteriores dalmaticæ, & tunicellæ partes; ipsi Ministri sibi dalmaticæ, & prædictæ tunicellæ posteriores partes elevent: Bissus Bauldry à Portu, & Benvenuti *loc. cit. supra;* hinc tamen eis ab Acolythis non porrigantur, sed ipsi Ministri Sacri sibi ea accipient, ut mox dictum est, nec caput operiant, nequàm Celebrans sit coopertus: Bissus Bauldry, Benvenuti *suprà,* & Lohner *part. 3. tit. 2. n. 9.* manus verò tam Celebrantis quàm Ministri Sacri, dum sedent, tenent super genua expensas, omnibus digitibus junctis. Bissus, Lohner, & Benvenuti *suprà.* Cum in Choro cantantur verba, ad quæ inclinandum est caput, puta *Adoramus te, Gratias agimus tibi,* & his similibus, Celebrans, & Ministri debent etiam caput discooperire, & inclinare. Bissus *suprà.*

Si ante Celebrantem, & Ministros Sacros sedentes elevetur, vel deferatur Sacramentum, nudò capite genuflexi illud adorent, non autem quando sunt in via de scamno ad Altare procedentes. Bauldry *part. 3. cap. 11. art. 5. n. 6.* & Bissus *suprà §. 17.*

Si sedendum non sit (sicut sedendum non est ante Venerabile expositum) an Ministri stare debeant ad Altare, quasi pares pariter post Celebrantem, ea scilicet distantia, quæ ab Altari distat, discrepant Doctores. Affirmant Gavantus *hic,* Bauldry *part. 1. cap. 11. art. 1. n. 22.* Lohner *part. 3. tit. 2. n. 9.* Cassetus *de Rubr. Gen. n. 22.* negat verò Cæstaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 1. n. 8. & cap. 4. n. 8.* sed amplectenda est sententia affirmativa, quam pariter tuetur à Portu *suprà n. 9.* quia, ut Gavantus asserit, ita fert communior usus Romanus; tum quia in sine Rubricæ n. 7. superius allatæ numerantur etiam sus, in quibus Ministri stare debent etiam post alium; & cum iste ibi non recensetur, inferitur, quòd non debent descendere etiam post alium, sed modo supradicto persistere donec totus Hymnus prædictus; à Choro persolvatur.

XXXVII. Gavant, pag. 92. col. 1. ead. lit. n. *Stant Acolybi regulariter apud credentiam.*) Seditibus Celebrante, & Ministris Sacris, quaestio agitur à Sacrorum Rituum explanatoribus, utrum etiam Clerici in scamulis sedere debeant? Negat Gavantus, dicens, eos stare debere apud credentiam; ejusque sententiam amplectuntur Arnaud. tit. 4. num. 13. Corsetus cap. 2. de Rubr. gen. n. 14. affirmant verò Lohner part. 3. tit. 8. n. 3. Castaldus lib. 1. sect. 4. cap. 2. num. 5. Bauldry part. 3. cap. 11. art. 5. n. 4. Cerem. Can. Regul. S. Salvatoris cap. 29. à Portu supra num. 9. qui pariter ibidem post hanc promovet aliam quaestionem, nimirum, utrum seditibus Clericis super aliquam sedem humilem, Ceremoniarius uterque sedere possit? & sequitur ibi sententiam affirmativam: quia non videtur ei congruum, quòd seditibus Clericis reliquis, non debeat sedere Ceremoniarius, qui est in superiori officio constitutus, & deberet esse cæterokin Sacerdotali dignitate insignitus. De utraque quaestione satis superque nos alibi locuti sumus, nimirum, cum de scamno oblongo egimus, quod præparari debet ad Missam Sollemnem; & Gavanti sententiam libenter amplexi sumus, innixi communi praxi Basilicæ Urbis, necnon aliarum Cathedralium, nihil obstantibus Sac. Congregationis Decretis, quæ ab aliquibus contrariæ sententiæ adducuntur: quia, ut ibi ostendimus, præfata Decreta non loquuntur de Ceremoniario in Missa Sollemni, sed in Vesperis, utrum nempe sedere, & qui locus sedendi tunc ei concedi debeat? In eadem igitur sententia permanendo, nec Clerici, nec Ceremoniarii sedere debent in scamulis, dum Celebrans, & Ministri sedent in Missa Sollemni.

In Sententia illorum, qui affirmant, concedi debere scamula prædictis Ceremoniariis, & Clericis in Missa Sollemni, quando cantantur à Choro verba illa, in

quibus Sacerdos in Missa Privata caput inclinat; Ceremoniarius primus tempestive surgens aliquantulum, Lohner part. 3. tit. 4. n. 6. capit s. inclinatione, vel etiam manus dexteræ nutu monet Celebrantem, & Ministros, ut aperiant caput, & inclinent. Bauldry part. 3. cap. 11. art. 5. n. 5. Castald. lib. 1. sect. 1. cap. 1. n. 20. Lohner supra n. 6. Hoc idem signum dat Clericis secundus Ceremoniarius, ut facilius & ipsi commoneantur; Castald. supra ib. 1. sect. 1. cap. 1. n. 20. sed non surget, quia nullum admonet sibi superiorem; ut docet etiam Bauld. part. 1. cap. 1. art. 1. qui part. 3. addit, quòd tum Clerici, tum Ceremoniarii, priusquam se deant; Celebranti se se inclinabunt: hæc, & sequentia advertimus pro iis, qui præfatorum Auctorum sententiam amplectuntur.

XXXVIII. Gavant, pag. 92. col. 1. ead. lit. n. *Reversuri verò ad Altare, &c.*) Circa finem Hymni Angelici, dum scilicet dicitur *Cum Sancto Spiritu* à Choro, non se signant; citius tamen, si opus sit, admonentur Clerici à secundo Ceremoniario, ut surgant; Celebrans verò, & Ministri à primo, Ceremoniario invitantur ad surgendum; Bauldry part. 3. supra num. 6. Lohner part. 3. tit. 1. num. 10. necnon Vinitor supra §. 27. qui Ceremoniarius idèò procedit tunc ante Celebrantem, & postmodum se recipit ad sinistram Subdiaconi, donec procedendum sit ad Altare. Surgunt statim Ministri, & deponunt super scamnum sua birreta; Diaconus verò cum debitis quasi osculis, ab ipsomet Celebrante adhuc sedente accipit ejus birretum, & deponit in loco, ubi sedebat: Vinitor loc. cit. Facta deinde inclinatione à Ministris, & à Ceremoniariis, unus post alium procedunt ad medium Altaris per lanam Cappellæ, adeoque per viam longiorem, manibus junctis; Gavantus hic, Corsetus cap. 2. de Rubr. gen. n. 19. Lohner part. 2. tit. 10. & part. 3. tit. 2. n. 10. & Biflus supra §. 18. hoc est, præcedit primus Cere-

Cere-

Ceremoniarius, tum Subdiaconus, deinde Diaconus, & demum Celebrans. Diaconus advertat, quod aliquantulum se sistere debet, ut cum pervenerit ad angulum gradus infimi Altaris à parte Epistolæ, locum Celebranti transeuntî cedat, quem etiam tunc salutat. Bauldry part. 1. cap. 12. up à n. 2. Bissus *suprà*, Lohner part. 3. tit. 2. num. 10.

Cum Celebrans ad medium Altaris ante infimum illius gradum cum Ministris pervenerit, habens Diaconum à dexteris, & Subdiaconum à sinistris, & primum Ceremoniarium post terga, Ministri genuflectunt in gradu infimo Altaris, profundè se tantum inclinante Celebrante, si non addit Sacramentum in Tabernaculo inclusum; primum verò Ceremoniarius in plano genuflectit. Gavantus *hic*, Bauld. part. 3. *suprà* n. 6. & part. 1. cap. 12. art. 1. n. 2. Lohner part. 3. tit. 3. n. 5. & part. 2. tit. 10. de Ritu Sollemni n. 3. Bissus *suprà* §. 19. Facta ab omnibus debita reverentia, ut *suprà*, Altari, Celebrans ascendit ad illud, elevantibus Ministris ejus anteriores vestes, usque ad secundum gradum Altaris, super quem etiam

ascendit Subdiaconus; sed Diaconus ibi sistit; Subdiaconus verò statim descendit in planum Cappellæ: ita ut in recta linea stet post alium, & uterque post Celebrantem. Bauld. part. 1. & 3. *suprà* n. 6. Bissus *suprà*. Primum Ceremoniarius ascendit in planum Epistolæ ad latus Altaris, in quo erat Diaconus ad Introitum; ut ibi adveniènti Celebranti ostendat Orationem vel Orationes diceudas, & vertat solum epus sit. Bauld. part. 1. cap. 1. art. 1. n. 2. & 16. Reliqui Clerici, seu Ministri inferiores, ut Ceroferarii, Thuriferarii, &c. stant, ut priùs, prope credentiam. Biss. *suprà*, Bauld. part. 3. *suprà*, Bennis *suprà* §. *Duru in Choro*. Cavere tamen debent ne sint in via, dum in Choro cantantur la verba *Jesus Christe*, (aliàs oporteret sistere, & caput inclinare) sed vel anticipent, vel postponant, prout longior, & brevior erit via, inter scannum & Altar, quod diligens Ceremoniarius advertere debet; & si, dum sunt in via, ante ipsos deferatur vel eleveur Sanctissimum Sacramentum, non genuflectant, sed suum proseguantur, ut *suprà* adnotatum est. Bissus *suprà*, & Bauldry part. 3. *suprà*.

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. V. De Oratione.

Pro Ritu Missæ Privatæ, & Sollemnis, ab Oratione usque ad Epistolam.

I. Gavant. pag. 92. col. 1. lit. o *Alia variatione hi: Osculatur Altare.*) Dicto Hymno Angelico, vel si omittendus sit præfatus Hymnus, adhuc extensis hinc inde manibus, & super Altare positis extra Corporale, manibus inquam ad pulsus exclusivè positis, & non solis digitis, Sacerdos osculatur Altare. A Portu part. 1. Miss. Priv. tit. 5. Rubr. 1. n. 3.

II. Gavant. pag. 92. col. 2. lit. p *Et à si-*

nistro latere ad dextrum se vertit.) Dicitur manibus ante pectus junctis, & oculis ad terram demissis ad modestiam. Quar. part. 1. tit. 5. Rubr. 5. n. 2. & Gevi. *sup.* §. *Rampungendo*: oculis ergo non clausis, nec in pedes fermè defixis ad affectatam compositionem; sed respicientibus, illam plani altaris partem, quæ vel distat, vel distare deberet per tres cubitos ab Altaris, quod dicitur

dexteram Sacerdotis, & per quod incipit ipse motum; ita ut sinistra dexteram sequi videatur. Tonell. *lib. 2. tit. 5. Rub. 1. n. 1.* Bauld. *part. 2. tit. 5.* & Gavant. *hac lit. p.* Postquam autem se vertit modo supradicto, consistit in medio & circuli, & Altaris: ibi extendit, & jungit manus ante pectus, non inclinando caput, aut manus Populo; nec imitando Altari, quod à tergo relinquit, ne complicitur cum detrimento, & indecorè planeta, forè pretiosa: Bauld. *part. 3. tit. 5. Rubr. 1. Corlett. tract. 2. part. 1. n. 8.* Bonamic. *part. 2. n. 10.* Gerv. *suprà*, & alii: ita ut unius manus recta palma, alterius manus rectam pariter palmam respiciat; Polac. *part. 1. §. 10.* Gerv. *sup.* & digitorum extremitates sursum, quasi per lineam rectam ferantur: porro totaliter disjungantur, sed non ultra latitudinem corporis, id est non extra humeros extendenda manus. Polac. & Gerv. *sup.* & Bonamic. *part. 1. obser. 11. n. 3.* Debent tamen sic disjunctæ aliquantulum elevari, juxta Gavanti sententiam; quem sequuntur Arnaud. *tit. 5. n. 1.* & Gervasi *cap. 4. §. Terminato*, & *cap. 5. §. Supracit.* & alii in hærentes omnes *Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 38. & 39.* contra Anonymum Italem relatum ab Hippolyto à Portu *suprà n. 7.* licet enim Missale nihil loquatur de tali manuum elevatione in hac, & simili circumstantia; nihilominus expressè præscribitur in tali casu à *Cerem. Episc. locis suprà cit.* Illud non revocatur in dubium, quod dicturus Sacerdos *Dominus vobiscum* intelligibili, & clara voce, debet habere manus ita junctas, ut inter digitos nullum intercedat spatium; Vinitor *part. 2. tit. 5. in adnot. §. 1.* & versus ad Populum prout *suprà*, proferendo verbum *Dominus* adaperire debet manus, & aliquantulum elevare, prout *suprà*; proferendo verò *Vobiscum* statim manus easdem conjungit. Angel. *part. 3. tit. 5. n. 1.*

III. Gavant. *p. 92. col. 2. lit. q. Dominus vobiscum.* Sacerdos igitur modo supradicto versus ad Populum dicit clara voce *Dominus vobiscum*. Rubr. *Adiff.*

vobiscum; per quæ verba Sacerdos salutat Populum sine ulla inclinatione, ut dixi, seu potius Ecclesiam: quapropter his utimur vocibus, etiam si unus tantum inter sit Missæ; ut bene advertit Gavant. *hac lit. q.* necnon Angel. *sup. §. Dominus vobiscum.*

IV. Gavant. *pag. 93. col. 2. lit. t. Et cum spiritu tuo.* Minister verò, Ecclesiæ & circumstantium nomine, respondet tunc Sacerdoti, & cum Spiritu tuo, inclinato aliquantulum capite, & in suæ reverentiæ signum erga Sacerdotalem salutationem. Castald. *lib. 1. cap. 8. num. 6.* Corlett. *tract. 1. part. 1. cap. 7. num. 17.*

V. Gavant. *pag. 93. col. 2. lit. u. Revertitur per eandem viam.* Prolatis dictis verbis à Ministro, Sacerdos junctis manibus ante pectus, revertitur per eandem viam ad librum in cornu Epistolæ super cussino collocatum. Ratio motus est ad librum ipsum, ut docet noster Gavantus *hac lit. u.* naturaliter ambulabit Sacerdos, sinistram latus ad Altare convertendo, & se se movendo debita cum gravitate. Gervasi *supr. cap. 5. §. Ricongiungendo.*

VI. Gavant. *p. 93. col. 2. lit. x. Oremus.* Statim ut pervenit Sacerdos ad librum, manus extendens, & statim jungens ante pectus (sed eas non elevando) Tonell. *super Rubr. hac n. 2. & lib. 2. tit. 3. Rubr. 10. n. 3.* caputque Crucis inclinans inclinatione minimarum maxima, ibi stans in cornu Epistolæ, dicit voce consueta, & intelligibili hoc verbum *Oremus*, indicando Orationem, quam mox debet proferre, & invitando Populum ad orandum; ut optimè docet Gavant. *hac lit. x.*

VII. Gavant. *pag. 93. col. 2. lit. y. Extendit manus.* Deinde extendit iterum manus ante pectus, ita ut palma unius manus respiciat alteram, & digitis simul junctis (ita ut nullum spatium relinquat inter se; Castald. *lib. 2. cap. 8. n. 6.* Bauld. *part. 3. cap. 4. n. 7.*) quorum summitas humerorum altitudinem, distantiamque non excedat. Gerv. *sup.* Vinitor *part. 2. tit. 5. in adnot. §. 5.*

H h

VIII.

VIII. Gavant pag. 93. col. 2. lit. z *Stare in Oratione, &c.*) Stans igitur Sacerdos, ut supra, extensis manibus, dicit Orationem erectus, Angel. *part. 3. tit. 5. n. 1.* eadem ordinaria clara voce. Cavere tamen debet Sacerdos, ne unquam alterutram tantum manum teneat apertam, vel elevatam: v.g. si durante Oratione folium dextera vertendum sit; tunc sinistram, interim dum folium vertit, super librum ponat. Vinitor *suprà § 4.*

IX. Gavant pag. 93 col. 2. lit. a *Dicit Orationem.*) Percurrenda sunt ea, quæ tradidit Gavantus *part. 1. tit. 9.* & quæ pariter nos ibi observavimus.

X. Gavant. pag. 93 col. 2. lit. b *Per Dominum: jungit manus.*) Cum Sacerdos dicit conclusionem Orationis, id est *Per Dominum nostrum*, jungit manus juxta formam consuetam eas jungendi. Ad nomen *Jesum Christum* inclinare debet caput versus Crucem inclinatione minimarum maxima; quæ inclinatio durabit usque ad finem conclusionis, manus tenens pariter junctas usque ad finem. Ita communiter Rubricistæ.

Si plures Orationes legendæ sint, in dubium revocant Auctores, utrum post manuum conjunctionem, & capitis inclinationem, possit, ante finem conclusionis habendæ in prima Oratione, reperiri secunda O-

ratio? Pro parte affirmativa stat Tonel. per hanc Rubricam *n. 2. & 1b. 2. tit. Rubr. 10. n. 3.* negativam verò sententiam aperte docet præfens Rubrica, quam nulla valet praxis; & idem incertæ pariter adhæret à Portu *tit. 1. Rubr. 1. in adnot. n. 20.*

Si Oratio concludatur his verbis: *Quicumque, &c.* vel *Qui vivis, &c.* tunc Sacerdos dicit prædictam conclusionem manibus extensis; sed proferens *In unitate, &c.* jungit manus, & proferendo hanc conclusionem non inclinat caput: quia in hac conclusione non fit expressa mentio Sanctissimæ Trinitatis, per enumerationem Personarum Divinarum, ut tradunt omnes; nec Crucem se se convertit Sacerdos, ut male faciunt. Vinitor *sup. § 9. Bardi. tit. 3. titulo 5. Rubr. num. 1. in notis n. 3. Gerv. Polaccus, Bonamicus, necnon Tholius suprà n. 4. & Gervasi pariter suprà n. 4.* Conjunget autem in prædictis manus Sacerdos; & conversus ad hunc pronuntiabit dictam conclusionem. *sup.* Quomodoconque concludatur Oratio solum primam, & ultimam Orationem conclusionem debita terminamus; quæ tamen solum primæ, & secundæ Orationum invocationem *Oremus* præmittimus. *sup. §. Oremus.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, & Sollemnis, servando, quando profertur nomen Jesus, Mariæ, &c.

XI. Gavant. pag. 94. col. 1. lit. b post Rubr. *n. 2. Aequum est, ut ad nomen Jesus caput inclinetur.*) Cum nomen *Jesus* profertur, caput versus Crucem inclinare debet Sacerdos, prout præscribit Rubrica *n. 2.* & inclinatione quidem minimarum maxima; Tonel. *sup. Rubr. 2. n. 1.* Vinitor *suprà § 2. Gerv. sup. §. Nominando;* & versus Crucem; quia, ut ait Gavantus, hæc est ejus signum, & in qua Christus Dominus representatur;

imò in qua est ejus imago. Quartus *tit. 5. Rubr. n. 1.* Inclinat etiam caput versus Crucem, quando idem nomen legitur in pistola; à Portu *suprà n. 2.* & quidem par inclinatione minimarum maxima.

Si quærat ratio, cur nomini *Jesum* adhibeatur reverentia, quam nominis invocationem reddit D. Thomas *part. 3. quest. art. 2. necnon Alphonsus Tostatus in Examen cap. 20. quest. 7.* nimirum, quia hoc

Christus Dominus sibi comparavit per suas virtutes, præsertim sua humilitate, & obedientia Divino Patri præstita, humiliando se, & obediendo æterno suo Patri usque ad mortem, & mortem quidem Crucis: unde, ut ait Apostolus, propterea *Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, &c.* vel idem Ecclēsia majori reverentia colit nomen *Jesus*, quam nomen *Deus*; quia *Jesus* significat *Redemptorem*, eum in hoc nomine salvemur, D. Petro attestante in *Act. Apost. cap. 4. v. 12.* *Nec enim aliud nomen est sub Cælo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri.* Plures alie rationes de hac majori reverentia præstita præfate SS. nomini videri possunt apud Scortiam de Sacrificio Missæ *lib. 3. cap. 19. n. 10.* Inclinat pariter Sacerdos caput, dum pronunciat nomen *B. M. V.* sed inclinatione minimarum media; Bonamicus *part. 1. observ. 12. n. 1.* Tonellius *suprà Rubr. 2. n. 1.* Corsetus *suprà*, & Gervasi *suprà*; sed talis inclinatio fit, quando nominatur *Deipara*, non sub quoocunque nomine, sed sub nomine *Mariæ* tantum. Gervasi *suprà*. Ita pariter, quando profertur nomen Sanctorum, de quibus dicitur Missa, inclinandum est caput inclinatione minimarum minima. A Pertu *suprà n. 4.* Gervasi *suprà*. Imò etiam inclinandum est caput in Missa ad nomen Sanctorum, de quibus fit Commemoratio; sed Commemorationis nomine, non veniunt suffragia Sanctorum, quæ habentur in Oratione *A cunctis*: Gavantus *hic lit. c.* & Angel. in *catalogo errorum n. 6. de Orat.* quocirca ad solum *Mariæ*, non autem ad nomen duorum Apostolorum, aut aliorum Sanctorum inclinatur caput prædicta minimarum media inclinatione. Bauldry *part. 3. cap. 5. n. 2.* Baldassarius *cap. 2. in fine*, & Gervasi *suprà §. Nell' Orazione*. Itaque nomine Commemorationis veniunt illi Sancti, de quibus recolitur specialis memoria in Oratione, vel quia de illis recurrit in illa die Festum, aut Simplex, aut Semiduplex, aut Duplex, aut dies infra O-

ctavam, aut de illo Sancto dicitur Missa. Gavantus *ibid.* Tonellius, Bauldry *suprà*, & Vinitor *suprà §. 7.*

An inclinandum sit caput, quando nomina Sanctorum extra Orationes, & Canonem occurrunt, v.g. in Epistola, vel in Evangelio, discrepant Sac. Rubricarum expositores. Negant Tonell. *suprà*, Bauldry *part. 3. cap. 5. n. 3.* Baldass. *cap. 3.* affirmant Polaccus, Anonymus Italus *cap. 6. §. Ultimata*, Gerv. *suprà cap. 6. §. Della l' Orazione*, Angel. *part. 3. tit. 1. n. 2.* Corsetus *suprà*, & a Pertu *suprà n. 5.* quorum quidem sententia videtur probabilior: quia particula *Ubi- cunque*, quæ legitur in superiori Rubrica, cadit non solum super nomen *B. Mariæ*, sed etiam super nomen immediate subsequens Sanctorum illorum, quibus, ut *suprà* innuimus, in Missa facienda est capitis inclinatio. Itaque solum ratione Festi, vel diei Natalitii, vel Missæ, quæ celebratur in honorem dictorum Sanctorum, hæc reverentia illorum nomina proferendo adhiberi debet. Bisius *lit. S. num. 20. §. 24.* Quarti *part. 2. tit. 5. n. 1.* & contra verò SS. nominibus *Jesus & Mariæ* inclinandum semper est caput, etiam si eorum Festum non celebretur, nec eorum Missa dicatur, nec eorum Commemoratio fiat: unde semper dispar est ratio de nominibus aliorum Sanctorum, ac de prædictis nominibus *Jesus, & Mariæ*.

Advertunt tamen aliqui Rubricistæ, non esse inclinandum caput ad nomen Sanctorum, quando nominatur Sancti (de quibus Festum celebratur, vel fit Commemoratio) in titulo Epistolæ, vel Evangelii; v.g. *Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli*, vel *Sequentia Sancti Evangelii secundum Johannem*. Cerem. Missæ Priv. *cap. 1. n. 3.*

Fit pariter simplex capitis inclinatio, hoc est minimarum minima, pro Papa vivente, sed non pro alio Prælate; & hoc non solum in Collecta, sed etiam in Cano-

ne, & semper quando nominatur. Tonell. *suprà* num. 4. Bonamicus *part. 1. observ. 12. num. 1. Cerem. Missæ Priv. & Gervasi suprà §. Nominando.* Non tamen est inclinandum tunc caput versùs Crucem; quæ dispositio non solum procedit, quando profertur nomen Papæ viventis, sed etiam quando pronunciat nomen Sanctorum, de quibus diximus *suprà*; imò & ipsius B. Mariæ. Tonell. *suprà* n. 1. Baldass. *suprà* n. 1. Polac. & Gerv. *suprà*.

Inclinat igitur tunc caput versùs librum Sacerdos, nisi sit in medio Altaris, puta tempore Canonis, si per accidens ex memoria dicat; Bauld. *suprà*; quamvis Sacerdos semper ipsum legere debeat, ne præcipitet Ceremonias, aut omitat verba ejusdem Canonis, vel aliqua adjungat, aut malè illa pronunciet, ut suo loco dicemus. Hæc de inclinatione capitis faciendâ in Missâ, adnotare placuit: quia plerique de his incli-

nationibus parùm, imò nihil curare videtur; quod summopere dedecet.

Si plures Orationes dicendæ sunt, ab aliâ manu Ceremonia percurruntur, ut liquæ, etiam si forent septem, aut novem. A Porta *suprà* n. 18.

Ut plurimum prima tantùm, & ultra per ordinarias clausulas concluduntur, excepta Missâ Feriâ in Quadragesimâ; in qua post ordinarias Orationes, ut *suprà* diximus in fine Missæ dictas, adjicitur nova, pro missis verbis *Oremus*, & deinde *Hanc capita vestra Deo*; caputque ad dicta verba versùs Crucem inclinatur. Lohner *part. tit. 11. de Ritu communi* n. 3. Vide Decretum emanatum die 17. Augusti 1709. locatum in nostra Appendice ad Indices Decretorum sub n. 747. in quo declaratur utrum sit prætermittenda tertia Oratio libitum, quando ex jussu Summi Pontificis, vel Episcopi, in Missis debet apponitur aliqua specialis Oratio pro publica indignitate

Pro Ritu Missæ Sollemnis, servando, in dicendo Dominum vobiscum, quando Altare est versùs Orientem,

XII. Gavant. pag. 94. col. 1. lit. d. *Ex traditione Apostolica orandum est ad Orientem.* Veteres Christiani, qui Deum precibus colebant, verissimum est, quòd ad orientalem plagam vertebantur: quam quidem veritatem pluribus testimoniis comprobare possem; sed sufficiat innuere Joachimum Hildebrandum tractasse diligenter hoc argumentum in suo Rituali orantium *cap. 1. §. 5. & seqq.* De moralitate hujus disciplinae accuratè egit pariter inter Heterodoxos Jacobus Thomasius *dissert. de Ritu precandi versùs Orientem, Lipsiæ, Anno 1670.* ubi & causas ejusdem varias à variis allatas, diligenter expendit; & *cap. 12. §. 122. & seqq.* approbat opinionem illorum, qui censent, ealor Ritum idèd præcis Christianis placuisse, ut admonerentur homines, Eccle-

siam veluti è nocte, ac tenebris veteribus in lucem diemque scæderis novi emerit per prædicationem Evangelii de Christo. Hanc hujus Ritus causam assignat Scriptura quaestionum ad Antiochum, responsionibus *quæst. 37. tom. 2. operum S. Athanasii* nimirum Fideles in amissam exoptatam patriam Paradisum, quem Deus plantavit ad Orientem, precantes intuerentur. Hanc etiam ab Apostolica traditione descendere statuerit disertè Basilius *lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 27.* Christianorum tamen præceptum non fuit hæc orandi disciplina; nam communis fuit & Gentilibus, & Hebræis; ut ex Plutarcho in Numa, Luciano *lib. 4. de domo* & Josepho *lib. 2. adversùs Apionem* demonstrari facillimè possit. Adèd præcis Christianis placuit mos respiciendi ad Orientem, ut

dum viventes illum in precibus religiosè servarent; verùm etiam mortuis eorum corpora supina in sepulchris facie Orientem respicerent; quod ab erudito Casalio notatum est de veter. Sac. Crist. Ritib. cap. 4.

In sequelam talis Ritus, Altaria pariter, in quibus Sacra Mysteria peragebantur, ad Orientem spectabant: hinc Socrates lib. 5, Hist. Ecclesiast. cap. 22. de Altari Antiocheno ad Occidentem converso, quasi hoc ipsum præter alia habuerit talem aspectum, ita loquitur: *Ecclesia Antiochia Syria contra ritum ab aliis Ecclesiis situm habet: nam Altare non ad Orientem, sed ad Occidentem spectat: quapropter si structura Ecclesie Antiochenæ in hoc diferebat ab aliis Templis, quòd in illa Altare non ad Orientem, sed ad Occasum spectaverit: manifestum omnino est, quòd in aliis Templis sollemne fuit, ut Altaria, non Occasum, sed Orientem respexerint.* Et reverè Tertullianus adversus Valentin. cap. 3. alludens ad Christianorum Tempia: *Nistra, inquit, Columba domus simplex edificis simplex, & apertis ad lucem. Amat figura Spiritus Sancti Orientem: & Isidorus Originum lib. 19. cap. 4. loquens de veteribus Christianis hæc prodidit: Quando Templum instruebant, Orientem spectabant æquinoctialem; sicut linea ab Ortu ad Occidentem missa, fierent partes Cæli dextera, sinistra æquales; ut qui versuere ac deprecaretur, rectum aspiceret Orientem.* Paulinus quoque Epist. 12. ad Severum appellat hunc morem vitiosorem; quamquam ipse eundem non observaverit in Templo, quod construxit: sic enim ait: *Prospectus Basilicæ non, ut usitator mos est, Orientem spectat; sed ad Domini mei B. Felicis Basilicam pertinet, memoriam ejus asiciens: et quibus legitime infertur, non juris, sed arbitrii rem fuisse, ad Orientalem, vel ad aliam plagam Sacra Tempia ædificare; quam quidem sententiam amplexus est Walafridus Strabo de Reb. Eccl. cap. 4. ubi scribit: usus frequentior, & rationi vicinior habet, in Orientem orantes conversi, & pluralitatem maximam Ecclesiarum eo tenore constituta.*

XIII, Gavant. p. 94. col. 2. ead. lit. d. *Verùm nunc ad omnem partem Missam celebramus, quia Deus ubique est.* Non solum nunc, sed etiam antiquitus, non omnia Altaria Orientem spectabant, sed quædam etiam Occidentem, quædam Meridiem, & quædam Septentrionem respiciebant; idque patet ex suprad. Templo Antioch. & ex iis, quæ tradit mox laud. Strabo (qui floruit A. D. 840.) cit. loc. ubi ait his verbis: *Non errasse illos, vel errare, qui Templis, vel noviter Deo constructis, vel ab Idolorum squalore mandatis, propter aliquam letorum opportunitatem, ad diversas plagas Altaria statuerunt: additque rationem, subnectendo: Quia non est locus, ubi non sit Deus: deinde recenset exempla: Verissima enim (inquens) relatio didicimus in Ecclesia, quam apud aliam Constantinus Imperator cum matre Helena super sepulcrum Domini mira magnitudinis, in rotunditate construxit; itaque Roma in Templo, quod ab antiquis Pantheon dictum, à B. Bonifacio Papa, permittente Phoca Imperatore, in honorem omnium Sanctorum consecratum est; in Ecclesia quoque B. Petri Principis Apostolorum, Altaria non tantum ad Orientem, sed etiam in alias partes esse distributa. Hæc cum secundum voluntatem, vel necessitatem fuerint ita disposita, improbare non audeamus. Non est igitur novus, sed antiquus; non prohibitus, sed arbitrarius mos vertendi Altaria, sicut nos facimus, modo ad Orientem, modo ad Occidentem, vel ad aliam plagam, prout ratio Templi, & situs exigat: & hinc est, quòd primæ verba superioris Rubricæ intelligenda sunt de orientali plaga non reali, sed imaginaria: appellat siquidem Rubrica Altare ad Orientem illud, in quo Celebrans non solum Crucem, sed etiam Populum habet ante faciem suam. Gavantus hic, Bissus tom. 1. lit. A. n. 255. §. 1. Quart. supra. & Vinitor part. 2. tit. 5. in adnot. §. 10.*

Horum Altarium exempla plura habemus in Basilicis, & Ecclesiis Urbis; in quibus Aræ majores collocatæ sunt, sicut antiquitus fiebat, in medio Chori, nulli adherentes parieti; in quibus Celebrans, non vertit hu-

meros ad Altare; sed persistens, sicuti est, facie ad Populum versa, dicit *Dominus vobiscum, Orate fratres, &c.* eatenus enim in aliis Altaribus, quæ sunt adhaerentia parietibus, celebrando, debet vertere humeros ad Altare, ut facie ad Populum Sacrificio præsentem respiciendo saluter, benedicat, &c. sed cum in dicto primo casu jam habeat faciem ad

Populum conversam, hinc opus non est alio motu, quo se vertat ad Populum: unde oblatore in medio, positisque hinc inde manibus, ut supra descripsimus, deinde eisdem manibus junctis, & statim expansis, dicit *Dominus vobiscum*, & postea sequitur de supra.

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando in quatuor Temporibus, vel aliàs, quando dicendæ sunt plures Orationes,

XIV. Gavant pag. 95. col. 1. lit. e *Habes Riturum genuflectendi.*) In quatuor Temporibus, vel aliàs, quando dicendæ sunt plures Orationes cum Prophetiis, sive Lectionibus, Sacerdos dictis *Kyrie* in medio Altaris, facta prius minimarum maxima Cruci inclinatione, Costald. lib. 2. cap. 5. n. 10. Bifs. lit. S. n. 20. §. 26. redit ad cornu Epistolæ; ubi stans ante librum, extensis, & junctis ante pectus manibus, & caput Cruci inclinans inclinatione minimarum maxima, Bauld. part. 3. cap. 5. n. 2. Tonell. lib. 3. cap. 1. §. 1. n. 2. Lohner part. 2. tit. 32. §. 1. de capitis inclinatione, dicit *Oremus* voce ordinaria, & clara, postea dicit *Flectamus genua*, non solum Ministro, sed etiam singulis adstantibus; ideoque si forte starent, tunc genuflectere deberent; & interim ipse quoque manibus super Altare expansis, ut se ipsum apud Altare sustineat, & hinc inde collocatis, ita ut liber inter ipsas mediet, genuflectit. Bauldry cit. loc. Rubr. 4. num. 1. Bonamicus part. 1. observ. 11. n. 10.

XV. Gavant pag. 95. col. 1. ead. lit. e *Duo genua flecti, vult Alcozer, &c.*) In prædicto casu vult Alcozer, Sacerdotem debere ex vi verborum utrumque flectere genua: è contrà verò Gavantus, quem sequuntur Tonell. Bauld. Polac. Bifs. Gerv. sicut etiam à Portu supra in adnot. Rubr. 4. n. 7. sustinet, unicum tantum dexterum genu in prædicto casu Sacerdotem flectere debere: quia dato,

ut sustinet Alcozer, quòd ex vi verborum *Flectamus genua* plura genua flecti debent, semper verificantur hæc verba, quando plures, & singuli suum genu flectunt dexterum: tunc enim verissimum est, quòd plura genua flectuntur: nam ly *Flectamus genua* non refertur solum ad Sacerdotem id dicentem, sed ad alios quoque præsentem. Bifs. lit. G. num. 28. §. 4.

XVI. Gavant pag. 95. col. 2. *Populus solum acclinis esse debet.*) Postquam Sacerdos dicit *Flectamus genua*, Minister statim respondet *Levate*; quo verbo prolato Sacerdos quidem surgit, & stat, sed non Minister, qui imò perseverat genuflexus ad totam Orationem obsequentem, usque ad conclusionem; Bauld. part. 1. cap. 17. n. 3. & si plures sunt Lætionem, non surgit, nisi post terminatam oblationem: Lohner part. 3. tit. 8. n. 7. Populus vero ad dictam Orationem debet esse acclinis, etiam si sit genuflexus; Bauld. part. 3. tit. 4. Rubr. 4. n. 2. & Gavant. hic, Alcuin. cap. 4. celebr. Missæ, quem sequitur Bifs. lit. O. n. 85. & sic pariter acclinis debet esse Minister durante tali Oratione, usque ad *Per omnia*, vel *Qui tecum*. Hippolytus à Portu supra.

Sacerdos autem postquam surrexit manibus extensis dicit Orationem eo modo, quo extenduntur, & extensæ retinentur ad consuetas Orationes: in conclusione verò Orationis manus jungit secundum regulam præ-

scriptam in aliis Orationibus; pariter caput inclinat Cruci, aut non, juxta qualitatem conclusionum, à Portu *suprà*: dum

autem legit Prophetias, teneat manus super librum, vel super Altare positas, ut dicemus de Epistola, Biss. & Gerv. *suprà*.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, servando in Orationibus, etiam quando dicendum est Flectamus genua,

XVII. Rubric. n. 5. pag. 95. In Missa Sollemni cum dicitur Dominus vobiscum &c.) Postquam Celebrans ad Altare pervenerit, (ut *suprà* diximus, ubi egimus de Ritu Missæ Sollemnis) illud osculatur; idque semper facit, quoties de sedo accedit ad Altare, nisi statim osculandum esset ex Rubrica; quia tunc sufficeret illud osculari semel præscripto tempore. Bauld. *part. 3. cap. 11. art. 5. n. 6. & 8.* necnon Biss. *lit. C. n. 197. §. 19.* & expleto totaliter Hymno à Choro, osculatur Altare in medio (nisi tamen paulò ante illud osculatus fuerit, postquam, ut mox dixi, ad Altare redierit) postea manibus junctis se ad Populum convertit; & sic conversus dicit in cantu Dominus vobiscum, extendens, elevans, & iterum jungens manus, prout in Missa Privata. Ministri verò Sacri in hoc casu, stant ut priùs unus post alium, ambo in recta linea, facie ad Altare versa; Biss. *suprà* §. 12. & §. 20, nullatenus se inclinantes, quemadmodum nunquam se inclinant in hujusmodi conversionibus. Castald. *lib. 2. tit. 9. §. 15.* Bauld. *part. 1. cap. 12. art. 1. n. 23.* Biss. *suprà* §. 20.

XVIII. Rubr. n. 5. pag. 95. Et Oratio.) Postquam Celebrans dixerit Dominus vobiscum, ipse per suppedaneum de more, Diaconus verò à dexteris à tergo Celebrantis per secundum gradum, in quo reperitur, Subdiaconus verò à dexteris, & à tergo Diaconi per planum ubi est, procedunt ad cornu Epistolæ sine ulla præcedente genuflexione; ibique Celebrans jungens manus, & inclinans de more caput Cruci, (inclinantibus hoc modo pariter caput eidem Cruci Ministris cum Celebrante, non tamen manus ex-

tendentibus, sed eas junctas tenentibus) Celebrans dicit Oremus, deinde Orationem cantat, vel Orationes, prout fert ratio Officii, quas debet dicere sub uno, eodemque tono, nisi aliter expresse notetur; & dum eas cantat, Ministri Sacri perseverant eodem modo, & in eodem loco, prout *suprà*. Si tamen Celebrans ad nomen *Jesus*, aut *Sandti*, de quo Missa canitur, caput inclinet, ipsi pariter inclinare debent, Bauldry *part. 1. cap. 12. supra*, & *cap. 13. art. 1. num. 13.*

XIX. Gavant. pag. 95. col. 1. lit. g. Flectamus genua) Quando dicendum est, dicitur à Diacono, qui interim flectit utrumque genu, & omnes alii cum eo, excepto solo Celebrante; qui solum debet genuflectere, quando in deficientia Sacrorum Ministrorum ipse cantat *Flectamus genua*, Levate verò dicitur à Subdiacono, qui eodem tempore surgit, & omnes alii cum eo. Sed advertere debent Ministri omnes, quòd ad Orationem Sacerdotis, tunc inclinati stare debent, & manibus junctis. Bissus *suprà*, & alii.

XX. Gavant. p. 95. col. 1. lit. h. Ministri caput inclinant in Oratione.) Quando Celebrans profert in Oratione nomen *Jesus*, aut aliud nomen, ad cujus prolationem caput inclinet, ipsi quoque Sacri Ministri caput inclinare debent eo modo, quo Celebrans; Gavantus *hæc lit. h.* & omnes Rubricistæ cum eo; qui pariter optimè advertit, Diaconum in fine Orationis non debere respondere Amen, sicuti nec Subdiaconus hoc præstat; satis quippe est, quòd prædictum Amen respondeatur à Choro. Lohner *part. 3. tit. 3. n. 6.* & Bissus *lit. M. n. 151.*

Notz

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti
Tit. VI. De Epistola, Graduali, & aliis, usque ad Offertorium,
Pro Ritu Missæ Privatæ, ab initio Epistolæ, usque
ad finem Gradualis.

I. Gavant. pag. 95. col. 1. lit. i. *Legit Epistolam.*) Dicta igitur Oratione, vel Orationibus, si plures sint dicendæ, Sacerdos positus super librum, vel super Altare manibus (ita ut palmæ manuum librum tangant, vel prout placuerit, manibus librum tenens ad arbitrium ipsius Celebrantis, vel ad majorem commoditatem, dummodò alterutram manum solam in aëre suspensam nunquam teneat) legit Epistolam voce clara, & intelligibili. Bissus *lit. G. n. 20. §. 28.* Gervasi *suprà cap. 6. §. Detta p. Oratione,* & alii, quos congerit, & approbat à Portu *tit. 6. Rubr. 1. in adnot. n. 2.*

Lectæ Epistola respondetur à Ministro *Deo gratias* clara, & intelligibili voce, non solum post Epistolam, sed etiam post Prophetias, exceptis ultima Lectione Danielis, in Sabbato quatuor Temporum, Lectionibus Feriæ VI in Parasceve, & Sabbati Sancti, ne interrumpatur textus, vel sensus. Bauldry *part. 1. cap. 11. n. 23. & part. 3. tit. 10. n. 1.* Eadem ratione idem Bauldry *cit. part. 3.* opinatur, omittendum esse *Deo gratias*, etiam in Lectionibus, seu Prophetiis Sabbati Pentecostes; post quas dicitur Tractus solum post secundam, & tertiam.

II. Gavant. pag. 95. col. 1. lit. i. *Ad alteram partem Altaris.*) Terminata Epistola, & responso *Deo gratias* à Ministro voce clara, Sacerdos, ut præscribit *Rubr. n. 1.* sequitur *Graduale, Alleluja, Tractum, Sequentiam*, si dicenda sint, &c. his, inquam, omnibus ab eo recitatis, ipsemet, si privatim celebret, præsertim propter negligentiam, aut impotentiam Ministri fortasse parvuli, vel inepti, portat Missale ad alteram Altaris partem, id est ad cornu Evangelii; sed transiens per medium Altaris caput Crucis inclinatur, ut

infra dicemus. Magis tamen decet, ut Minister præfatum Missale librum transferat ab una ad aliam partem Altaris: Bissus *suprà §. 19.* Bonamicus *part. 2. n. 13.* Tonellius, Gervasi *suprà,* & alii communiter: quapropter dum à Sacerdote dicitur Tractus, seu Sequentia, Minister erigit se, & ambulat per planum Cappellæ versus cornu Epistolæ genuflectit in medio, dum transit ante medium Altaris: Castald. *lib. 1. cap. 16. n. 4.* Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 24.* Bissus *suprà,* & alii: deinde per anteriorem partem Epistolæ ascendit ad Altare, ubi sumit Missale, & eisdem sum transfert, pollice sinistro inter folia interjecto, in quibus Evangelium legendum descriptum est, & transfert dictum Missale cum cussino (nisi cussini sint duplicati) manu dextra subtus cussinum posita. Bauldry, Castaldus *suprà.* Si non sit deferendus cussinus, tum librum deferat ante pectus, dextera manu non tene in medio partem libri, quæ non aperitur, pollice sinistro, ut supra, inter folia interjecto; à Portu *suprà num. 7.* qui pariter ibidem amplectitur sententiam Cornelii Castaldi, & Bonamici, afferentium, quod Minister deferens Missale, ambulare debet per gradum pradellæ inferiorem, ad hoc ut motus sit expeditior, præsertim si gradus Altaris sint plures, aliter sæpe sæpius librum spectare deberet Sacerdos otiosè; nunquam tamen Minister transire debet per gradum, seu pradellam, in quo, vel in qua est Sacerdos: ut advertit Bonamicus *part. 1. obser. 5. n. 7.* ne transeundo in dictum Sacerdotem impingatur: Bauldry tamen supra contra præfatum sententiam docet, Ministrum in prædicto casu deferendo librum ad latus Evangelii, debere ambulare per planum, ibique genuflectendum transit per medium Altaris, seu Cappellæ.

Deposito libro super Altare modo dicendo, quamprimum descendit in planum directè per gradum anteriorem, si Bauldry sententiam sequi volumus suprà n. 25. quod tamen non placet, quia posset impedire Celebrantem tunc fortassis advenientem ad cornu Evangelii: quapropter descendat per gradus laterales in planum pariter laterale Cappellæ: ibique consistat conversus ad Altare, donec responderit *Et cum spiritu tuo, Gloria tibi Domine*; deinde se conferat ante gradum infimum à cornu Epistolæ, genuflectendo in medio Altaris, seu Cappellæ de more, dum per medium transiit; & conversa facie ad Evangelii latus, ita permanet, donec terminato Evangelio, dixerit *Laus tibi Christe*. Corsectus *17. tit. 1. cap. 1. num. 8.* Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 24.* Castaldus *lib. 1. cap. 16. num. 14.*

Advertat tamen idem Minister, ne accipiat librum, antequam Sacerdos à cornu Epistolæ discesserit; & accedendo, vel recedendo ab Altari, ne terga vertat ipsi Altari: unde postquam in cornu Evangelii librum depoluit, convertat sinistrum latus ad Altare, dexterum autem ad Populum; è contrà quando descendit à parte laterali Epistolæ, convertat tunc latus dexterum ad Altare, sin-

istrum verò ad Populum. Bonamicus *part. 2. num. 8.*

III. Gavant. pag. 95. col. 2. ead. lit. I *Item ad alteram partem iur.*) Defertur liber ad alteram Altaris partem, non solum ut Sacerdos sit expeditior in dextra parte Altaris ad conficienda Mysteria, ut ex Micrologo *cap. 9.* notat Gavantus *hic*; sed etiam quia hæc altera pars est nobilior, utpote dextera pars Altaris, ut suprà adnotavimus: nobilior autem locus tribuendus est Evangelio, & minus nobilis Epistola; à Portu *num. 8. suprà*; ubi pariter advertit, quòd juxta superiorem Rubricam, si Celebrans ipse transferat Missale, transeundo per medium Altaris, caput Cruci inclinatur; deinde accedit ad cornu Evangelii, ut deponat librum, reversurus iterum ad medium absque ulla alia inclinatione Cruci, quia inclinaturus est profundè, ut dicat *Munda cor meum, &c.* Missale verò sic collocet, ut pars superior libri cornu posterius Altaris respiciat contra se directum, & Sacerdoti in obliquo situ Evangelium legenti sit magis accommodata. *Quarti part. 2. tit. 6. Rubr. 1. num. 3.* qui advertit, Celebrantem non debere tunc terga vertere ad Populum, cui annunciat Evangelium; sed aliquantulum ad eum permanere conversum.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Gradualis, usque ad finem Evangelii.

IV. Gavant. pag. 96. col. 1. lit. m *Munda cor meum.*) Supponit Rubrica, Celebrantem suis manibus detulisse Missale ad cornu Evangelii: quod si ipse non detulerit, ut deferre non debet ex majori decencia; tunc procedit à parte Epistolæ ad medium Altaris junctis manibus ante pectus; ibique hoc modo stans, le d. digitorum extremitatibus faciem suam respicientibus, elevando ad Deum oculos, nitrum ad Crucifixi imaginem, & statim illis demittendo, nunquam verò elevando caput, profundè tamen inclinatus inclinatione

medii corporis, dicit secretò *Munda cor meum, &c.* prout in Ordine Missæ, voce omnino submissa; & manus non super Altare ponit, sed junctas conservet semper inter pectus, & Altare. Hæc tradunt Gervasi *in car. errorum num. 50.* Angel. *part. 1. tit. 5. §. De Evangelio*; Vinitor *part. 2. tit. 6. in adnot. §. 2.* Cerem. Missæ Privatæ *cap. 1. §. 5.* Hagerer *in Rit. ex. ad. servando, &c. tit. 6. n. 2.* Tonell *lib. 2. tit. 6. num. 1.* Polaccus, Baldassarius, & alii communiter. Dicto *Munda cor meum* voce submissa, dicit *Sube Domine benedicere*, non verò

GAVANT. Rubr. Miss.

I i

Sube

Iube Domne: quia in Missa Privata Sacerdos alloquitur non hominem, sed Deum, à quo tanquam universorum Domino petit Benedictionem: ex oscitantia igitur typographorum in quibusdam Missalibus irrepleverunt illa verba *Iube Domne benedicere*; qui titulus *Domni* convenit solum homini præclaro: hinc Pontifex in Litanis vocatur *Domnus Apostolicus*. Vide Macrium in Hiero-lex. verbo *Domnus*, ubi affert hunc versum: *Cælestem Dominum; terrestrem dicitur Dominum;* & hinc etiam Diaconus in Missa Sollemni, qui petit Benedictionem à Celebrante, optime dicit *Iube Domne benedicere*, antequàm procedat ad cantandum Evangelium; ita etiam quilibet alius inferior Episcopo dicere debet *Iube Domne benedicere* in Choro, petens à suo Superiore Benedictionem, E contra verò Episcopus, quando cantare debet ultimam Lectionem, cum à Deo Benedictionem petat, quia ibi non habet hominem superiorem, dicit: *Iube Domine benedicere*. Billius *lit. 5. num. 224. §. 4.* à Portu *ad tit. 6. Rubr. 2. in suis adnot. num. 6.* Lohner *part. 6. tit. 6. num. 2.* Gerlacus, Vinitor, & Hagerer *suprà loc. citatis*. Prolatâ, ut dixi, illâ prece *Iube Domine benedicere* in Missa Privata, Sacerdos sibi ipsi statim respondet: *Dominus sis in corde meo, & in labiis meis, &c.* usque ad finem: post quæ verba absque facta Cruci alia reverentia vadit ad librum Missalis; ubi stans versus illum manibus junctis ante pectus, facie conversa ante cornu Altaris, ideoque versus librum obliquè positum, ut *suprà*, corpore, & capite erecto, non autem brachiis incumbentibus Altari, dicit voce intelligibili, hoc est ordinaria (non disjungens manus) *Dominus vobiscum*; ut populus attentior fiat ad ipsum Dominum loquentem in suo Evangelio: *Quart. part. 1. tit. 10. num. 6.* responderetur à Ministro: *Et cum spiritu tuo* eadem clara, & intelligibili voce.

V. Gavant pag. 96. col. 1. lit. n. *Dum signatur liber, sinistra manus apponi potest, &c.*

Postquàm Minister respondit, ut *suprà*, Sacerdos disjungit manus, ponendo *Initium* super librum, ut notat Gavantus hic: dicit de pulpa pollicis dexteræ manus, non v. ungue, vel indice, neque pollice & indice simul, signat Cruce librum super principio Evangelii, quod erit legendum. Deo autem format hoc signum Crucis, dextera manum totaliter extendit, cujus palmamque librum convertit, tenendo quatuor reliquos digitos simul junctos. Crux, quæ pollice formatur, parva esse debet. Bauldry *part. 1. tit. 6. Rubr. 2. n. 1.* Lohner *part. 2. tit. 1. §. 2. n. 4.* & alii communiter.

VI. Gavant pag. 96. col. 1. lit. o. *Sig. in fronte, & pectore tantum, &c.* Formam modo *supradicto* Cruce parva super librum Sacerdos postea eodem pollice signat se ipsam in fronte, ore, & pectore, ponendo *Initium* stram manum infra ipsum pectus, & extendendo totaliter dexteram junctis aliis digitis palmamque ipsius dexteræ ad se convertendo: Bonamicus *part. 2. n. 2.* & Bauldry *part. 1. tit. 6. Rubr. 2. n. 1.* format autem non unum sed triplex Crucis signum, primum in fronte, secundum in ore, tertium in pectore. Bonamicus, & Gervasi *suprà §. Deo*, easdem tres Cruces sibi format pariter Minister in fronte, in ore, & in pectore. Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 25.* Lohner *part. 2. tit. 9. n. 8.* Sacerdos deinde dicens *Separatim vel Initium Sancti Evangelii, &c.* debet se convertere ad cornu Evangelii, & non aliter stare. Bonamicus *part. 2. n. 14.* Polaccus *part. 1. §. 2.*

VII. Gavant pag. 96. col. 1. lit. p. *Gloria tibi Domine.* Prolatis prædictis verbis à sacerdote, responderetur à Ministro voce ordinaria, & clara *Gloria tibi Domine*, & non à Sacerdote, nec ad Crucem, nec ad Sacramentum; nec caput inclinat, *Bauldry supra*; sed jungit iterum manus ante pectus stans ut *suprà*; sicut etiam Minister, & cumstantes stare debent Evangelium audientes. *Quart. part. 1. tit. 17. n. 2. §. Præcep.*

et part. 2. *suprà* n. 4. Prosequitur lectionem Evangelii usque ad finem, quod certe majori pausa, & distinctione, quam alia, qua dicuntur clara voce, pronunciandum est. Quart. part. 2. *suprà*. Cum durante lectione Evangelii, genuflectendum, vel inclinandum fuerit caput, id nunquam fiat versus Crucem, vel SS. Sacramentum, sed versus librum; & perseveret semper Sacerdos, dum legit Evangelium, erectus versus librum, brachiis, seu manibus minimè innitendo Altari, vel libro. Vinitor *suprà* §. 8. Bislus *lit. S. n. 20. §. 30.* Pronunciando itaque nomen *Jesus*, capitis inclinatio, qua extra Evangelium fit versus Crucem, dum legitur Evangelium debet fieri versus librum ipsam; ut prescribit eadem Rubrica n. 2. in fine; Castaldus, Gavantus, & Quart. part. 2. *tit. 8. Rubr. 2. n. 6.* adducens hanc rationem, quia in Evangelio expressius representatur Christus Dominus, quam in Cruce, utpote quod est verbum ipsius Divini Incarnati verbi; & hinc est, quod in octava Synodo *cap. 3.* statutum fuit, librum Evangeliorum; & Sacram imaginem D. N. J. C. aequo honore adorari debere. Hinc etiam pretiosissimus librum Evangeliorum thecis involvi; in Processionibus super dorsum Diaconorum: in Conciliis in sublimi throno in medio confusus poni; illo tacto jurare, ac si Deus praesens agnoscat; chartulas tandem Evangelium continentes collo appendi, antiquissimos fuit. Quando autem ob praedictas rationes genuflectendum est ante dictum librum, utrum faciendo hanc genuflectionem manus disjungendae sint, & collocandae super Altare, usque ad pulsus, digitis junctis, non conveniunt DD. negat Bonamicus *part. 1. observ. 11. n. 10.* affirmant verò Tonellius *lib. 2. tit. 5. Rubr. 4. n. 2.* & à Portu *suprà n. 22.* hac ratione moti, quia nulla potest assignari disparitas pro genuflectione faciendâ in cornu Evangelii, quae non militet pro aliis genuflectionibus faciendis in medio Altaris, & in cornu Epistolae; deinde quia collocan-

do praedicto modo manus, facilius assurgitur.

VIII. Gavant. pag. 96. col. 1. lit. q. *Osculatur principium Evangelii.* Finito Evangelio, Minister stans in cornu Epistolae post infimum gradum Altaris in plano, eadem clara, & ordinaria voce respondet: *Laus tibi Christe:* & post responsum, sine ulla alia reverentia, ibi de more genuflectit. Lohner *part. 3. tit. 9. num. 8.* & Bauld. *suprà*. Sacerdos autem elevans parumper librum sine cullino, & aliquantulum inclinans, osculatur principium Evangelii à se dicti, absque ulla Crucis productione, neque super librum, neque super se ipsum. Vinitor *suprà* §. 9. Cerem. Missae Priv. *cap. 7. §. 2.* Bauld. *sup. n. 3.* si opus est, invertat manu dextera paginam, deposita sinistra super Altare, ut habeat principium Evangelii, quod lectum est, & quod osculari debet; à Portu *suprà* num. 19. dicens submissa voce: *Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta:* quam Oratiunculam, sive totam proferat immediatè ante deosculacionem: sive tantum primam ejus partem, id est *Per Evangelica dicta*, ante deosculacionem, & deosculato libro *Deleantur nostra delicta:* sive denique illam totam dicat immediatè osculato principio Evangelii, creditur Rubricae satisfacere, & quodcumque horum fieri posse: secundus tamen Ritus exactior est; ut etiam observat Nicolaus de Bralio in *Cerem. Canon. part. 2. cap. 5. n. 11.*

IX. Gavant. pag. 96. col. 2. lit. r. *Obreverentiam Praetorum datur eisdem liber osculandus.* Ritus, ut expleta lectione Evangelii ab Episcopo, vel Presbytero celebrante, ejusdem Evangelii liber osculetur, est antiquissimus. De hoc Ritu tractat sapientissimè Jonas Aurelianensis Episcopus *praefatione libri 2. de cultu imaginum*, ubi ait: *Sacra Religionis usus adhuc in Ecclesia servatur, ut peracta Sacra Evangelii lectione ab Episcopo, vel Presbytero, ceterisque Sac. Ordinis Religiosis, codex, in quo Evangelii lectio recitata est, mul-*

iplicibus Osculis veneretur: sed hoc cujus causa, nisi illius, cujus esse verba creduntur, agimus? Unde antiquitus in Missa Sollemni, non solum Celebrans, sed etiam alii de Clero dictum librum osculabantur, in signum venerationis, & communionis cum Domino Jesu Christo. Ad laicos verò quod attinet, etiam ipsos olim fuisse admissos ad osculum Evangelii, testatur Ordo Romanus, & vetus Missæ expositio ex vetusto codice apud Hittorpium; his verbis: *Descendente Diacono de a nbone, Subdiaconus, qui in sfo stat, recipit Evangelium: quod tenens ante pectus suum super planetam, porrigit osculandum primum Episcopo, aut Presbytero, deinde omnibus per ordinem graduum, qui steterint, & universo Clero, necnon Populo.* Idem testatur etiam Rupertus Abbas Tuitiensis lib. 2. de Officiis cap. 1. & Honorius in *Gemma Anima, de antiquo Ritu Missarum cap. 19.* tradit, Evangelium cum incenso per Chorum delatum, & singulis ad osculandum porrectum fuisse. Verum quavis & Clerus, & Populus priscis temporibus ad osculum Evangelii admitteretur; Honorius tamen III. Pontifex Maximus literis ad Matthæum Patriarcham CP. libro 5. epist. 439. relatis ab Odorico Raynaldi ad Annum 1221. num. 28. in Missa, sub pœna excommunicationis cuicumque seculari Principi Evangelii osculum perhiberi vetuit, nisi essent persona Oleo Sacro immixta: & hinc est, quòd etiam quidam Episcopi Polonorum Regiam, nondum Sacro Ritu regia corona redimitant, ad Evangelii osculum admittere recusarent; Paulus III. Pontifex Maximus, precibus Regis obsecundans, indulgit, ut Reginae ejus conjugii liber Evangelii inter Divina Mysteria, & Patena illi deosculanda porrigerentur; quamvis præfata Regina nondum esset regio diademate coronata. Ita scribit de Ricus Rainaldus ad Annum 1549. num. 6. & ex eodem Joseph Catalanus, in suo eruditissimo opere, cui titulus *De codice S. Evangelii, ac servandis in ejus lectione Ritibus, &c.* lib. 2. cap. 27. Nunc verò, juxta supe-

riorem Rubricam, & Gavanti Commentarium, solus Sacerdos celebrans Evangelium osculatur finita ejusdem Evangelii lectione, præterquam in Missis Defunctorum, & non celebret coram Summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in eorum Diocesis; in quo casu cuilibet ipsorum liber Evangelii osculandus deferretur; Sacerdos verò celebrans tunc à consueto osculo osculo, nec dicit *Per Evangelia dicta*, quia hæc verba dicuntur ab eo tantum, qui librum osculatur: sunt enim verba osculationis propria, ut docet Gavantus hoc in 2. tit. 6. Rubr. 2. nimirum, quia osculum librum sub verbis prædictis fungitur officii mediatoris inter Deum, & Populum, in pacem auguratur, & peccatorum remissionem loco Christi; quod pertinet ad dignitatem quandam; & idcirco semper dignitas detur osculandus liber, quia Christus unus est, quem repræsentat ille, qui liber osculatur.

Dixi semper digniori præbendum esse librum osculandum, ut præscribit etiam Ordo Rem. Episc. lib. 1. cap. 30. quapropter si prælati aequales Missæ interessent, nulli porrigi deberet liber osculandus, ne etiam ipsimet Celebranti: si verò prælati assistant inæquales: tunc dignitas tantum, ut dixi, dabitur liber osculandus juxta dispositionem præfati Ceremonialis Episcoporum allegati à Gavanto hac lit. r. Si verò Episcopus Sacris operaretur coram Cardinale; tunc servanda esset dispositio clarior ejusdem Ceremonialis lib. 1. cap. 29. num. 9. ita præscribens: *Liber Evangelii Celebrante Episcopo nulli etiam magno Principi, vel Præfate Missæ præfati datur osculandus post dictum Evangelium; sed si adisset aliquis magnus Princeps, vel S. R. E. Cardinalis, tunc liber Evangelii osculandus porrigeretur ipsi, utique liber Evangelii, quo mittitur Episcopo*

sub alius liber consimilis illi porrigatur. In ali-
quibus tamen Ecclesiis, & præsertim Pari-
siis, ut asserit Le Brun tom. 1. pag. 251. vi-
get consuetudo, quod Subdiaconus in Missa
Sollemni deferat librum Evangelii osculan-
dam toti Clero, præcedente Thuriferario, à
quo Clerus pariter thurificatur, & Subdia-
conus cuiuscunque osculanti, dicit: *Hac sunt*
verba Sancti; & quilibet osculans librum,
respondet; *Credo, & confiteor.*

X. Gavant, pag. 97. col. 1. ead. lit. r. *Ex*
Diculis Congregationis Card. super negotia
Epif. Gavantus hoc loco allegat Decretum
editum sub die 22. Augusti 1589. à Sacra
Congregatione super negotiis Episcoporum, &
in *Melphitana*, in quo sancitur - Vicario
etiam Apostolico non esse tradendum librum
Evangelii ad osculum - Allegatur etiam à
Gavanto aliud simile Decretum ab eadem
Congregatione in dicta *Melphitana* sub die
28. Augusti ejusdem Anni editum, in quo
habetur - Evangelium non traditur osculan-
dum nisi Episcopis, Prælati majoribus, &
Principibus magnis; non autem Gubernatoribus,
& aliis Ministris - Rursus sub die
17. Septembris 1611 aliud editum fuit De-
cretum à S. R. C. & datum in nostro Indi-
ce sub num. 118. in quo habetur, quod -
Comendatario, sive ejus Procuratori non
debetur liber osculandus in Missa - Sub die
verò 8. Maji 1615. habetur aliud Decretum
editum à Sacra Congregatione Episcoporum
in *Lancianen.* relatum à Monacell. in Formul.
legal. pract. part. 2. tit. 16. formul. 7. sub
num. 6. in quo sancitum est, quod - Vica-
rius Apostolicus non potest pretendere quod
sibi deferatur osculandus liber Evangelii,
nisi sit Episcopus - Sub die verò 12. Octo-
bris 1618. S. R. C. aliud edidit Decretum
datum in nostro Indice sub num. 169. in quo
inter alia habetur, quod - Episcopo extra-
siam Diocesim non competit deosculatio
textus Evangelii - Sub die verò 2. Septem-
bris Anno 1659. in Decreto generali S. R.

C. quod reperitur in nostro Indice sub num.
352. inter alia sancitum est, quod - Si Epi-
scopus aderit Missa Abbatiali celebrata ab
Abbate habente usum Pontificalium; tunc
textus Evangeliorum osculandus deferri de-
bet præfato Episcopo, nimirum proprio il-
lius Diocesis. Denique prætere hic non
debemus Decretum illud generale, & Epi-
stolam S. R. C. per extensam allatam in Sy-
nodico Beheventanæ Ecclesiæ, in appendice
ad Concilium 14. quod est primum Eminen-
tissimi olim Card. Urfini Archiepiscopi, de-
inde Benedicti XIII. Pontificis Maximi pag.
574 - Cum pluries S. R. C. inharendo De-
cretis aliis editis, & signanter in *Lucerina*
die 22. Novembris 1664. 28. Septembris
1675. & 13. Martii 1688. declaraverit, nul-
lo modo dandum esse Evangelium ad oscu-
landum secularibus, etiam Præfidi in ce-
lebratione Missarum; necnon prohibuerit usum
baldaechini, & præsertim in *Acernina* die
26. Junii 1666. *Baren.* 5. Martii 1667. &
17. Junii 1684. *Marsicen.* *Polignan.* & *Mi-
leten.* 5. Martii 1667. *Hieracen.* die 2. Octo-
bris 1683. & *Bitun.* 23. Septembris 1684.
ac insuper denegaverit assistentiam in Pre-
sbyterio; & specialiter in *Materanen.* 24. Ja-
nuarii 1665. *Melphitana* 15. Junii 1665. &
Baren. 20. Novembr. 1677. & 22. Februa-
rii 1687.

Eminentissimi, & Reverendissimi DD.
Cardinales eidem Sac. Congregationi Propo-
siti mandarunt, ut prædicta Decreta, prohi-
bentia personis secularibus osculum Evangelii,
usum baldaechini, & assistentiam in Presby-
terio, renovarentur, & copiz illorum trans-
mitterentur Archiepiscopis, & Episcopis Re-
gni Neapolis, eisdem injungendo, ut illa
intimari facerent Superioribus Ecclesiarum
sue Diocesis, tam Secularibus, quam Re-
gularibus; & in casu transgressionis proce-
derent etiam contra Regulares auctoritate
ejusdem Sac. Congregationis ad poenam in-
terdicti; & ita decreverunt, & in Ecclesiis

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Evangelii, usque
ad finem Symboli.

XI. Rubr. n. 3. pag. 97. *Dicto Evangelio, &c.*) Osculato Evangelio, si sit osculandum; si autem non sit osculandum, ut contingit in Missis Defunctorum, eo finito; Sacerdos portat Missale cum cussino prope Corporales; ut facilius, stans in medio Altaris, possit ex eodem Missali ea legere, quæ in medio ipsius Altaris dicenda sunt. *Bissus lit. S. num. 20. §. 32. Corsett. tract. 2. part. 2. scilicet, 1. n. 17.* & alii apud eundem Bissum. Deinde procedit ad medium Altaris, manibus ante pectus junctis, ibique & corpore, & capite stabit erectus; & statim elevans, extendens, ac jungens manus, incipit, si dicendum sit, *Credo*, voce ordinaria, & clara, ut in pari casu diximus de Hymno Angelico.

XII. Gavant. pag. 97. col. 1. lit. s. *Credo.*) Dum profert Sacerdos hoc verbum *Credo*, elevat, & extendit manus, ut supra. *Polac. part. 1. §. 12. Bonamic. part. 2. n. 15.* Ad vocem *Unum* jungit manus; ad vocem *Deum* caput inclinat; *Bonamic. Polac. Gervasi, Bauld. & Bill. sup. §. 23.* non autem elevat oculos, nec caput, *Polac. Bauld. & Gerv. Minister genuflexus, & manibus junctis, ad vocem Deum caput inclinat; Bauld. part. 1. cap. 27. num. 26.* neuter tamen ad verba *Patrem omnipotentem, & In Spiritum Sanctum* caput inclinabit; ut observat Gavant. *sup.* Neque dicas ex ratione à Gavanto adducta probari, quod neque sit inclinandum caput ad verba *Jesus Christum*: de hoc enim Sanctissimo nomine militat peculiaris ratio, & quam superius explicavimus, reddendo rationem, quare magis honoretur nomen *Jesus*, quam nomen *Dei*. Postea Sacerdos capite erecto stans ibidem, junctis ante pectus manibus, ut prius, prosequitur Symbolum

voce clara, & ordinaria usque ad finem, & put inclinans inclinatione minimaram maxima ad ea verba *Jesus Christum*. *Biss. num. 20. §. 23. & Gerv. supra.*

XIII. Rubr. n. 3. pag. 97. *Cum dicitur: incarnatus est, &c. genuflectit.*) Ad verbum *incarnatus est*, usque ad *Et homo factus est* clusivè, genuflectit unico genu, extendendo hinc inde digitos junctos manuum, utramque manum usque ad pulsus extra Corporale super Altare ad facilius surgendum sed non debet accipere anteriorem partem planetæ præ manibus; illam elevando, genuflectit modo mox explicato; & hoc observare debet in omnibus similibus genuflectionibus: *Simon à Larciano lib. 4. cap. 11. Sed non debet; & Aloysius Gerardi Episcopi Cortonenis in compendio errorum cap. 6. 25.* genuflectit tamen Sacerdos capite, corpore erecto, & non infra Altare demittit ut plerique faciunt; à Portu *suprà Rubr. 9.* sicut etiam esset error, genuflectere in genu. Est itaque juxta Rubricam, incipere præfatam genuflexionem ad ea verba *Et incarnatus est*, & finire illam ad *Homo factus est*, sine inclinatione capitis, & manibus tenentis supra Altare; *Cerem. Missæ Privatæ cap. 10. §. 11 & Hagerer in Ritu exactissimo vando tit. 6. §. In hoc Symbolo* s. qui addit quod in Missis Privatæ, etiam in Felso de nunciacionis B. M. V. & tribus Missis in divinitate Domini, non utroque, sed uno genu solummodò genuflectendum sit. Ita etiam *Lohner part. 2. tit. 17. n. 7.*

XIV. Gavant. pag. 97. col. 1. lit. s. *quando dicit. Adoratur.*) Cum Sacerdos *Simul adoratur*, caput Cruci inclinatur inclinatione minimaram maxima: à Portu *suprà*

11. sic inclinatur etiam Minister; Bauldry part. 1. cap. 17. n. 26. non autem inclinatur caput ad sequens verbum *Et glorificatur*, neque eum dicit *Et in Spiritum Sanctum*. Gavantus hic, & alii Rubricista communiter.

XV. Gavant, pag. 97. col. 1. lit. t. *Produci signum Crucis.*) Cum vero dicit *Et vitam venturi Seculi.* manu dextera signat se signo Crucis, sinistra pectori adnotata. Distribuit prædictas voces ita, ut tangat frontem, & pectus, dum dicit *Et vitam*; tangat humerum sinistram, quando profert *Venturi*; tangat humerum dexterum, quando pronuntiat *Seculi*. Ut autem bene distribuat, lente

proferat verba illa, sed præsertim priora *Et vitam*. Bauldry part. 3. cap. 3. n. 3. Minister quoque se signat eodem modo; Bauldry part. 1. cap. 17. n. 26. & dum Sacerdos dicit *Amen*, manus iterum jungit, quod fieri debet & in fine Hymni Angelici; ut tradit Gavantus hic, & tit. 4. lit. p, & Bauldry part. 3. tit. 4. num. 2. Vinitor part. 2. tit. 6. §. 16. Gervadius, alique: quamvis de hac manuum junctio Rubrica nihil præscribat; unde ab aliquibus sine scrupulo omittitur; & hujus opinionis sunt Bonamicus part. 2. n. 9. & Topellius lib. 2. tit. 4. num. 2.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, ab ultima Oratione, usque ad finem Epistolæ.

XVI. Gavant, pag. 97. col. 1. lit. u. *Comitrus ab uno Acolytho.*) Erga finem ultimæ Orationis, si non adest Magister Ceremoniarum, vel ejus socius, unus ex Acolytho, facta prius genuflexione in medio, accedit ad credentiam, & inde Missale aliquantulum elevatum ambabus manibus ferens, inclinando se, tradit Subdiacono; & eum illo genuflexus in medio Cappellæ post eum, ad locum Epistolæ procedit. Subdiaconus igitur, postquam accepit ambabus manibus de manu Acolythi librum Epistolarum, deferens illum utraque manu supra pectus, & facta versùs Altare eum dicto Acolytho genuflexione, accedit, eo ipsum comitante à sinistris, ad partem Epistolæ contra Altare, &c. Si vero adsit Magister Ceremoniarum, hic circa finem ultimæ Orationis, facta Cruci profunda reverentia (& non genuflexione, quia non recedit à medio) descendit ab Altari, & de credentia librum Epistolarum accipit, eundemque tenens ambabus manibus, ea parte, quæ aperitur, ad suam dexteram conversa, accedit ad Subdiaconum stantem in plano Epistolæ post Diaconum, Bauldry part. 3. cap. 11. art. 5. n. 16. & præfatus Ceremoniarum librum Episto-

larum per ejus latera tradit elevatum Subdiacono, qui utraque manu angulis libri inferioribus supposita (ut infra dicendum est de Diacono) eum accipit versa sibi ad invicem facie, absque osculis, sed eum reciproca mediocri inclinatione; Bauldry part. 1. & 3. supra, Lohner part. 3. tit. 3. n. 7. Castaldus lib. 1. sect. 7. c. 1. n. 10. deferens illum elevatum non tantummodo ante, sed supra pectus, parte libri aperienda respiciente Subdiaconi sinistram; Venentius in *praxi Sac. Cerem.* tit. 5. cap. 3. n. 9. & vadit usque ad medium Altaris, dicto Ceremoniario comite. Gavantus supra, & alii.

Utrum autem Ceremoniarum prædictus debeat Subdiaconum præcedere, non conveniunt Doctores. Afirmat Castaldus lib. 1. sect. 1. cap. 1. n. 22. negant Lohner part. 3. tit. 4. n. 7. Billus lit. S. n. 195. §. 8. Bauldry part. 1. cap. 1. & cap. 13. supra: & à Portu part. 2. de Missa Sollemni tit. 6. Rubr. 4. in adnot. n. 3. negativam pariter amplectitur sententiam, quia in Missa Pontificali Ceremoniarum non præcedit, sed incedit ad sinistram Subdiaconi: Ceremoniale Episc. lib. 2. cap. 8. §. 40. unde etiam in hac Missa Sollemni Ceremoniarum non debet Subdiaconum præcedere. Tum ipse

Sub-

Subdiaconus habens à sinistris Ceremoniarium, vel eo deficiente, Acolythum, portans sibi librum, ut supra, procedit ad medium infimi gradus per planam; Gavantus, Bauldry, & Billus *suprà*; ubi ambo faciunt unico genu genuflexionem, & mox eodem ordine pergunt ad cornu Epistolæ, & sistant in loco aliquantulum distante à gradibus Altaris.

XVII. Gavant. pag. 97. col. 2. lit. x *Nunc cantat iuxta cornu Altaris.*) Postquam igitur pervenit Subdiaconus in planum Presbyterii contra Altare in cornu Epistolæ, tenens librum ambabus manibus versus Altare, sine nova genuflexione, incipit clara, & sonora voce Epistolam, Ceremoniario supradicto, seu alio Ministro, ipso absente, à sinistris ejus post eum stante, qui vertit folia, si opus est. Bils. *suprà*, Bauld. *part. 1. cap. 1. suprà*. Castald. *lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 10.*

Dum verò Subdiaconus cantat Epistolam, Celebrans stans in eodem loco, in quo erat, nempe in cornu Epistolæ, eam legit, submissa voce, assistente sibi Diacono, qui sine genuflexione (quia non discedit, nec accedit, nec transit ante medium) accedit ad dexteram illius, stans in secundo gradu Altaris pro situ loci, manibus decenter pectori admotis, non junctis, vel tenentibus librum, si opus est, vel vertentibus folia, nunquam tamen super Altare politis; Lohm. *part. 3. tit. 2. n. 10.* Bauld. *part. 1. c. 12. art. 1. n. 25.* Bils. *lit. C. n. 197. §. 21.* à quo loco non discedat Diaconus, donec accedat ad Celebrantem Subdiaconus post finitam Epistolam.

Postquam Celebrans finierit Epistolam, Diaconus ei respondet *Deo gratias* submissa voce; Bauld. & Bils. *suprà*; Celebrans verò in eodem loco prosequitur cætera usque ad *Munda cor meum* exclusive. Observet autem Diaconus, ut caput inclinet quando opus est, & genuflectat ad ea verba, ad quæ genuflectit Celebrans, sive in Epistola, sive in Graduali, Tractu, &c. ut in Missa de Cruce in Dominica Palmatarum ad illa verba: *In Nomine Jesu omne*

genu flectatur, & Adjura nos Deus; flectat illa alia: Veni Sancte Spiritus, &c. Bauld. *part. 3. cap. 1. art. 5. num. 11.* Bils. *lit. C.* Sic etiam Ceremoniarium, vel Acolythum, qui Subdiacono, quando profert nomen *Jesu*, debet inclinare inclinatione profunda, hoc est minimarum maxima: & quando ipse genu flectit dicendo v. g. *In nomine Jesu omne genu flectatur,* debet ipse pariter genuflectere, ut tradunt omnes communiter.

XVIII. Gavant. pag. 98. col. 2. lit. x *Obsecro vos, Domine Deus, miserere nobis, &c.*) Finita Epistola Subdiaconus claudit librum, quem ut portat, & cum Ceremoniario primo, seu alio socio, à sinistris accedit ad medium Altaris, ubi genuflectunt ambo unico genu, facta genuflexione, eodem ordine procedunt per planum ad laterale Epistolæ cornu, repente semper Ceremoniario seu alio socio paululum retro ad sinistram Subdiaconi. Bils. *lit. C. n. 196. §. 4.* Bauld. *part. 1. cap. 13. n. 17.* Utrum autem ascendere debeat ad angulum posteriorem Altaris, vel ad medium ejusdem Altaris, discrepant Rubricarum positores: primam sententiam tenent Bils. *suprà*, Castald. *lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 10.* secundam verò amplectitur Corset. *tratt. 1. part. 1. cap. 2. num. 10. in additionibus.* ad à Portu *suprà* n. 11, adhæret Auctoritas primæ sententiæ: quia, si Subdiaconus ad medium Altaris conisteret, Celebrans cum tabili suo incommodo se convertere debet, unde multò minus ob eandem rationem Subdiaconus se sistere deberet post Celebrantem. Ascendere itaque debet super anteriorem gradum Altaris, id est super superneum, sed in angulo à latere Epistolæ, per alium commodiorem gradum; Bauld. *part. 3. sup. num. 12.* ibique genuflectit utroque genu (cui Celebrans aliquantulum se convertit per latus suum dexterum; Bils. *suprà*) & sic genuflexus, librum, quem claudit ambabus manibus tenet, deflectit aliquantulum versus Celebrantem, qui super

brum ponit manum dexteram, quam Subdiaconus in parte exteriori osculatur. *Rub. supra*, necnon Castald. lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 10. Lohner part. 2. tit. 13. de Ritu Sollemni num. 2. Bauldry part. 1. cap. 13. supra, & Bissus lit. S. num. 196. §. 4.

XIX. Gavant. pag. 98. col. 2. lit. a *Ab eo benedicitur.*) Deinde Celebrans adhuc aliquantulum conversus ac Subdiaconum gemmum, & caput inclinans, eandem, manu dextera jam deosculata, benedicit signum Crucis formando, nihil dicendo, reclusa sinistra manu super Altare. Bissus, Bauldry, & Castaldus supra. Interim Diaconus, qui, dum cantabatur Epistola, stabat à dexteris Celebrantis, debet aliquantulum recedere; ut cedat locum tam Subdiacono, quam Ceremoniario, sive Acolytho, qui am-

bo debent utrumque genu flectere. Castaldus, & Bissus supra, Bauldry part. 1. cap. 2. art. 1. num. 25. & part. 3. supra. Tum Subdiaconus idem tradit librum primo, vel secundo Ceremoniario, vel iis ambobus absentibus Acolytho, qui illum deponit super eandem. Bauldry part. 3. supra n. 13. & part. 1. cap. 1. n. 26. & cap. 13. supra n. 18.

XX. Gavant pag. 98. col. 2. lit. b *His Missis non congruunt Sollemnitates.*) In Missis Defunctorum Subdiaconus non osculatur manum Celebrantis post Epistolam, ut declarat Rubrica n. 4. p. 97. neque prefatus Celebrans ei Benedictionem impertitur: quia hæc indicant Sollemnitatem, quæ, ut notat Gavantus hic cum Durando, Missis Defunctorum non convenit. Bissus supra §. 5. & Lohner part. 2. tit. 13. de Ritu Sollemni n. 2.

GAVANTUS

in Editione nova auctor repertus,

Inferenda sunt sequentia post §. Quaritur &c. in fine lit. i. pag. 99. col. 2.

Quod autem hic dicitur de Evangelio coram Pralato, ut in Ceremoniali, intellige, ut alias, de Episcoporum Ceremoniali, in quo duo va de notanda reperiuntur circa hunc casum, lib. 1. cap. 23. Alterum est, quod Episcopus in sua residentia paratus pluviali incensatur post osculum Evangelii, & nemo alius si vero interstet Missa in cappa, neque ipse incensatur, licet osculetur librum, neque Celebrans ibi jubetur incensari. Alterum est, quod Legatus, vel alius Cardinalis, in suo habitu, post osculum Evangelii thurificatur etiam coram Episcopo loci, ob dignitatem Cardinalitatis: quare sicuti contingit aliquando, neminem osculari Evangelium, si v. g. intersint plures aequales Prælatis ex eodem Ceremoniali lib. 1. cap. 30. ita non incongruit omitti omnem incensationem post Evangelium, Celebrantis quidem, ob presentiam Episcopi & hujus, quia non est pluviali indutus.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à fine Epistolæ, usque ad finem Evangelii, & principium Symboli, si dicendum sit,

XXI. Rubr. n. 5. pag. 98. *Poste à idem Subdiaconus accipit Missale Celebrantis.*) Subdiaconus statim ac osculatus fuit manum Celebrantis, & tradidit librum Epistolarum Ceremoniario, vel alicui Acolytho, ut supra adnotavimus, accipit Missale à Diacono cum cufino, & illud defert ad cornu Evangelii super Gavant. Rubr. Miss.

Altare; Castaldus in suo Cerem. pag. 40. Bissus supra §. 6. & advertat, ne transeat per gradus Altaris, sed per planum Presbyterii, facta in medio super infimum Altaris gradum genuflexione unico genu; & ita locat librum, ut pars ejus posterior Altaris cornu respiciat, non verò parietem; Bauldry part. 3. supra.

K k

3. supra

3. *suprà*, Bissus tom. 2. lit. S. n. 20. §. 29. & à Portu *suprà* n. 2. ibique stans, in cornu scilicet Evangelii in secundo, vel aliquo commodiori gradu, expectat Celebrantem, qui in medio Altaris, dicto submissa voce *Munda cor meum*, & *Iube Domine*, prout in Missa Privata adnotatum est, accedit ad cornu Evangelii, ubi legit privatim Evangelium; eique Subdiaconus ad sinistram assistat; Lohner *part. 3. suprà*, Bauldry *part. 1. suprà* & Bissus *suprà*, sustentando librum manu sinistra; dextera verò vertendo folia, si opus sit, conformando se Celebranti in formando sibi signo Crucis in fronte, ore, & pectore, capitique inclinatione, etiam genuflectendo ad quæ genuflectit Celebrans, & respondendo in principio: *Et cum spiritu tuo; Gloria tibi Domine*; in fine verò *Laus tibi Christe*. Bissus *suprà* loc. cit. & n. 196. §. 6. Lohner *part. 3. tit. 3. n. 6.*

Diximus Subdiaconum debere deferre Missale Celebrantis: verum an in Ecclesiis, in quibus non est cantus sollempnis, neque mora inter Graduale, & Evangelium interponitur, Celebrantis Missale transferendum sit per Acolythum, ut, dum Epistola cantatur, legatur à Celebrante Evangelium cum Diaconi assistentia, non conveniunt Doctores. Affirmant Castald. *suprà*, & Corsett. *trad. 1. part. 1. cap. 3. n. 12.* negat verò Bauld. *part. 1. cap. 13. sup. n. 19.* sicut etiam à Portu, ea ratione ductus, quia in cornu Epistolæ Celebrans Subdiaconum benedicere debet statim post cantatam ab eo Epistolam.

XXII. Rubr. n. 5. pag. 98. *Leſto Evangelio, quod in fine non osculatur.* Celebrans autem lecto Evangelio non osculatur librum, nec dicit *Per Evangelica dicta*: hoc namque facit, postquam Evangelium à Diacono decantatum fuerit; & ideo lecto Evangelio Celebrans se recipit fere ad medium Altaris; ita ut sit inter cornu Evangelii, & medium Altaris, facie ad ipsum Altare versa; & ibi stat quousque sit tempus benedicendæ incensum, & Diaconum; Biss. *lit. S. n. 196. §. 7.*

Castald. *lib. 2. sup. Bauld. part. 3. suprà* n. 14. nisi forte propter *Sequentiam* Celebrans sedeat; in quo casu circa sequentiæ loco redit ad prædictum locum, ut ibi thurib. Diaconum benedicat, Biss. *sup. §. 8.* & Vitor *part. 4. tit. 2. de Missa Sollem. in ubi §. 33.* Subdiaconus verò, cum Celebrans nieri Evangelium, collocat Missale pro medium Altaris; ut præfatus Celebrans tempore possit è medio Altaris commode gere in Missali Offertorium, & alia, quæ genda sunt; & facta ibidem genuflectens descendit in planum Cappellæ inter cornu Evangelii, & medium Altaris, facie ad ipsum Altare versa. Biss. *sup. Bauld. part. 1. tit. 1. art. 1. n. 20.* & *part. 3. sup. num. 15.* Lohner *part. 3. tit. 3. n. 8.* & Benven. *de Missa lem. §. Evangelio.*

XXIII. Gavant. pag. 98. col. 1. lin. 1. *lato per Diaconum librum.* Dum Celebrans cipit legere Evangelium, Diaconus, qui huc est in cornu Epistolæ, accipit de manu Ceremoniarum, vel eo absente, de manu cuius Acolythi librum Evangeliorum commendo, quo Subdiaconus accipit, ut *suprà*, ut pe Ceremoniarum, vel alius loco ipsius, accipit de credentia librum Evangeliorum, ut pars, quæ aperitur, sit versus partem alteram prædicti Ceremoniarum; Venantius *Praxi Ceremoniarum tit. 6. cap. 3. num. 7. 8.* ambabus manibus per ejus latera, & devotum tradit Diacono stanti adhuc in cornu Epistolæ, ut *suprà*; qui ambabus manibus illum accipit, versa sibi invicem facie osculo, & mutuo sibi mediocriter inclinantes: Diaconus sic tenens librum portat devotum ante pectus, tenens eum per incensorem partem, ipsi libro suppositis ambabus manibus; ita ut pars, quæ aperitur, sit versus partem suam sinistram. Venantius *Prax. Sac. Cerem. tit. 4. cap. 3. n. 12.* Bauldry *part. 1. cap. 12. art. 1. num. 26.* Tunc solus procedens à cornu Epistolæ, in partem erat sine comite (comes enim datur Ministris, quando vadunt ad aliquid cantandum).

aut quando exeundum est à Presbyterio, ut advertit Gavant. *hic*; & nunc est, quòd Subdiacono pro cantanda Epistola datur comes, quia statim eam cantare debet) procedens, ad Altare per planum Presbyterii, & non per gradus, usque ad locum, ubi Celebrans facit Confessionem, & super infimum Altaris gradum in medio, sine mora genuflectit Cruci; & facta genuflexione ascendit ad Altare, & in medio illius ponit librum Evangeliorum jacentem, & clausum; ita ut pars, quæ aperitur, respiciat cornu Evangelii; juxta sententiam Bauld. *part. 1. suprà*; ibique in medio præfatus Diaconus stans manibus junctis ante pectus, paululum versis cornu Epistolæ, Celebrantem expectat, si nondum Evangelium legerit. Ita Nicolaus de Bralton, & Venantius *tit. 4. cap. 3. num. 12.*

XXIV. Gavant. pag. 98. col. 1. lit. d *Imponit incensum eo prorsus modo, &c.*) Dum Celebrans incipit legere Evangelium, vel citius, si opus est, Thuriferarius parat ignem in thuribulo, & tempestivè, nempe quando Graduale cantabitur, vel primum Alleluja Paschali tempore, seu etiam initio Tractus post Septuagesimam, aut versis finem Sequentiæ, quando dicitur, parabit thuribulum; & deductus per Ceremoniarium, si adest, ad Altare, ascendit præfatus Thuriferarius per gradus laterales Epistolæ ferè ad medium Altaris ad suppedaneum; Lohner *part. 3. tit. 5. n. 7. Bauld. part. 3. sup. n. 17.* & alibi; ibique facta genuflexione, deinde erectus, & stans à dexteris Diaconi ante Celebrantem, naviculam, quam in manu dextera tenet, tradit Diacono; deinde ministrat thuribulum Celebranti, eo modo, quo fecit in prima Altaris incensatione ante Introitum, de qua *suprà*. Tunc Diaconus stans à dexteris Celebrantis, habens naviculam in manibus semiapertam, & versis Celebrantem inclinatus, dicit de more: *Benedicite Patres reverende*: accepto tamen prius manu dextera de navicula cochleari per manubrium

prope vas ipsius inter pollicem, & indicem, & alios digitos dexterae manus, ut vas sit propius ad manum, illud ei porrigit cum osculis ipsius cochlearis, & manus Celebrantis in parte exteriori; de quo Ritu nos *suprà*. Bauld. *part. 1. c. 12. art. 1. n. 14.* Imposito autem, & benedicto incenso eo prorsus modo, quo in principio Missæ dictum est, Thuriferarius, recepta navicula à Diacono (stante interim Subdiacono in suo loco, ut dictum est) & facta genuflexione in gradu, cum Ceremoniarium in suo loco ubi est, uterque descendit per gradus laterales Epistolæ, redeundo postea ad suum locum prope credentiam. Lohner *part. 3. tit. 5. n. 3. Bauld. part. 3. sup. n. 17. Benven. sup. §. Imposito.*

XXV. Gavant. pag. 98. col. 1. lit. e *Super primo Altaris gradu, &c.*) Diaconus verò reddita navicula Thuriferario, vel Naviculario si adesset, descendens ad secundum gradum, genuflectit utroque genu super suppedaneum, manibus junctis; inclinatus (inclinacione profunda) voce submissa dicit: *Munda cor meum, &c.*) Castald. *lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 11. Bifs. lit. D. n. 22. §. 12. Bauld. part. 1. cap. 12. art. 1. num. 28.*

XXVI. Gavant. pag. 98. col. 2. lit. f *Accipiens librum Evangeliorum.*) Dicto *Munda cor meum*, surgit Diaconus, & ambabus manibus accipit reverenter librum Evangeliorum de Altari, ad ejus medium accedens. Bauld. *part. 1. suprà*, & Bifs. *suprà*.

XXVII. Gavant. pag. 99. col. 1. lit. g *Petit Benedictionem; dicat Diaconus, &c.*) Deinde Diaconus iterum genuflectit utroque genu super altiorem gradum, seu suppedaneum, in medio versis Celebrantem, stantem, ubi erat prius, id est inter cornu Evangelii, & medium Altaris, Bifs. *suprà* §. 12. & non omnino conversum ad Diaconum, ne terga vertat Cruci; petit ab eo Diaconus inclinatus, & manibus junctis ante pectus, submissa, sed intelligibili voce Benedictionem, dicens *Sube Domne* (non Domine) *b. n. d. cere;* Gavantus, Bifs. Bauld. *part. 1. suprà*; Diaconus,

nus, inquam, debet dicere *Jube Domine*, quia alloquitur ipsum Celebrantem, non verò Deum, sicuti alloquitur Sacerdos, qui ideò debet dicere *Jube Domine*, non verò *Domine*: ut diximus, cum de Missa Privata. Postquam Diaconus petiit Benedictionem, Celebrans manibus junctis subjungit *Dominus sit in corde tuo, &c.* Lohner part. 2. tit. 15. de Ritu sollemp. n. 2. Bauld. part. 3. sup. & Bils. sup. & cum dicit *In nomine Patris*, in fine ipse subdens *amen*, benedicit eum dextera; sinistra infra pectus posita, extenditque manum dexteram; quam postea positam super librum (quem Diaconus elevat aliquantulum, & versus eum deflectit) tradit ipsi osculandam in exteriori parte. Bauld. part. 3. supra, Bils. Lohner, & Gavant. sup. necnon Castald. lib. 2. sect. 9. n. 16. Celebrans data Benedictione Diacono, statim facta Cruci, & Tabernaculo debita inclinatione, se retrahit ad cornu Epistolæ, ibique stat junctis manibus versus Altare, quousque Diaconus incipiat *Dominus vobiscum*; quo prolato à Diacono, tunc solum Celebrans vertit se ad ipsum Diaconum, non totaliter vertens renes Altari, sed versus renibus quasi ad cornu Epistolæ; sic enim verè est conversus ad Diaconum; & ita conversus stat manibus junctis ante pectus, quousque osculatus fuerit Evangelium, & fuerit à Diacono incensatus. Bilsus lit. C. n. 197. §. 25. & Bauld. part. 3. sup. Ut præfata omnia rectè, & rite peragantur, Chorus ita dimetiatur suum cantum; ut Diaconus omnia suo tempore peragere possit, & non sileat, nisi quando ipse Diaconus pervenerit ad locum Evangelii. Vinitor part. 4. tit. 2. in adnot. §. 25. Dum Celebrans benedicit Diaconum, vel paulò tardiùs, Ceremoniaris deducit Ceroferarios candelabra deferentes, & sequentes Thuriferarium, qui præcedere debet; deducet, inquam, per planum ante Altare. Bauld. part. 1. cap. 1. art. 1. num. 27. & cap. 14. art. 3. num. 6. & part. 3. supra num. 19.

XXVIII. Gavant. pag. 99. col. 1. lit. h

Osculata illius manu, nimirum dextera.) Diaconus accepta Benedictione, & osculatus non Celebrantis, surgit, & descendit in planum Presbyterii; ubi tenens librum Evangeliorum ambabus manibus clausum, juxta Missalis Rubricas, supra pectus; sed ut præcibit Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 44. ante pectus; stat versa facie ad Altare, habens Subdiaconum à sinistris, secundo Ceremoniarario stante à sinistris Subdiaconi; Thuriferario verò à tergo Diaconi, cum thuribulo fumigante, Bilsus lit. 7. n. 44. §. 3. Bauldry part. 3. supra n. 19. medio inter duos Ceroferarios stantes pariter à tergo Diaconi, habentes candelabra, cum cereis accensis, & ita dispositi, omnes genuflectunt; Ceremoniarario Cleric. Regul. S. Pauli lib. 1. cap. 1. Bilsus lit. D. n. 123. §. 14. & Bauldry part. 3. supra; Ministri quidem Sacri super inferiorem gradum Altaris; Acolythi verò in plano Cappellæ; Bauldry part. 1. cap. 14. art. 3. num. 6. quando, eodem scilicet tempore, omnes genuflectunt Ministri Sacri; ne cogantur genuflectere, nempe quando accedunt ad locum, & postea quando recedunt; Castaldus lib. 2. sect. 4. cap. 4. n. 4. Lohner part. 3. tit. 7. n. 4. Bauldry part. 3. supra n. 19. & part. 1. cap. 14. art. 3. n. 6. postea surgunt, & procedunt ad locum, ubi cantandum est Evangelium.

XXIX. Gavant. pag. 99. col. 1. lit. i. Procedentibus Thuriferario, &c.) Procedunt, inquam, servato hoc ordine, videlicet: præcedit, si adest secundus Ceremoniaris; primus quippe, si adest, remanere debet à sinistris Celebrantis; à Portu supra n. 11. postea sequitur Thuriferarius habens candelabulum in dextera manu; deinde Ceroferarii ambo simul cum candelabris; sequitur deinde Diaconus portans librum Evangeliorum clausum ante pectus ut supra, habens à sinistris Subdiaconum tenentem manus pectus. Lohner part. 3. tit. 2. n. 11. & tit. 3. n. 1. Bauldry part. 3. supra, & part. 1. cap. 14. art. 3. n. 6.

num. 28. Castald. lib. 1. sed. 7. n. 12. & Bissus
lit. D. sup. Si vero esset angustia situs, ita
ut non possent hoc ordine procedere; tunc
Ceroferarii procedunt unus post aliam, &
Subdiaconus ante Diaconum. Si cantatur
sequentia, supradicta fiunt circa finem illius;
ita tamen tempestive, ut finito cantu in Cho-
ro, Diaconus sit paratus ad cantandum Ev-
angelium sine mora. Bauldry part. 3. supra
n. 20.

De Processione, quae antiquitus fiebat ad
Evangelium cantandum, & de usu Crucis,
& pulvinaris, praeter thuris, & cereorum
ulum ad praedictam Evangelii lectionem,
erudite tractant Antonius Bellotte, in suis
obsev. pag. 421. Jacobus Eveillon in suo li-
bro de Processionibus Eccles. ca. 6. necnon
recentissimè Josephus Catalani in suo erudi-
to opere de Codice S. Evangelii, &c. lib. 2.
cap. 13. qui evolvi poterunt ab iis, qui pia
suae curiositati satisfacere desiderant.

XXX. Gavant. pag. 99. col. 2. lit. m. Cen-
tra altare versus populum.) Agit pariter Ga-
vantis hic de loco, in quo antiquitus lege-
batur Evangelium; de quo pariter multa à
nobis essent addenda, quae brevitatis studio
omittuntur; & videri possunt apud Auctores
supra allegatos, quibus addi potest Claudius
de Vertum. 3. Rub. 45. & seqq. Reallimen-
do igitur nostrum sermonem spectantem ad
proxim hodiernorum Rituum. Cum praefati
Ministri pervenerint ad locum Evangelii;
Subdiaconus medius inter duos Ceroferarios,
terga vertat ad eam partem, quae pro Aquil-
one figuratur: Bauldry part. 3. supra, & part.
1. cap. 13. art. 1. n. 21. & Bissus supra §. 15.
Diaconus verò stans versa facie ad Subdiaco-
num, librum Evangeliorum apertum, eidem
Subdiacono tradit, qui eum sustinet amba-
bus manibus elevatum ante pectus, & oculos
suos; ita ut Diaconus in eo commodè legere
possit, & oculi Subdiaconi impediatur à li-
bro, ne videant Diaconum: Bauldry part. 1.
& 3. supra, Benvenuti supra §. 12. dispositis:
nunquam Subdiaconus ibi se inclinat, nec ge-

nuslectit, nec se signat, cum immobile legi
le repraesentet; Cabrinus cap. 3. n. 17. Ga-
vantis pag. 100. lit. o. Castald. lib. 1. sed. 7.
cap. 1. num. 12. Lohner part. 3. tit. 3. n. 8.
Bauld. part. 1. cap. 13. supra. Primus Cero-
ferarius locum occupabit à dexteris Subdia-
coni, & alter à sinistris ejusdem, stantes am-
bo facie ad Diaconum conversa. Bauld. part.
1. c. 14. art. 3. n. 6. & part. 3. supra, & ver-
tentés renes ad eam partem, quae pro Aquil-
one figuratur, quemadmodum verit Sub-
diaconus, Bauldry part. 3. supra, nullo modo se
inclinantes, aut genuflectentes, aut se signan-
tes, cum repraesentent candelabra immobi-
lia. Cerem. Epil. lib. 2. cap. 8. §. 46. Bauld.
part. 1. cap. 14. supra. Gavant. supradicta lit.
o. & Nicolaus de Bralione supra. n. 8. necnon
Lohner part. 3. tit. 7.

Thuriferarius verò, si ipse immediatè Dia-
cono thuribulum ministrat, stat aliquantulum
post Diaconum à dexteris, & secundus Cere-
moniarius à sinistris Thuriferarii; ibique mo-
net Diaconum, quando inclinandum sit, aut
genuflectendum, & se signat cum eo in fron-
te, ore, & pectore. Bauld. part. 1. cap. 1. art.
1. num. 28. & cap. 5. n. 7. & Bissus supra. Si
verò praedictum munus exerceatur à supradic-
to Ceremoniario, hic stabit à dexteris Dia-
coni; & Thuriferarius cum thuribulo, quod
leviter ducit semiapertum, stabit post Dia-
conum à sinistris Ceremoniarii. Bauldry supra
cap. 15. Biss. supra, & Lohner. part. 3. tit. 6.
num. 3.

XXXI. Rubr. n. 5. pag. 98. Dicit Domi-
nus vobiscum jurissis manibus.) Omnibus ut su-
pra dispositis, Diaconus, junctis manibus an-
te pectus, cantat voce sonora Dominus vobis-
cum: postea dicit, Initium, vel Sequentia S.
Evangelii, prout convenit; superius Rubricis
& responsio à Choro, Et cum spiritu tuo, si-
gnat textum, seu librum in principio Evange-
lii currentis pollice dextero, reliqua manu ex-
tensa, & digitis simul junctis, & extensis, si-
nistra super librum Evangeliorum posita:
Lohner part. 3. tit. 2. n. 11. Bauld. part. 1. cap.
12. art.



12. art. 5. n. 37. & Nicolaus de Bralio *suprà*: deinde se ipsum eodem pollice signat in fronte, ore, & pectore, sinistra infra pectus posita; Bauldry, Bralio, Lohner *suprà*; advertens ne signet os suum, dum verba profert; Bauldry *part. 1. suprà*, & à Portu *suprà* n. 17. quod facillè evitabit, si, postquam signaverit frontem dicendo *S. Evangelii*, paulatim tantisper, & interim signet os, & deinde signet pectus, dicendo *Secundum*, &c.) Bauldry *part. 1. cap. 12. art. 1. n. 31.* à Portu *suprà*: Celebrans autem, & omnes alii se signant eodem modo, exceptis Subdiacono, Ceroferariis, & Thuriferario, cum sint occupati, & impediti. Bauld. *part. 3. cap. 11. art. 6. n. 1.* & Benven *suprà* §. *Finis cantu.* Si genuflectendum sit, solus Diaconus genuflectit versus librum; reliqui, qui debent genuflectere, hoc faciunt versus Altare: Lohner *part. 2. tit. 4. n. 8.* & Bauld. *part. 3. art. 6. n. 3.* etiam Thuriferarius, cum proferuntur verba, ad quæ genuflectendum est, cum aliis genuflectit, facie ad Altare versa. Vinitor *part. 4. tit. 24. n. 9.*

Postea, cum à Choro respondetur *Gloria tibi Domine*, Diaconus accipit thuribulum à Thuriferario (vel ab aliquo Ceremoniario, juxta diversitatem consuetudinum in Ecclesiis) aliquantulum ad ipsum Thuriferarium, vel Ceremoniarium conversus, ita ut nullas terga vertat Cruci Altaris: qui autem Diacono thuribulum tradit, ipsum clausum porrigere, sicut etiam illud tenere debet per manubrium in dextera; vasculum verò per catenulas in sinistra, dum illud Diacono tradit; Castaldus *lib. 1. sect. 4.* Bauldry *part. 1. cap. 12. suprà* num. 7. à Portu n. 18. neque thuribulum, neque manus Diaconi osculatur. Bauld. *part. 3. suprà* not. 6. n. 1. & Bissus *lit. D. num. 123. §. 17.*

XXXII. Gavant. pag. 99. col. 2. lit. n. *Ter librum incensat, intellige à dexteris.*) Diaconus accepto thuribulo incensat librum Evangeliorum triplici ductu, semel scilicet in medio, postmodum in dextera libri, quæ est pars illius nobilior, quæque correspondet sinistræ Dia-

coni; tandem in sinistra libri, quæ correspondet Diaconi dextera; Gavantus hic, Castaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 5. n. 12.* Bissus *suprà*, & alii communiter; facta tamen ante, & post incensationem, debita inclinatione ipsi libro, propter reverentiam Sacri textus, in eo continenti incenset autem Diaconus præfatum librum tali tempestiva moderatione; ut finita sit incensatio, statim postquam à Choro fuerit sponsum *Gloria tibi Domine*, ad quod etiam Chorus attendere debet, ut tardius propterea prædicta verba decantet. Bauld. *part. 1. §. 1.* Bissus, & à Portu *suprà* n. 18. Incensato libro, Diaconus reddit thuribulum Ministro, qui stare debet post Diaconum ad sinistram eisdem; ut voluit Gavantus pag. 100. lit. a. Dum cantatur *Evangelium*, Corlett, *trad. 1. part. 1. cap. 11. n. 16.* & Venant. *tit. 8. cap. 1. n. 8.* vel potius prædictus Minister stet post Diaconum versus partem ejusdem dexteram, aliquantulum agitans thuribulum, ejusdem que elevans operculum; ne, dum cantatur *Evangelium*, ignis extingatur, cum inferri debeat post *Evangelium* ad incensandum *Oratoriam*. Biss. *tom. 2. lit. T. n. 49. §. 4.* Castald. *lib. 1. sect. 7. cap. 5. n. 12.* Bauld. *part. 1. §. 3. suprà*, Lohner *part. 3. tit. 2. num. 11.* igitur ipsemet Thuriferarius dedit thuribulum Diacono, ante incensationem, ipse illud recipere debet (semper tamen sine obliquo); Castald. *lib. 1. sect. 4. n. 10.* quod quidem convenientius est; & tunc stabit post Diaconum, ut *suprà*, versus dexteram ipsius; à sinistris ejusdem Thuriferarii post Diaconum stabit Ceremoniarius. Si verò Diaconus thuribulum à Ceremoniario acceperit; tunc eisdem Ceremoniario ipsum reddet, & hæc doctrinam illud tradit Thuriferario; & in tali casu Ceremoniarius stare debet à dexteris, aliquantulum post Diaconum; & Thuriferarius proter se sistit post Diaconum à sinistris Ceremoniarii, ut diximus *suprà*. Bauld. *part. 3. art. 6. n. 2.* & Biss. *suprà*. Diaconus reddidit thuribulo, ut *suprà*, prosequitur manibus junctis *Evangelium* cantare. Bauldry *part. 1. §. 1.*

1. sup. cap. 12. Castaldus lib. 1. sect. 7. supra,
& Billus supra §. 18.

Cum Diaconus incipit cantare *Dominus vocavit me*, & Celebrans confert se ad cornu Epistolæ, ut supra adnotatum est, primus Ceremoniaris, si adsit, ut assistat Celebranti, ascendit ad secundum gradum Altaris in cornu Epistolæ aliquantulum post Celebrantem, huiusque se conformat, caput inclinando, se signando, &c. à Portu sup. n. 20.

XXXIII. Rubr. n. 5. pag. 98. Et cum nominatur *Iesus*, caput inclinat. Diaconus ad verba *Iesus*, vel *Maria*, vel *Sancti*, de quo celebratur Missa, aut facta fuerit Commemoratio, inclinat caput (quod semper facit) versus librum; sicut etiam inclinare debent caput Celebrans, Ceremoniaris, & omnes de Choro (exceptis Subdiacono, Ceroferariis, quia isti stant ad modum legis, & candelaborum, ut diximus supra) sed profundius versus Crucem ad nomen *Iesus*; ad alia nomina versus librum. Ceremoniale Episc. lib. 2. cap. 8. §. 46. de Bralion supra n. 8. Bauld. part. 3. sup. & part. 1. cap. 12. sup.

XXXIV. Rubr. n. 5. pag. 98. Finito Evangelio, indicat Evangelii principium Subdiacono: Bauld. part. 1. cap. 12. art. 1. n. 32. (qui propterea demittit aliquantulum librum, ut possit initium eiusdem sibi demonstratum videre) quod si principium fuerit in pagina precedente, Diaconus volvere debet folium; Hippolytus à Portu part. 2. de *Missa Solem.* tit. 6. rub. 5. in adnot. num. 23. Corfett. tract. 1. part. 1. cap. 4. num. 7. Bauld. part. 1. cap. 12. art. 1. num. 32. & statim se retrahit, aliquantulum faciem quasi versus Altare convertens, ne Subdiaconum transeuntem cum libro Evangeliorum impediatur; Bauld. supra & part. 3. supra num. 6. Subdiaconus autem subito recta via per gradus anteriores Altaris, Turrin. part. 2. sect. 3. cap. 2. §. Cum pervenerit, defert librum Evangeliorum apertum (in folio, in quo incipit Evangelium,) elevatum ab oculis, solus, modeste, nulla facta reve-

rentia Celebranti in accessu, aut genuflexione, nec Altari, neque Sanctissimo Sacramento, etiam exposito, ob reverentiam Sacri Evangelii. Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 46. Arnaud. part. 2. tit. 6. num. 16. Gavant. infra lit. p. Corfett. tract. 1. part. 1. cap. 3. n. 13. Lohner part. 3. tit. 3. n. 8. Bauld. part. 3. sup. art. 6. n. 4.

Cum pervenerit ad Celebrantem, indice dexteræ manus, si commodè potest, initium Evangelii ei monstrat, eique osculandum offert. Castaldus lib. 1. supra; Lohner supra, Bauldry part. 1. cap. 13. art. 1. n. 22.

XXXV. Rubr. n. 5. p. 98. & Gav. pag. 100. col. 1. lit. o *Osculatur librum.* Celebrans ambabus manibus librum à Subdiacono delatum pro deoscultatione, sibi appropinquat, quia ita aptius fit deoscultatio: non tamen Subdiaconus definit eum tenere in medio; sed Celebrans partem inferiorem accipiens, sibi metipsum illum appropinquare potest, ut osculetur Evangelium; et si, ut præscribit Rubrica, illud deosculatur aliquantulum inclinatus; sed non signabitur dicet tamen per *Evangelica dicta*, &c. prout solet dicere in Missa Privata, quando osculatur Evangelium Arnaud. tract. 1. part. 2. tit. 6. n. 16. ex Rubrica Missalis.

XXXVI. Gavant. pag. 100. col. 2. lit. p *Deinde clauso libro.* Osculato per Celebrantem Evangelio, Subdiaconus claudit librum, & paululum retrocedens, Celebranti se profundè inclinat; Castald. lib. 1. sect. 7. cap. 5. n. 13. Bauld. part. 1. & part. 3. sup. art. 6. n. 4. Turrin. sup. Bifs. lit. S. n. 196. §. 10. & Gavant. hoc loco; ibique facit Cruci genuflexionem juxta sententiam Lohner, & Hippolyti à Portu supra: non enim debet genuflectere in plano Cappellæ, ut sustinent Bauld. part. 1. cap. 13. num. 22. & Turrin. supra: quia in aliis casibus, quando ab Altari recedit, antequàm ab eodem recedat, genuflectit; non autem postquam in terram confistit, ad quem ivit: & hoc videntur innuere etiam Gavantus noster, necnon Arnaud. & Billus

Bisus *suprà*, dicentes: *Facit utrique reverentiam*: scilicet Celebranti, & Altari. Post dictam genuflexionem descendit idem Subdiaconus in planum; & quidem non per medium, ut sustinent Corlettus, Castaldus *suprà*, sed à latere Epistolæ; ut tenent Lohner *part. 3. tit. 3. suprà*, Bisius, & à Portu *suprà*, & quia debet descendere per viam breviorē ad planum; & quia, si descenderet per medium, occurreret ante Diaconum supervenientem, ut Celebrantem incenset. Postquam igitur pervenit in dictum locum, à latere Epistolæ, ibi consistit, & tradit librum secundo Ceremoniario, vel alicui Acolycho, qui deferat illum ad credentiam, reverſurus deinde ad locum suum. Lohner *part. 3. tit. 3. num. 8*. Castaldus, Bisius, & Turrinus *suprà* §. *Facta genuflexione*. Dum Subdiaconus pergit ad Celebrantem, sequitur secundus Ceremoniarius, si adest, qui procedit ad medium Altaris: tum Thuriferarius medius inter Ceroferarios, ibique expectans Diaconum, qui omnium postremus, manibus junctis ante pectus, accedet ad ipsam omnino medium Altaris per planum Presbyterii, & stans in medio plani, habens quasi à dexteris Thuriferarium, à dexteris Thuriferarii primum Ceroferarium, & quasi à sinistris secundum Ceroferarium; & statim omnes genuflectunt (excepto Subdiacono, quia jam fecit genuflexionem, ut *suprà* dictum est) Diaconus super infimum gradum Altaris, reliqui verò in plano: Bauldry *part. 1. cap. 12. art. 1. n. 32. & cap. 14. art. 3. n. 6*. Benvenuti *suprà* §. *Expleto*: deinde omnes surgunt; & Ceremoniarius, cum non habeat locum determinatum, in hoc casu stabit à dexteris primi Ceroferarii, præsertim si ipsemet accipere debeat librum Evangeliorum à Subdiacono, qui, ut *suprà* adnotavimus, post factam genuflexionem, descendere debet in planum à latere Epistolæ, ibique consistere. Si verò præfatus Ceremoniarius velit porrigere thuribulum Diacono, ut insinuant Nicolaus de Bralio *suprà* num. 12. & Bauldry

part. 1. cap. 1. art. 1. num. 29. tunc sibi quasi à dexteris ejusdem Diaconi, & Thuriferarius sibi se à sinistris Ceremoniarii, quantum post eum. Ceroferarii vero cetera, ut diximus, genuflexione Altari, & mora, redeunt per planum ad credentiam, ibique deponunt candelabra sua, ac in loco suo consistunt: Bauldry *part. 3. supra* num. 5. Simon Buongiovanni in *Silva Sacra Cerem. lib. 3. cap. 9. & Corlett. trail. 1. part. 1. cap. 2. num. 9.* & hæc est praxis omnium Cathedralium; qui quidem Ritus reverſus consonat antiquæ Ecclesiæ Disciplinæ; & reverſus est apud Catalanum in suo codice sancti Evangelii.

XXXVII. Gav. pag. 100. col. 2. *Di-conus in plano medio, &c.* Diaconus stans in medio, ubi est, accipiens thuribulum à Thuriferario erecto, & porrigente illud sine osculis; ut docent Castaldus *1. scil. 4. cap. 6. num. 10.* Bauldry *part. 1. cap. 12. & cap. 15. art. 3.* Bisius *suprà* Ceremoniario, ut docet de Bralio *suprà* 12.) ad Celebrantem conversus, & cum exhibita inclinatione, id est profunda, ante post exhibita, Bauldry *part. 3. supra*, & Bisius *suprà*, triplici ducta eundem Celebrantem incensat, etiam fumo deficiente; enim ponendum est thus in thuribulum incensando Celebrante. Bisius *suprà*, à Portu *sup.* num. 24. Bauldry *part. 3. supra*, *Reven. sup. §. Expleto*. Huc spectat Decretum editum à S. R. C. sub die 4. Augusti 1661. in *Dalmatien*. & datum in nostro Indice *num. 410* in quo declaratum est, quod finito Evangelio Missæ Sollemnis, cui præſit Episcopus cum cappa, thurificandus est Celebrans, non verò Episcopus. Invenio Celebrante, Diaconus reddit thuribulum Thuriferario, vel Ceremoniario, si illud eodem accepit; & hic tunc tradit præfatum thuribulum Thuriferario; qui facta genuflexione Altari, illud in loco congruo ponit; ut possit illud resumere tempore

portino pro thurificatione oblatorum ut in-
fir: quod si non sit dicendum Symbolum,
tunc Thuriferarius non reponit thuribulum,
sed illud teneat prae manibus; in loco ab Al-

tari remoto, ubi leviter item thuribulum
agitat, ne ignis extinguatur pro incensatio-
ne mox facienda. Bauldry *part. 3. cap. 11. art.*
6. Biss. lit. T. n. 49. §. 5. Benven. supra.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à fine Evangelii, usque ad Offertorium.

XXXVIII. Gavant. post Rubr. n. 6. pag.
199. col. 1. lit. q. *Hoc loco concionandum est.*
Sinter Missarum sollemni concionandum
sit, habeatur concio statim post Evangelium,
& postquam incensatus fuerit Celebrans,
dommodo ipsa concio habeatur supra Evan-
gelium; nam alterius argumenti infra Mis-
sam fieri non debet: Nicolaus de Bral. *sup.*
n. 13. quod si fiat concio ab ipso Celebran-
te, ipse sedebit in cornu Evangelii super nu-
do scanno apud Altare ob reverentiam ipsius
Altaris, capite tamen tecto; neque decet se-
dere juxta ipsum Altare in alio scanno: Ga-
vant. & de Bralio *supra*: Diaconus verò, &
Subdiaconus in eodem latere, extra Altare
tamen, tectis capitibus super scannum, fa-
ciebus ad Altare conversis, Diaconus à dex-
teris, & Subdiaconus à sinistris sedebunt;
Castald. *lib. 1. sect. 2. cap. 6. num. 6.* vel sede-
re poterunt in scanno, ubi cum ipso Cele-
brante, dum cantabatur *Gloria in excelsis*,
sedebant, relicto tamen loco ipsius Celebran-
tis vacuo, juxta opinionem de Bralio *supra*.
Si verò Celebrans in pulpito prædicare velit,
ad illud sine casula ducetur à Ceremoniario;
& tunc Diaconus, & Subdiaconus sedebunt,
ubi commodius, secundum loci dispositionem
poterunt, de Bralio *supra*, & Biss. *lit. C. n.*
197. §. 28. Bauld. tamen *part. 1. cap. 10. n.*
8. ex Concil. Mediol. 6. docet, quod Præ-
positi, & alii Episcopo inferiores ad Altare
concionantes, stent, & aperto capite; vel ut
facilius audiantur, depolita planeta, & ma-
nipulo si velint, procedant ad pulpitum, &
finita concione ea resumant: in suggestu ve-
rò, capite tecto vel sedeat, quia celebrant,
GAVANT. Rubr. Miss.

vel stent prout maluerint: ad Altare autem
ad cornu Evangelii stent, Ministris stantibus
in plano, ad idem cornu aspicientibus; nec
candelæ Altaris extinguantur.

Si verò alius à Celebrante concionari de-
buerit, antequàm pulpitum ascendat, si sit
Clericus, superpelliceo indui debet; & cum
stola, si sit Sacerdos (extra Urbem tamen:
nam Romæ ob Papæ reverentiam, Concio-
nator non adhibet stolam super cottam, ut
advertit hic Gavant.) si verò Concionator sit
Regularis, remanet indutus solo habitu suo
regulari; si Canonicus, vel Dignitas, cum
cappa, vel almutia super rochetum; si ve-
rò sit Episcopus, & non sollemniter celebret,
habitu ordinario indutus, videlicet rochetto,
& mozzetta, addita stola; qui si sollemniter
celebret, Pontificalibus indumentis cum mi-
tra, prout in *Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8.* suum
munus exequitur: si verò Episcopus extra
suam Diocesim concionetur, non quidem
mozzettam, sed mantelletam habebit.

Si coram Cardinali, Legato Sedis Aposto-
licæ, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episco-
po in locis suæ jurisdictionis, concionari con-
tingat; tunc sermocinaturus cum debitis re-
verentiis, antequàm suggestum ascendat, si
sit Clericus, vel Regularis, genuflexus Be-
nedictionem petat, dicens: *In nomine be-
nedicere*: si verò sit Dignitas vel Canonicus
(nempe Ecclesiæ Cathedralis) profundè incli-
natus Benedictionem petat. *Cerem. Episc. lib.*
1. cap. 22.

Huc spectant aliqua Decreta à S. R. C.
emanata, nimirum -- Vicario Episcopi non

L 1 licet

licet dare Benedictionem Prædicatori, antequam pulpitum ascendat -- S. R. C. 17. Martii 1607. & datur in nostro Indice sub num. 52.

Episcopus, qui concionatur extra suam Diocesim, nullo modo ab Episcopo Ordinario, etiam si sit Cardinalis, Benedictionem petere debet; non enim decet, ob supremum ordinem, & Dignitatem Episcopalem. Ita declaravit S. R. C. 28. April. 1607. & datur in nostro Indice sub num. 56.

Postquam Concionator suggestum ascenderit, statim Cruci, vel Altari facit profundam inclinationem, vel genuflexionem, si sit SS. Sacramentum in eo: mox salutat Clerum, & Populum: tum tegit caput, & expectat tantisper: deinde caput detegens, manibus junctis, birretum tenens ante pectus, si eo utatur, oculisque ad Deum elevatis, signat se signo Crucis, dicens submissa voce: *In Nomine Patris, &c.* & in fine jungit manus dicens *Amen*; & statim ad Altare genuflexus, clara voce dicit salutationem Angelicam (non verò *Regina Cali*, etiam tempore Paschali. Ita Cerem. Episc. lib. 1. cap. 22. §. 3.) qua completa surgit, caput tegit, sermonem incipit, & prosequitur de more. In fine Populum benedicit, nisi sit præsens Episcopus loci, quia tunc à Benedictione abstinet. Quod si adsit aliquis Prælatus magnus, non tamen in loco suæ jurisdictionis, antequam aliis benedicat, eidem Prælato se profundè inclinabit; mox ex alia parte conversus benedicit Populo. Bauld. part. 1. art. 2. cap. 10. §. 6. & Castald. supra num. 4.

Dixi supra, Concionatorem, post factam Altari reverentiam, & genuflexionem, debere salutare Clerum, ac Populum: sed advertendum est, quod si adsint Prælati, ac Primates, vel magni Principes &c. ante Populi salutationem debet ipsis profundam facere inclinationem capite detecto, & observare in hac inclinatione sequentia Decreta à S. R. C. edita, nimirum:

Concionatores debent primùm Canonicos, quàm Magistratus salutare. S. R. C. 3. Octobris 1615. & datur in nostro Indice sub num. 148.

Concionator debet priùs salutare Canonicos, quàm Governatorem Civitatis; & datur in nostro Indice sub n. 499.

Quando in Missa Sollemni Concionator post salutationem Angelicam salutat Ministros Altaris, seu facit reverentiam; non incongruum, si Ministri Altaris, & ipse celebrans, correspondeant salutationi Concionatoris discooperiendo caput. S. R. C. 20. Julii 1686. & datur in nostro Indice sub n. 486.

Si Suffraganeus assistens concioni, sed in Presbyterio, Prædicatoris salutationi ei prædiri debet, distincta ab illa Canonici & Magistratus Secularis. Ita S. R. C. in Pterni 6. Septemb. 1698. & datur in Appendice nostri Indici.

Prætèrea Episcopo prædicanti in Ecclesia Cathedrali in ambone, ubi Prædicatores Ordinarii prædicare consueverunt sine ballachino, & in habitu mozzetta, & stola, debetur assistentia à Canonicis, & Dignitatibus; quæ assistentia solum debetur Episcopo prædicanti cum pluviali, & mitra, & præscriptam Ceremonialis Episc. S. R. C. 10. Decembris 1643. & datur in nostro Indice sub n. 286.

Lubet hic mentionem facere de ligno, quo septimento, quod in nostris Ecclesiis præfati nostri PP. inter viros & mulieres cogendum primi omnium, dum Sacra Conciones habentur, instituerunt, seu restaurarunt. Id verò (ut optime observavit Antonius Caracciolus in suis eruditissimis notis ad cap. 7. part. 1. nostrarum constitutionum) accepere ex antiquissimo Essentianensi Ritu, de quibus Philo de vita contemplativa ait: *Septimo die conveniunt, septo clauduntur duplici, separatis virorum, & mulierum partibus.* Et paulo inferius: *Medius autem partem*

à solo surgit tribus, quatuorve cubitis in modum
 toricula: superiora usque ad tectum patent: un-
 de gemina provenit commoditas, & quòd pudori
 famulici sexus consulitur; & quòd verba Docto-
 ris exaudiantur faciliè absque obstaculis, qua vo-
 cem intercipient. Clemens Romanus, sive
 alius Auctor constituit Apostolicarum, con-
 stit. 2. cap. 57. Apostolis tribuit hanc disci-
 plinam his verbis: *Horum cura, ut laici se-
 deant cum omni quiete, & ord'ne: mulieres quo-
 que separatim seideant;* quocirca miratur lau-
 datus Caracciolus, qua ratione Chryso-
 stomus dixerit, se à senioribus audivisse, hos pa-
 rietes non fuisse ab initio; nisi intelligat in
 Syria, aut Antiochia non fuisse. Verùm
 sola constitutionum Apostolicarum auctori-
 tate, originem hujus Ritus ab Apostolis re-
 petere non possumus; cum illæ constitutio-
 nes ab Auctore IV. Seculi scriptæ fuerint,
 et fert communior eruditorum Caracciolo pa-
 re non tantam admirationem Caracciolo pa-
 rere debuit sententia Chrysoptomi. Ligneos
 vero extitisse hos parietes sua ætate, idem
 Chrysoptomus tradit *homil. 74. in Matth.* his
 verbis: *Oportet interiore pariete viros à mulie-
 ribus separari: verùm, quoniam non vultis,
 necessariam esse; PP. nostri putaverunt saltem
 his ligneis parietibus vos separari.* Memine-
 runt ejusmodi sepimenti complures alii, ni-
 mirum Divus Gregorius Nazianzenus in ora-
 tione de Anast. D. Ambrosius ad Virg. *Lap.*
cap. 6. D. Augustinus de Civitate Dei *lib. 3.*
cap. 28. S. Cyrillus Hierosolymitanus in pra-
 f. ad *Catech. Ord. Rom. Hittorpsiana collect.*
 de *Officio Missæ*: quem quidem morem jam
 obsoletum PP. nostri ad Ecclesiæ decorem,
 honestatemque, ut dixi, revocarunt, & ad-
 huc ista pia disciplina observatur in nonnul-
 tis Ecclesiis, præsertim almæ Urbis, dum
 Sacri Oratores verba è suggestu faciunt.

Denique si fiat concio, quando SS. Sacra-
 mentum est super Altare expositum, sive
 sermo habeatur in pulpito, vel ante Altare
 in cornu Evangelii; semper tamen Concio-
 nator stabit capite detecto; non obstante

quacunque consuetudine; quam ab usum ef-
 se declaravit S. R. C. & ita ab omnibus, et-
 iam quavis speciali nota dignis, ubique Ter-
 rarum servari mandavit: & habetur hoc De-
 cretum in nostro Indice sub n. 253.

Alia spectantia ad Ritus antiquos Concio-
 natorum, videri poterunt apud Franciscum
 Bernardinum Ferrarium in suo erudito ope-
 re de *Ritu Sac. Eccles. Cath. Concionum*; quæ
 verò spectant ad Ritus hodiernos, legi pot-
 erunt apud Castaldum, & Bauldrium supra-
 cit. necnon apud Cerem. Episcoporum.

XXXIX. Rubr. n. 6. pag. 100. *Et sermo-
 ne, sive concione expleta, dicitur Credo, si dicen-
 dum sit.* Postquam fuerit Celebrans à Dia-
 cono incensatus (vel post concionem, si ha-
 benda sit) convertit se ad Altare, & vadit ad
 medium ipsius, ubi alta voce cantat princi-
 pium Symboli, ut in Ordine Missæ: si verò
 non sit dicendum *Credo*, osculato Altari in
 medio, dicit versus Populum *Dominus vo-
 biscum.*

Diaconus autem, postquam Celebrantem
 incensavit, & thuribulum Thuriferario, vel
 Ceremoniario reddidit, ascendit ad secun-
 dum Altaris gradum; ibique (sine genufle-
 xione, quia jam erat in medio Altaris ante
 infimum gradum) stat, dum Celebrans inci-
 pit *Credo*, si dicendum sit ut supra: Bauldry
part. 1. cap. 12. art. 1. num. 33. & Biffus *lit.*
D. num. 128. §. 19. Subdiaconus verò eo-
 dem tempore se recipit ad medium plani post
 Diaconum, ante infimum Altaris gradum,
 ubi genuflectit (quia ipse non erat in medio)
 & statim surgit: Bauld. *part. 1. cap. 13. art.*
1. num. 23. & dum Celebrans pronunciat vo-
 cem *Deum*, uterque, imò & omnes de Cle-
 ro caput Cruci inclinant. Bauldry *part. 1.*
cap. 12. & cap. 13. supra. Celebrans verò,
 dum dicit *Credo*, extendit, & elevat manus;
 dum dicit *In unam*, jungit manus ante pe-
 ctus; dum dicit *Deum*, caput ipse quoque
 Cruci inclinat; Bauld. *part. 3. cap. 11. art. 5.*
 tunc, & non prius, scilicet post vocem il-
 L 1 2

iam Deum, facta suis in locis ab utroque Ministro genuflexione, ascendunt ad Celebrantem, Diaconus scilicet à dexteris, & Subdiaconus à sinistris; & cum eo manibus junctis prosequuntur Symbolum, ut & alii de Choro, sicut dictum est de Hymno *Gloria in excelsis*; Nicolaus de Bralio *suprà* n. 12. Bauldry *part. 3. suprà*, & Billus *lit. C. n. 197. §. 30.* inclinantes ad ea verba, ad quæ inclinat Celebrans. Cùm verò dicunt Celebrans, & Ministri submissa voce verba illa, *Et incarnatus est*, præfati Ministri Sacri genuflectunt cum Celebrante; sed solus Celebrans, cùm genuflectit, extendit manus

super Altare, ut facit in Missa Privata; Ministri verò Sacri genuflectunt manibus junctis ante pectus, & non super Altare pedibus quod ab iisdem semper est observandum Billus *lit. C. suprà*; & adnotandum est, quod debent incipere genuflexionem ad ea verba, *Et incarnatus est*, eamque finire ad illa verba, *Et homo factus est*; ut diximus, cùm Missa Privata. In fine Symboli, quæ dicunt, *Et vitam veni i Seculi*, manus altera se signant signo Crucis, sinistra pedibus admota, distribuendo prædictas voces, ut in Missa Privata dictum est, sicut & in fine manus jungunt, ut ibi facit Sacerdos.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, & pro Ceremoniis faciendis, dum cantatur Symbolum,

XL. Gavant. post Rubr. n. 7. pag. 100. col. 1. lit. q. *Quid agendum sit à Celebrante, &c.* Si Celebrans, & Ministri velint sedere, recitato Symbolo submissa voce, procedant eo modo, quo diximus suprà, cùm de Hymno *Gloria in excelsis* sermonem habuimus; & ita tempestivè ad seammum paratum ibunt, ut non sint in via, dum cantantur in Choro ea verba, *Et incarnatus est, &c.* ne cogantur genuflectere: nam si id eveniat, debent omnino, ubi sunt, genuflectere versus Altare; caputque profundè inclinare. Lohner *part. 2. tit. 17. de Ritu sollemni num. 2.* ut à simili colligitur etiam ex Bauldry *part. 3. cap. 11. art. 5. num. 3.* Si autem jam sedeant, tunc non genuflectunt; sed aperto capite illud inclinant. Canonici pariter sedentes, capite detecto, profundè se inclinant versus Altare; alii omnes de Choro genuflectent, donec finiatur dictus versiculus, *Et incarnatus est, &c.* Cerem. Episc. *lib. 2. cap. 8. §. 55.* In die tamen Nativitatis Domini, & Annunciationis B. M. V. omnes ad dictum versiculum genuflectere debent, etiam ipsimet Ministri Sacri, & Celebrans; ut docet

noſter Gavantus *part. 1. tit. 17. Rubr. 3. lit. q.* & cum eo omnes Rubriciste.

Si verò recitato Symbolo private Celebrans, & Ministri nollent sedere, non prædictum versum, *Et incarnatus est, &c.* decet, ut paulò antequàm dicatur *Descendit de Cælis*, descendant in planum; ibique genuflectant super infimum Altaris gradum, & caput profundè inclinent; Lohner *suprà* & cantato à Choro, *Et incarnatus est, &c.* procedant ad sedem paratam. Bauldry *part. 3. sup. art. 6. num. 10.* & Billus *lit. C. n. §. 2.*

Quando verò Celebrans, & Ministri nollunt sedere, sed stare ad Altare, dum cantatur Symbolum; stabit tunc Celebrans in medio Altaris, medius inter Diaconum, & Subdiaconum, secundum comunioſorem partem Ecclesiarum Urbis, & facient inclinationem ad ea verba, ad quæ, dum cantantur in Symbolo, fit inclinatio Crucis. De Bralio *suprà* num. 16. & 18. Item paulò antequàm cantatur in Choro *Descendit de Cælis*. Celebrans cum Ministris Sacris descendit supra gradum viciniorum superiori gradui, id est supra

candum gradum Altaris; & medius inter Diaconum, & Subdiaconum genuflectit cum ipsis in ipso superiori gradu, hoc est in suppedaneo in medio ante Aikare, ac caput omnes profundè inelinat, dum in Choro cantatur versus, *Et incarnatus est*. &c. post- ei dicto, *Et homo factus est*, surgit Celebrans cum Ministris, & iterum accedit ad Altare, ibique stat medius inter eos.

Item Celebrans cum Ministris genuflectit in Symbolo, caputque profundè inclinat ad ea verba, *Et incarnatus est* in die Annunciationis B. M. V. & in tribus Missis Festi Nativitatis Domini, non solum dum privatè cum Ministris dicit Symbolum, unico genu, ut semper fit; sed etiam dum cantatur à Choro supradictus vericulus; & tunc utroque genu; quæ genuflexio fieri debet ab omnibus, tam de Clero quàm ab aliis, qui sunt in Ecclesia, in reverentiam tanti Mysterii, quod potissimum prædictis diebus celebratur; ut ait Honor. in Gemma Animæ lib. 1. cap. 18. & noster Gavant. part. 1. tit. 17. Rubr. 3. lit. n. & tunc Celebrans, si nolit sedere, genuflectit cum Ministris Sacris in supremo gradu, seu in suppedaneo Altaris in medio, ut mox dictum est: si vero sedere velit, expectando tamen, (quod est convenientius) post versum *Et incarnatus est*; tunc stat ad Altare, & paulò antequàm cantetur in Choro *Descendit de Cælis*, ipse descendit in planum cum Ministris, & genuflectit in medio in infimo Altaris gradu, medius inter Sacros Ministros, ac caput profundè inclinat ut supra: postea cantato à Choro *Et homo factus est*, surgit, & procedit cum Ministris ad sedem suam: Bill. lit. G. num. 29. §. 1. & lit. G. num. 197. §. 21. Ministri vero Sacri (quilibet à patre sua) in supradictis casibus, ac in similibus, ad ea omnia, in quibus fit aliqua pausa in genuflexionibus, debent, priusquàm à Choro pronuncientur ea verba, aptare posteriorem partem planetæ super pedes Celebrantis.

Bauld. part. 3. supra num. 8. & à Portu supra tit. 6. in adnot. Rubr. 5. num. 27. Si superveniat Cardinalis aliquis, aut alius Prælati loci superior, dum Celebrans, & Ministri sedent (quod modò dicimus de Symbolo, dicitur etiam de Hymno Angelico, & de aliis, ad quæ sedet Celebrans) surgunt omnes: Celebrans & Ministri etiam aperiunt Caput, sed non descendunt de suo gradu, si eum habeant sub scamno, seu sede: quòd si Celebrans sit Episcopus, aut Abbas, non deponunt mitram; & sic stant, donec Prælati oraverit ante Altare, in quo celebratur. Tonellius lib. 2. tit. 14. num. 12. & apud ipsum Gavantus in MS. quod asservatur apud Nicolaum Allinium Florentia. Si verò interim cantaretur à Choro *Et incarnatus est*, &c. tunc omnes genuflectere debent, cum non sedeant, & quidem Clerici in plano, Canonici suis in locis, Celebrans cum Ministris in infimo gradu laterali à parte Epistolæ, ad quem tempestivè procedere deberet, si gradus distarent à scamno oblongo in quo sedet; à Portu supra; vel potius Celebrans genuflectit cum suis Ministris prope sedem suam, quod quidem magis placet; ut à simili colligi potest ex Bauldry part. 4. cap. 2. num. 23.

XLI. Gavant. pag. 100. col. 2. lit. r. Diaconus autem solus, cum debitis reverentiis portat birretum. Cantato verò in Choro *Et homo factus est*, Ceremoniarius primus procedit ante Celebrantem, illi profundè inclinat, & deinde (surgente etiam ipso Subdiacono, & præ manibus birretum tenente, necnon apud locum suum consistente; Cabrinus cap. 5. num. 2. Lohner part. 5. tit. 13. num. 10. Arnaud. part. 2. tit. 6. num. 2. Bauld. part. 3. supra num. 13.) minus profunda inclinatione convertens se ad Diaconum, hunc admonet de bursa deferenda: surgit Diaconus, & facit reverentiam profundam Celebranti (deposito birreto super scamnum, in quo sedebat) simul cum Ceremoniario; Bauld. part. 1. cap. 12. art. 1. num. 35. Lohner part. 3.

tit. 2. num. 13. & part. 2. tit. 17. de Ritu Sollem. num. 3. & aliqualem Subdiacono reverentiam, hoc est mediocrem: à Portu *sup. Rubr. 7. in adnot. num. 1.* tum Celebrans modica capitis cooperti inclinatione eidem respondet; Lohner *sup. part. 2. &c. num. 3.* Bauld. *part. 3. sup. num. 12.* & Cerem. Cler. Reg. S. Pauli *lib. 1. cap. 1.* Subdiaconus verò æqualiter Diacono correspondet: hinc Diaconus cum primo Ceremoniario vadit ad credentiam, Lohner *part. 3. tit. 4. num. 10.* & tit. 2. num. 13. Bauld. *part. 1. cap. 12.* & part. 3. *sup. per viam breviorē;* Castaldus *lib. 1. scilicet. 7. cap. 5. num. 14.* Bill. *tom. 1. lit. D. num. 123. §. 22.* ubi Ceremoniarius facie ad Diaconum conversa, ambabus manibus porrigit bursam Corporalium, ita ut pars ejus aperta respiciat Diaconum; Bauld. *part. 1. art. 1. num. 22.* à Portu *sup.* quam ipse Diaconus accipit, eamque defert ambabus manibus, usque ad oculos elevatam, & quasi jacentem, parte aperta ad se conversa. Bralio *suprà num. 14.* Bill. *sup.* & Cerem. Episc. *lib. 2. cap. 8. §. 54.* tenens eam per latera ipsius, pollicibus & indicibus desuper, seu hinc inde; reliquis verò digitis subtrus eam positus; Bauldry *part. 1. cap. 12. suprà;* & à Portu *suprà num. 2.* & ita procedit Diaconus solus (Ceremoniario ad locum suum revertente, ibique stante, unde procedit sine comite, ut docet Gavantus *hoc loco ex Cerem. Episc.*) per planum, seu per longiorem viam gravi incellu, & modesto, oculisque demissis ad Altare cum debitis Celebranti, Subdiacono (si ante eos transeat) & Choro reverentiis, cui etiam Celebrans, ut *suprà*, cooperto, & Subdiaconus aperto capite correspondent: de Bralio, & Bill. *suprà;* & cum pervenerit ad medium ante infimum Altaris gradum, ibi unico genu Crucis genuflectit super eundem infimum gradum. Bill. *suprà §. 23.* Lohner *part. 3. tit. 2. num. 13.* Benvenuti *suprà §.* Deinde, & à Portu *suprà num. 3.* Deinde ad Altare ascendit, & in medio stans, sinistra tenet

bursam, & dextera extrahit Corporale ea; tum eadem sinistra manu bursam erectam in cornu Evangelii inter candelabra, quasi illis adjacentem; ita ut parte aperta respiciat medium Altaris; Bill. & Gerv. *in instr. scilicet. citata cap. 2. §. 3. lito;* sic namque commodior est, ut in ea suo tempore Corporale inclinetur tali verò modo eam ponat, ut neque occupet locum, ubi ponitur Missale, neque possit deturpari à cera ex candelis flamma. Manu verò dextera accepto Corporale, ambabus manibus explicat super Altare medio; & advertat, ut si esset aliqua Crucis picta in Corporali, eam partem versus oram Altaris, ut Celebrans etiam osculari possit, dum osculatur Altare tandem, sic ponat Corporale explicatum Celebrans commode super illud ponere possit manus post Consecrationem, cum ab osculari debeat, vel genuflectere. Bill. & Lohner *part. 3. tit. 2. num. 13.* Bauld. *suprà num. 2.*

Explicato Corporali, ibi apud Altare per suppedaneum genuflectit Diaconus Cruci unico genu, manibus ante pectus junctis postea per breviorē viam, per gradum cornu Epistolæ redit ad Celebrantem; facta profunda inclinatione, & mediocriter diacono, quorum uterque proportionaliter ut *suprà dictum est*, correspondet, tum det, tegitque caput, quod idem facit Subdiaconus; Bill. *suprà §. 24.* de Bralio *suprà num. 14.* Horatius Christianus *lib. 1. cap. 9. num. 27.* Lohner *part. 3. tit. 2. num. 13.* & à Portu *suprà n. 5.* & sedent omnes. Bauldry *part. 3. suprà n. 13.*

Si verò Celebrans, & Ministri Sacri non sedeant, tempore, quo à Choro cantatur Symbolum, Diaconus sequentem modum observabit ad explicandum Corporale super Altare. Quando in Choro cantatur *verbum. Et incarnatus est*, genuflectit cum Celebrante, ut *suprà adnotavimus*: finito prædicto versu, surgunt omnes: Celebrans, & Subdiaconus

diaconus ad Altare ascendunt: Diaconus vero vadit ad credentiam per viam breviorē, nulla facta inclinatione Celebranti, & de credentia accipit bursam habentem intus Corporale, quam defert per longiorem viam cum debitis reverentiis Choro, ut supra dictum est; & facta genuflexione Cruci super infimum Altaris gradum, ascendit ad illud, & interim Celebrans, & Subdiaconus recedant ad cornu Evangelii, ut medium liberum relinquunt Diacono, qui ibidem Corporale explicare debet; sicut etiam ponere prius debet bursam in cornu Evangelii inter candelabra, ut supra diximus: advertat tamen Diaconus, ne perveniens ad Altare, ibi aliquam reverentiam Celebranti faciat. Bissus *supra lit. D. n. 123. §. 25.* Explicato Corporali iterum se recipit Celebrans ad medium Altaris, Diaconus à dexteris, & Subdiaconus à sinistris illius. Bissus *supra §. 26.* & Bauldry *part. 3. supra num. 14.* Hæc dicta sint juxta sententiam prædictorum. Caterum inhærendo sententiæ Castaldi in Ceremoniali nostra Congregationis *lib. 2. cap. 27. num. 12.* in prædicto casu, Diacono deferente bursam Corporalium, Celebrans paululum è medio recedit, non versus cornu Evangelii, sed versus cornu Epistolæ; Subdiaconus quoque post Celebrantem retrocedit, donec Diaconus explicet Corporale: & reverà, cum Diaconus debeat deponere bursam à latere Evangelii inter candelabra, commodius hoc exequatur, si Celebrans tunc se recipiat ad latus Epistolæ.

Si autem Calix non esset supra credentiam, sed super Altare (quod tamen non convenit) tunc, si Celebrans, & Ministri sedent, Diaconus cantato versu *Et incarnatus est* à Choro, surgit; & factis Ceremoniis ut supra, accedit solus per longiorem viam ad Altare, cum debitis reverentiis Choro, & Cruci Altaris, & ibi explicat Corporale, ut supra diximus: si verò non sit di-

cedendum Symbolum, tunc, dum Celebrans dicit Offertorium, Subdiaconus ipse defert bursam cum Corporali, simul cum Calice ad Altare: de Bralton *sup. Biss. sup. §. 27.* & Bauld. *part. 1. cap. 12. art. 1. num. 37.* in quo casu Diaconus accipit Calicem cum bursâ à Subdiacono, & in medio Altaris collocat, & explicat Corporale; bursam verò ponit ad cornu Evangelii; deinde Patenam offert Celebranti, ut infra dicemus. Bauld. *sup. num. 40.*

Circa finem Symboli, si sedeant Celebrans, & Ministri Sacri, dato signo Clericis à secundo Ceremoniario, deinde à primo Ceremoniario, uti post *Gloria in excelsis*, Celebranti, & Ministris Sacris, surgunt omnes, & Celebrans cum Ministris, depositis birretis, præcedente primo Ceremoniario, revertitur ad Altare per planum Presbyterii, medius inter Diaconum, & Subdiaconum, vel post ipsos, secundum loci commoditatem, cum debitis reverentiis Choro, & postea Altari; de Bralton *supra cap. 17.* cui facta debita reverentia, Celebrans ascendit ad illud; Ministri verò Sacri ascendunt usque ad secundum gradum; elevantes anteriores vestes illius: Subdiaconus descendit in planum non genuflectens; Diaconus se fistit in secundo gradu, uterque per lineam rectam à tergo Celebrantis. Bauldry *part. 3. supra art. 5. n. m. 6.* Bissus *tom. 1. lit. C. num. 197 §. 19.* Benvenuti *supra §. Dum in Choro.*

Si verò Celebrans cum Ministris non se-deat, sed stet ad Altare circa finem Symboli, scilicet dum cantatur in Choro, *Et vitam venturi Seculi*, Ministri genuflectant, & descendunt post Celebrantem; & sine ulla alia genuflexione ibi stant, unus post alium, dum Celebrans dicit *Dominus vobiscum*, & deinde *Oremus*, ante Offertorium. Bauldry *part. 3. supra art. 7. num. 1.*

Pro

Pro Ritu Missæ Mediæ, quæ cantatur sine Ministris Sacris, & primò de Missa cum duobus solis Acolythis.

XLII. Rubr. n. 8. pag. 100. *Si quandoque Celebrans cantat Missam sine Diacono, & Subdiacono, &c.* Ex hujus Rubricæ textu colligitur, quòd aliquando dici potest Missa sine Ministris Sacris, sed cum duobus Acolythis superpelliceo indutis, ob exiguum numerum Clericorum; & tunc hora debita à Sacrista, vel Acolytho parantur ea, quæ sunt necessaria super Altare, nempe Calix, Missale, & cussinus, & alter liber pro Epistola cantanda super credentiam, & alia, &c.

Celebrans verò hora competenti de more accipit in Sacristia, facta priùs Oratione, & lotis manibus, paramenta Sacra, coadjuvante uno saltem Acolytho Ministro; & sic paratus ad Altare procedit sequens duos Ministros pares incedentes; ibique facta debita reverentia Altari, & Choro, dato priùs birreto primo Acolytho stanti à dexteris suis, de more incipit Missam prædictis duobus Acolythis respondentibus, hinc inde genuflexis in plano.

Si ante Missam facienda sit aquæ benedictæ aspersio, Missale Celebrantis tantum ponitur initio supra credentiam, & Acolythus primus habens à sinistris alium, procedit ad Altare ante Celebrantem alba, stola, vel etiam pluviali, si fieri possit, indutum, vas aquæ benedictæ ferens. Celebrans verò, deposito birreto ante Altare in manu alterius Acolythi genuflectit; & sic genuflexus accepto à Ministro aspersorio, qui priùs osculatur illud, & deinde manum Celebrantis, de more aspergit Altare, & se ipsum genuflexum, & postea alios; ut dicemus infra *part. 4 tit. 19. de Rubr. Benedictionum.*

Aspersione facta, primus Acolythus deponit eas in loco congruo, librum accipit de credentia, & illum à sinistris Celebran-

tis tenet, qui ex eo, versus, & Orationes cantat. Interim alter Acolythus ponit in Sacristia manipulum, & planetam Celebrantis; & finita Oratione primus Acolythus locat super Altare Missale; Celebrans post dicta Oratione, retrahit se versus cornu pistolæ, facta priùs debita reverentia Altari, & Choro; & adjuvantibus supra dictis duobus Acolythis, deponit pluviale (si usus fuerit) & manipulum, deinde planetam accipit pro Missa: tum secundus Acolythus reportat pluviale in Sacristiam, inde procedit ad Celebrantem, qui cum ipsis Acolythis, factis debitis reverentiis, primùm Choro, deinde Altari, revertitur ante ipsum incipiendam Missa; ibique genuflectit primus Acolythus à dexteris Celebrantis in plano, aliquantulum retro Celebrantem; & deinceps servantur ab Acolythis omnia, quæ ferè debent à Diacono, & Subdiacono. Celebrans verò dum dicit *Vobis fratres, & Misereatur vestri*, caput intorsit ad Acolythes, ut ad Diaconum, & Subdiaconum. Ita Eminentissimus Cas Ursinus Archiepiscopus Beneventanus, deinde Pontifex Maximus sub nomine Benedicti XIII. in suis opusculis variis de Missa cantanda à Celebrante sine Ministris Sacris *cap. 4 § 2.*

Peracta Confessione ascendit Celebrans ad Altare, legitque Introitum, & assistentibus Acolythis; & postea, dum cantatur à Choro ultimum *Kyrie eleison*, accipit ad medium Altaris, & ibi intonat clara voce principium Hymni *Gloria in excelsis*, post Hymno completo, Celebrans, dicto primò morem *Dominus vobiscum*, se recipit in cornu Epistolæ, ubi cantat Orationem, vel Orationes, si plures sint dicendæ. Hic advertere debemus cum Bissio *v. Missa Solenne*

num. 237. §. 2. quod hæc Missa, quia est sine Ministris Sacris, licet cantata, tamen Sollemnis dici non potest: unde in hac Missa erit facienda Commemoratio Simplicis, si Festum, de quo celebratur Missa, sit secundæ Classis: nam talis Commemoratio in Duplicibus secundæ Classis, omittitur solum in Missa Sollemni, qualis ista censenda non est, quia non cantatur cum Ministris Sacris, sed cum duobus solum Acolythis. Hanc sententiam tenuit etiam mox laudatus Benedictus XIII. *loc. cit.*

XLIII. Rubr. n. 8. pag. 100. *Epistolam cantat in loco consueto aliquis Lector.* Circa finem ultimæ Orationis primus Acolythus librum accipit de credentia, & cantat Epistolam; qua finita, non osculata manu Celebrantis, reportat librum ad credentiam, semper cum solitis reverentiis, & redit ad locum suum: alter verò Acolythus accedit ad Celebrantem, ubi stans respondet in fine Epistolæ: *Deo gratias.*

XLIV. Rubr. n. 8. pag. 101. *Evangelium autem cantat ipse Celebrans.* Circa finem Gradualis, primus Acolythus se recipit ad cornu Epistolæ, ut inde deferat Missale cum cullino ad latus Evangelii; quo delato redit ad locum suum in plano: Celebrans verò cantat Evangelium de more, ad quod ambo Acolythis hinc inde in plano stant, & de more se signant, & genuflectunt, quando opus est. Utrum incensandus sit liber Evangelii in hoc casu, dissident inter se Auctores Ramerius in suo Rituali Monastico lib. 3. cap. 2. tenet, quod in Missa sine Ministris cantata, etiam cum uno solo Acolythis, ad Evangelium, ad Oblata, & ad Elevationem, ministrante eodem Clerico naviculam, & thuribulum (sed solum in majoribus Sollemnitatibus) debeat fieri thurificatio; in reliquis autem minoribus Sollemnitatibus, quando non sunt Ministri, thus non est adhibendum. Quando verò cantatur Missa cum duobus Acolythis, licet communiter excludatur thurificatio ante Introitum; attamen Castaldus

Gavant. Rubr. Miss.

lib. 2. sect. 9. cap. 2. num. 5. Polaccus *aphorism. part. 2. tit. 3.* Corsettus *part. 2. cap. 13. n. 9.* à Portu *cap. 2. ad tit. 6. Rubr. 8. in suis adnot. num. 1.* & Benedictus XIII. *loc. suprac.* tenent, quod, si videbitur, poterit adhiberi incensatio ad Evangelium, ad Offertorium, & ad elevationem SS. Sacramenti.

Neque obstat sententiæ dictorum Auctorum Decretum S. R. C. editum die 22. Januarii 1701. & datum in nostro Indice sub n. 556. in quo habetur: - In Missa Conventuali dierum sollemniū, quæ absque cantu, & Ministris celebratur, non est facienda thurificatio: - Non, inquam, officit hoc Decretum: quia Missa, de qua nunc agimus, est quidem absque Ministris Sacris, sed non est absque cantu: unde præfatum Decretum non officit præsentem Missam.

Finito Evangelio, & incensato Celebrante à Thuriferario, si Evangelium incensatum fuerit à Celebrante, hic accedit ad Altaris medium, admovens sibi librum; intonat Symbolam, si cantandum est; & prosequitur Missam, &c. Sed advertendum est, quod inherendo Decreto dato in nostro Indice sub num. 510. Sacerdos non potest prosequi Missam eo tempore, quo à Chora cantatur Symbolum. Si igitur à Choro cantatur Symbolum, & Celebrans sit ad Altare, dum cantatur *Descendit de Calis*, ipse descendit ad secundum gradum, ut genuflectere possit in suppedaneo ad ea verba, *Et incarnatus est, &c.* De Bralio *part. 2. cap. 4. n. 19.* Bisius *lit. C. num. 197. §. 52.*

Lecto Offertorio à Celebrante, ambo Acolythis surgunt, & primus Celebranti ampullas ministrat; & hic idem ad lotionem manuum ejusdem Celebrantis ministrat ampullam aquæ, & bacile: alius verò Acolythus mappulam porrigit; & ille primus campanulam, pulsandam de more ad *Sancus*, & ad Elevationem, defert ad Altare; & ambo genuflexi respondent Celebranti dicenti: *Orate fratres.*

M m

Ad

Ad *Sanctus*, primus campanulam pulsat, accendit unicum cereum, vel duos, si tot sint: tum reversus ad Altare, genuflectit in supremo gradu ipsius, dextera campanulam pulsat, & sinistra planetam elevat ad Eucharistiæ elevationem, ut in Missa Privata.

Si duo cerei, ut supra, accendi debent, secundus Acolythus, facta genuflexione, & solita reverentia Choro de more (si id permittat Chori situs) vadit in Sacristiam, & accensis duabus facibus, unam capit; alter verò de Choro deputatus ad id, pariter pergens in Sacristiam, aliam accipit facem; easque ambo ad Altare deferunt pro elevatione SS. Sacramenti, & semper cum debitis reverentiis, ut supra; qua elevatione facta surgunt. Primus verò Acolythus campanulam deponit, & ad cornu Epistolæ descendit, ubi manet genuflexus in infimo gradu; alii verò cum debitis reverentiis reportant fanalia, præterquam in Missis Defunctorum, & Vigiliis, & Feriis, vel quando Communio faciendâ est, ut suo loco adnotabimus. Mox secundus Acolythus redit ad Altare, & manet genuflexus in cornu Evangelii; alter verò, qui gestabat aliam facem, cum debitis reverentiis Choro, & Altari, redit in Chorum. Si tamen non sunt alii Acolythes, nisi illi duo, qui ministrant ad Altare, non deferuntur facies; & tunc secundus Acolythus manet genuflexus ut supra, & ambo se signant, & percutiunt pectus cum Celebrante. Si faciendâ erit Communio, ferventur ea, quæ suo loco infra dicemus. Paulò ante sumptionem Sanguinis surgit primus A-

colythus, ad credentiam campanulam deferens capit ampullas, & eas Celebranti cum oleis earum tantum, & solitis inclinationibus ministrat; tum ad Altare redit, ubi accendit cereum, qui est à parte Epistolæ; ibique postea genuflectit in plano, ut prius; secundus verò surgit, dum Celebrans se purificat; deferit librum ad cornu Epistolæ, & postea, si opus sit, alium cereum accendit; qui est in cornu Evangelii; ibique ut prius genuflectit in plano.

XLV. Rubric, n. 8. pag. 101. *Et in Missa cantat: Ite Missa est, pro temporis diversitate.* Quando Sacerdos in fine Missæ cantat *Ite Missa est*, vel *Benedicamus Domino* pro temporis diversitate, ambo prædicti Acolythes genuflectunt ad Benedictionem: non surgunt, & stant ad Evangelium ultimum; hinc inde in plano, sicut ad primum; & aliud Evangelium legendum sit, Acolythes primus librum mutat cum solita genuflexione Crucis, & ad cornu Epistolæ redit, sed iterum ante medium in plano genuflectunt ubi Celebrantis birretum capit.

Peracta Missa, Celebrans in planum descendit; ubi facta cum Acolythis debita reverentia Altari, & Choro, & sumptis birreto, in Sacristiam cum Acolythis redit, si venerat; ubi Acolythes, facta cum Celebrante profunda Cruci, vel imagini reverentia ipsum Celebrantem, dum se exiit, adiungunt & aquam, atque manutergium, ut in Missæ, ministrant. Ex Bauld. part. 3. cap. 11. & ex Vinitore part. 4. tit. 12. supra.

De alia Missa Media, seu minùs Sollemni, quæ cantatur cum uno solo Acolytho.

XLVI. Est præterea alia Missa mediâ, adhuc minùs Sollemnis, quæ ordinariè cantatur in Ecclesiis Menialium, & ubi non est copia Clericorum, cum uno solo Acolytho; ad quam Celebrans sedere poterit ad *Kyrie*

eleison, Gloria, Credo, & alia; Bauld. part. 3. cap. 12. num. 1. Feri poterit etiam in his Missis incensatio; ut in præcedenti Missa pariter adnotatum est, & ut docent Nicolaus de Bralion part. 2. cap. 11. num. 4. & Co-

stald. sup. quamvis Bauldry *suprà*, & Vinitor *tit. 13.* necnon Polaccus *part. 2. §. 1.* velint, quod in simili Missa Altare nunquam thurificetur. Mox laudati Auctores, nimirum Bauldry, & Vinitor, docent, non esse dandam pacem in hac Missa, nisi fortè cum instrumento (& hoc idem dicendum est de alia Missa mox descripta) quod, antequàm alicui osculandum detur, priùs osculari debet à Celebrante, nempe dicta Oratione *Domine Jesu Christe, &c.* Celebrans osculatur Altare in medio, deinde osculatur instrumentum pacis porrectum à Ministro genuflexo juxta ipsum in cornu Epistolæ; & iterum ipse Celebrans, dum illud instrumentum osculatur, dicit, *Pax tecum*, Ministro Acolytho respondente; *Et cum Spiritu tuo*. Dicitur autem Acolythus, postquàm Celebrans osculatus fuerit instrumentum pacis, surgit; & facta genuflexione Sacramento unico genu, ut facilis surgere possit, vel duplici genu, ut alii prescribunt, in suppedaneo Altaris, accedit ad eos, quibus danda erit Pax, iisque singulatim porrigit instrumentum, ut illud osculentur. *Bisl. lit. P. num. 91. §. 5.* necnon *Benedictus XIII. loc. supracit. num. 22. & seqq.*

XLVII. In hac Missa Clericus superpelleo indutus, facta à Celebrante Confessione, manet genuflexus in cornu Evangelii, ibique respondet Celebranti, si opus est. *Vinitor loc. cit. num. 3.*

Circa finem ultimæ Orationis, factis debitis reverentiis Altari, & Choro, si adit, accipit de credentia librum Epistolarum; & iterum facta reverentia Choro, & genuflexione in medio Altaris, super infimum gradum, cantat Epistolam in loco consueto: Celebrans verò legit submissa voce Epistolam, sibiique respondet *Deo gratias*. Cantata Epistola, ut de more, facta genuflexione Cruci, & reverentia Choro, reponit

Acolythus librum Epistolarum super credentiam, sine osculo manus Celebrantis, & sine Benedictione: tum præfatus Clericus defert Missale cum cussino ad cornu Evangelii, ut in Missa Privata. Regulariter iste Clericus manet genuflexus, ut in Missis Privatis; nisi ex accidente surgere cogatur, ut ad Epistolam, & ad alia.

Evangelium autem cantat ipse Celebrans ad cornu Evangelii, qui & cantabit *Ite Missa est*, aut alia, quæ Diaconus cantat in fine Missæ: sed ad *Humiliate capita*, stat Celebrans versus Altare, ut notat hic Gavantus; *Kyrie eleison* tamen dicere potest in cornu Epistolæ, ut quando adfuit Diaconus, & Subdiaconus; Nicolaus de Bralio *suprà*, in quo casu Clericus, facta Confessione, debet accendere ad cornu Epistolæ, quasi à dexteris Celebrantis, sed paulò post eum; ibique stans respondere ad *Kyrie eleison* submissa voce, sed aliquantulum elevata; quo dicto redit iterum ad suum locum in cornu Evangelii, facta priùs in medio genuflexione Cruci, & Altari.

Ad versum *Et incarnatus est*, Celebrans in hac Missa eodem modo se gerit, ac in alia minus Sollemni superiùs descripta.

Præter prædictas Missas minus Sollemnes in Ceremoniali Parisiensi *part. 3. cap. 9.* describitur aliud genus Missæ minus Sollemnis, quæ tamen ad Sollemnem perfectam valdè accedit, cum in hac ministret Diaconus tantum sine Subdiacono, sed cum uno Acolytho. De hac Missa pariter agitur, & describitur ejus Ritus in Ceremoniali Monastico, Parisiis edito Anno 1680. *lib. 3. cap. 9.* quæ tamen Missa cum ministerio solius Diaconi, cum generaliter non sit in usu, præterquam apud Carthusianos, ut refert Macrius in Hierolexico *v. Epistola*; idcirco à describendo Ritu hujus Missæ abstinemus.

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. VII. De Offertorio, & aliis, usque ad Canonem.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Symboli, usque ad finem Offertorii.

I. Rubr. n. 1. pag. 101. & Gavant. ib. col. 2. lit. f. *Dicit Offertorium.*) Dicto Symbolo, vel si non sit dicendum, dicto Evangelio, eoque osculato, Sacerdos extensis manibus supra Altare extra Corporale, osculatur ipsum Altare in medio: tum erigens se, & manibus junctis ante pectus, vertit se ad Populum per eam partem, quæ respicit cornu Epistolæ, seu versus latus suum dexterum; & ita versus Populum stans in medio, demissis oculis, extendens, & jungens manus, dicit clara voce *Domine vobiscum*, respondente Ministro, *Et cum spiritu tuo*; & mox junctis manibus, per eandem viam convertit se ad Altare; ubi in medio extendens, & elevans usque ad humeros, & jungens manus, caput Crucii inclinans, dicit *Oremus*; tum

junctis manibus ante pectus legit Offertorium. Biss. lit. S. num. 20. §. 34. Gerv. in *strucl. cap. 8. §. Finito il Simbo'o.*

Sunt, qui dicunt Offertorium extensis manibus; sed hoc est expresse contra Rubricam n. 1. quæ præscribit: *Junctis manibus ut prius, dicit Offertorium.* Alii dicunt Offertorium submissa voce; alii in Missa del. M. V. Offertorium *Ave Maria gratia pl. &c.* legunt flexis genibus: at contra Rubricam isti operantur. Vinitor *part. 2. tit. 1. in adnot.*

Ad prædictum Offertorium, ad verbum *Maria*, Sacerdos inclinet caput inclinatione minimarum media versus librum. Benevent. de Ritu Missæ Privatæ *cap. 16.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Offertorii, usque ad Hostiam oblationem inclusivè.

II. Gavant. pag. 101. col. 1. lit. t. *Velum plicatur à Ministro, &c.*) Dicto Offertorio Sacerdos discooperit Calicem, qui est in medio Altaris super Corporale, removendo ab eo velum ambabus manibus. Biss. *sup.* & Gerv. *sup.* §. *Detto l' Offertorio.* Minister, si est Clericus cum cotta, plicet velum, non verò Sacerdos Celebrans, non reponendo illud supra Corporale, ut malè faciunt multi, sed ad partem Epistolæ, prope tabellam Secretarum, seu prope Corporale, non verò supra. Bauld. *part. 1. tit. 7. de Offertorio n. 2. not. num. 1.* Tonell. *lib. 2. Rubr. 2. tit. 7. not. 1.* Lohner *part. 2. tit. 18. num. 3.* Sarnell. *part 4. §. 14. num. 1.* Simon à Larciano *lib.*

4. cap. 12. ver. Calicem; Gherardi Episc. Cotonensis *cap. 7.* & Gerv. *sup.*

Verùm noster P. Franciscus Magnus in suo eruditissimo opere *de Sac. Ceremoniis, præsertim de Divino Officio, & Choro, disp. 1. num. 302.* hac ait: *Cùm hæc plicatio facta à Sacerdote ipso fieri possit, cùm suis ipse manibus velum auferat, Ministrum hoc onere liberandum celerius ampullas & ipse ex abaco auferat, ad Altare deferre queat; quod video ab omnibus observari, nisi aut Sacerdos aliter innuat, aut veli alicujus ratio id deposcere videatur: tunc exceptis aliquibus Auctoribus, communi consuetudine de velo nihil locuti, jubent, ut tunc à Ministro solum ampulla capiantur.* Hæc mox &c.

Magius: quæ quidem sententia profectò amplectenda est, quando Minister puer esset, aut incapax talis functionis: quia absque dubio in hoc casu Sacerdos ipse discooperiens Calicem, accipit velum ambabus manibus, quod declinat à parte posteriore plicando: postea manu sinistra super Altare posita, sola dextera extrahit velum de Corporali, eodem tempore illud plicans in medio; quod postea relinquit prope tabellam Secretarum, vel prope Corporale à cornu Epistolæ, sed nunquam intra ipsum Corporale. *Biss. lit. V. n. m. 13. §. 2. & Gery. in catal. errorum num. 58.* Unde habes, velum esse plicandum, & nullo modo super Corporale relinquendum: super hoc enim nihil poni debet, nisi quod Corpus, & Sanguinem Christi tangere, aut tegere solet. *Lohner. part. 2. tit. 8. pro Ritui communia num. 3.*

III. Gavant, pag. 101. col. 1. ead. lit. t. item explicato manutergio in eadem parte collocabit ibidem pelvicolam, &c.) Reposito à Ministro, vel à Sacerdote velo plicato, ut supra, idem Minister, inharendo Gavanti sententiæ, explicat manutergium, quod in cornu Epistolæ super Altare ponit cum pelvicolâ, & urceolis desuper. Adhærent sententiæ Gavanti Johannes Merinetus in *Cerem. Minorum Observ. S. Franc. part. 2. cap. 2. n. 10.* Paulus à S. Johanne in *Cerem. Augustinianum Discalc. lb. 1. cap. 12. Bauld. part. 1. cap. 17. n. 28.* & alii, quos refert Fran. Magius *disquis. supracit. num. 303.* Verùm idem Auctor adhæret sententiæ Castaldi, qui in *Praxi lib. 1. sect. 4. cap. 1. num. 6.* juxta Ritum à nostri Ordinis Conditoribus institutum, expressè præscribit, ne aliquid super Altare ponatur, unde ait: *Pro manuum lotionem, Minister adaptat mappulam super brachium sinistrum; & accipiens pelvicolam manu sinistra, dextera tenet ampullam aquæ: & sic manibus elevatis aliquantulum in se, & à posteriore distantibus, cum debitis reverentiis, iterum accedit ad latus Epistolæ, & supra gradus,*

si plures illi sint, ascendat; sin minus, ante prædellam, aquam ad manuum lotionem, aliquantulum dexteram elevans, in medium pelvicolæ infundit. Postmodum vertens paulisper brachium sinistrum, mappulam ad detergendas manus porrigit. En igitur, quòd linteum, seu manutergium juxta hanc sententiam non debet extendi in Altaris extremitate (ut vult Gavantus in *Comment. ad Rubric. n. 6. hujus tit. lit. r. p. 105.*) quam quidem Castaldi sententiam amplectitur etiam Polac. in *Aphorismis Cerem. 16.* docens, minimè conveniens esse, super Altare Sacerdotem abstergi, aut manutergium poni. In eandem sententiam descendit pariter Bonamicus in *observ. Eccles. obser. 6. num. 6.* ubi ait: *Ponere sudarium, & pelvicolam super Altare, sano Ritui conforme non est: quomobrem Acolythum instruit, ut aquæ ampullam dextera, pelvicolam sinistra; & linteum, aut super sinistro brachio, aut eadem sinistra manu, sub pelvicolâ gestet: denique S. Carolus in prima Synodo provinciali §. De iis, quæ pertinent ad celebrationem Missæ, Sacerdotes instituit, ut pileum, birretum, subbirretum, chirothecas, sudarium, aut quodcumque denique hujus generis, in Altari ne ponant.*

IV. Rubric. n. 2. pag. 101. *Amoves parvam pallam desuper Hostiam.*) Amotò velo à Calice, & plicato, sive à Clerico, sive à Celebrante, ipsemet Sacerdos, posita manu sinistra super Altare extra Corporale, manu dextera accipit Calicem, quem ad cornu Epistolæ sistit, quia in eo cornu ministrandæ sunt ampullæ, ut mox innuimus: deinde adhuc stans in medio Altaris, Sacerdos amovet parvam pallam, quæ est super Hostiam; quam pallam deponit super Corporale versus cornu Epistolæ: sic enim erit commodior Celebranti, quando ea uti debet ad cooperiendum Calicem. Errant non pauci, qui plicato velo, cum deberent ponere Calicem versus cornu Epistolæ extra Corporale, & inde manu dextera amovere pallam pro oblatione Hostiæ faciendâ ambabus manibus,

dextera accipiunt quidem Calicem ad ponendum eum ad cornu Epistolæ, sed eodem tempore sinistra accipiunt Patenam, cum palla suprâ, &c. contra id quod expressè ordinat Rubrica; ut advertitur in *Cerem. Missæ Priv. cap. 10. §. 12. num. 3.*

V. Rubric. n. 2. pag. 101. *Accipit Patenam cum Hostia.* Amota parva palla, Sacerdos sola manu dextera inter pollicem, indicem, & medium digitum, accipit de Calice Patenam cum Hostia; cui occurrens, dum est prope medium Altaris, sinistra manu, eam ambabus manibus tenet (id est iisdem tribus digitis, ut suprâ, etiam sinistra manus) elevatam super medium Corporalis ad altitudinem pectoris, ita tamen, ut aliquantulum distet ab ipso (nec eam elevare debet, ut faciunt multi ante faciem suam) postea eodem tempore oculis ad Deum, hoc est ad Crucifixum elevatis, ac statim demissis, dicit *Suscipe Sancte Pater. Biss. lit. S. n. 20 §. 83. Bauld. part. 3. de Ritu servando tit. 7. n. 2. Vinit. part. 2. tit. 7 in adnot. §. 4. Gerv. in catal. errorum num. 58.*

VI. Gavant. pag. 102. col. 2. lit. x *Imago*

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando in oblatione Hostiarum seu Particularum facienda.

VII. Gavant. pag. 102. col. 1. lit. y *Et collocat Pyxidem in medio Corporalis.* Si in Missâ Sacerdos sit consecraturus plures Hostias, seu Particulas, pro communionem Fidelium; in primis quando Particulæ sunt paucae, uti quinque, vel sex, poni debent super Patenam, & subtus Hostiam (vel etiam pro libito super Corporale poni possunt ad partem Evangelii) ad offerendas illas unâ cum Hostia simul; & post Oblationem ponantur supra Corporale separatim ab Hostia, es tamen modo, ut remaneant supra petram Sacram, à parte, secundum communem usum, sinistra Celebrantis, seu Evangelii,

verò Crucis in Hostia deducitur à Baronio, ex Romanorum usu.) Noster P. Novati in *lib. 5. Sac. Electorum*, in quo tractat de *Euch. vixi. o cap. 69.* eruditas quasdam addit observationes circa formationem, & comparatum Hostiarum consecrandarum; & in 71. asserit, Crucem in hostiis imprimi litam nefas esse ambigere: & ut prope apud Christianos variis modis in Eucharisticis formis Crucem efformatam fuisse; & habet varias imagines, in quibus variæ Crucis figuræ impressæ apparent: in aliquibus enim videtur nuda Crux sine Christo Crucifixo; in aliis verò conspicitur Christus Crucis affixus variè sculptus; & in aliis exprimitur etiam idem Christus non Crucis affixus sed flagellis cæsus; in aliis resurgens ex mortuis. Agit etiam de forma Crucis, quæ oblati Syrorum, & Alexandrinorum esset, Doctissimus Symondus in *sua dissertatione de figuris verò Crucis, quæ in oblationum Hostiis formantur, agit eruditissimè Goar in notis ad eorum Euchologium easdem figuras affert Martene in part. 1. antiq. Eccles. Ritibus lib. 1. art. 5. n. 28.*

pro offerenda Hostia, Sacerdos discooperiat Pyxidem, vel Calicem, seu aliud vas Particularum, ad offerendum illas simul cum Hostia, absque eo quod moveatur vel Pyxis, vel Calix à suo loco. Gavantus, Bauld. *sup.* Rubr. 3. num. 1. Biff. *sup.* §. 36. Cerem. Missæ Priv. cap. 11. §. 1. Vinitor *sup.* §. 5. Dirigit tamen Sacerdos intentionem offerendi, etiam ad dictas Particulas, quia non est necesse, ut eas simul cum majori Hostia eleuet: id enim esset maximum incommodum, præsertim quando Particulæ sunt in magna quantitate. Biff. *sup.* & Bauld. *sup.*

VIII. Rubric. n. 3. pag. 102. & Gav. *ibid.* col. 1. lit. 2. *Facis signum Crucis.*) Post factam verò Oblationem, id est dicto *Suscipe Sancte Pater*, Sacerdos utraque manu tenens Patenam cum Hostia, facit cum ea Crucem mediocrem, distinctam, & extensam super Corporale, non per quatuor puncta, sed per lineas æquales; & advertat, in facienda huiusmodi Cruce (quæ non debet excedere longitudinem unius palmi, juxta communem Rubricistarum sententiam) ne Patena tangat Corporale: ideo in efformanda prædicta Cruce, teneat dictam Patenam elevatam, quasi per palmum super Corporale; postea deponit Hostiam quasi in medio ipsius Corporalis in parte anteriori ante se; ita ut ab extremitate, id est ora Altaris, distet quasi per palmum: Biff. *sup.* §. 37. Gerv. *sup.* §. *Terminatio*, & Benven. pag. 17. sic enim commodius Sacerdos poterit osculari Altare, quando opus erit; & insuper Hostia vicinior

est Cruci, quæ est in medio aræ consecratae, super quam etiam convenientissime deponitur; ut notat Gavant. *lit. a.* Si autem super Patenam simul cum Hostia sint etiam aliæ Particulæ consecrandæ, hoc est in parvo numero, ut supra adnotatum est; tunc facta Oblatione, & deposita majori Hostia, ut supra, huiusmodi Particulæ deponantur à parte Evangelii, ut jam diximus; Patena verò ponatur à dexteris, id est à parte Epistolæ super Altare, aliquantulum subtus Corporale; quæ exterso Calice cooperitur purificatorio, ut infra dicemus. Biff. Gerv. & Benven. *sup.*

Si adfit Calix, vel Pyxis cum particulis, ut supra, cooperiat prædictum Calicem Patena, vel palla, & Pyxidem cum proprio operculo; deposita prius Patena sui Calicis aliquantulum subtus Corporale ut supra. Biff. *sup.* §. 28. Cerem. Missæ Privata cap. 11. §. 1. & Gerv. *sup.* §. *Uopo*.

Hoc loco advertere lubet, quod si offerantur Particulæ consecrandæ ad Altare post Oblationem, poterunt ex gravi causa consecrari, facta prius Oblatione earum mente tantum: sed non sufficere pro hac Oblatione mentali commoditatem communicare volentium, docet Doctissimus noster Pasqualigus *de Sacrif. nov. leg. qu. 30. & 35.* ubi tamen n. 6. & 10. dicit, esse solum peccatum veniale, si ante inceptam Canonem offerantur. Post Canonem verò inceptum non possunt admitti etiam ad dandum Viaticum: tunc enim satius est conservare partem Hostiæ majoris. Tonell. *ib.* 2. tit. 7.

Pro Ritu Missæ Privatæ, observando à fine oblationis Hostiæ, & Particularum consecrandarum, usque ad oblationem Calicis.

IX. Rubric. n. 4. pag. 102. *Deinde in cornu Epistolæ accipit Calicem, &c.*) Deposita Patena subtus Corporale, & præmissa simplici, vel mediocri Cruci inclinatione, ac-

cedit Sacerdos ad cornu Epistolæ, nimirum ad locum, ubi Calicem posuit, & in eodem cornu accipit Calicem sinistra per nodum, & dextera purificatorio eum abstergit: de-
inde

inde sumpto prædicto purificatorio inter, vel infra digitos sinistrae manus, qua tenet, ut supra, Calicis nodum, pro extergendis guttis in Calice, dextera accipit ampullam vini de manu Ministri; Bissus, Gervasi, & Benvenuti supra, Vinitor supra §. 7. & ponit vinum in Calicem (quod album esse debet quantum fieri potest) in quantitate decenti, nimirum, quæ uno haustu sine interruptione à Sacerdote sumi possit.

X. Rubr. n. 4. pag. 102. & Gavant. pag. 103. col. 1. lit. d. *Deinde eodem modo tenens Calicem producit si. num.*) Imposito vino, & red-dita ampulla Ministro, eodem modo tenens Calicem, producit dextera signum Crucis super ampullam aquæ (quæ Benedictio omittitur, si Sacerdos celebret Missam pro Defunctis) & dicit eodem tempore, & non prius: *Deus, qui humane substantia dignitatem, &c.* & infundens parum aquæ naturalis in Calicem, prosequitur dicendo: *Da nobis per hujus aquæ, & vini mysterium, &c.* Ad verba *Jesus Christus* Sacerdos inclinet caput versus Crucem inclinatione minimarum maxima. Gervasi supra. Tandem restituit Ministro ampullam, vel deponit super pelviculum, si ea reperitur super Altare; nunquam verò deponat ampullam super tobaleam, aut manutergium. Monens in Instruct. §. 93. Advertat autem Sacerdos, ne teneat Calicem elevatum, sed super Altare positum, dum in illum imponit vinum, & aquam; itemque Calicem bene admoveat prope ampullas, ne guttæ vini, & aquæ deturpent mappam Altaris. Bissus supra §. 38. Bauldry supra Rubr. 4. n. 1.

Minister verò osculatur ampullas, quas

detulit de credentia ad Altare, non verò manus Celebrantis; Rubr. n. 4. pag. 102. & Gavantus ibid. lit. c. & eandem tenere debet in parte inferiori; ita ut Sacerdos possit eas facile per manubrium capere; offerantur eas Minister dextera, sed recipiat ampullam vini sinistra, ut possit ampullam aquæ dextera porrigere cum osculo ejusdem ampullæ tantum: & advertat Minister, ut in porrigendis ampullis debitam faciat reverentiam Celebranti cum capite; nisi Celebratio tione dignitatis, puta Episcopalis, exigit genuflexionem unico genu. Bissus lit. A. num. 162. §. 9. Bauldry supra num. 2. Gavasi in instruct. pro Ministr. Missæ Priv. 8. num. 4.

XI. Gavant. pag. 103. col. 2. lit. g. *Quæta vini, aut aqua disperse apparent, &c.* Quod si post vini, & aquæ impositionem guttæ aliquæ disperse appareant intra Calicem, circumactò vino uniantur, vel purificatorio abstergantur, quod decentius est ne post Consecrationem dubium orietur, si sint consecrata. Bissus lit. S. num. 10. §. 1. Gervasi in instruct. Miss. Priv. supra §. 1. Bauldry supra, & Gavantus supra. Post impositionem Calicis Sacerdos manu sinistra deponit purificatorium omnino extensum super eam Patenæ partem, quæ est extra Corporale, eam cooperiendo. Bauld. Bissus, & Gavasi supra, & à Portu part. 1. de Missa Priv. tit. 7. dub. 4. num. 11. Quod si purificatorium sit ita latum, ut pro cooperienda Patena sit plicandum; extremitates dicti purificatorii respiciant Altare, non verò Celebrantem. Tonell. Rubr. 5. num. 2. Bissus supra, à Portu, & nos etiam supra.

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab oblatione Calicis, usque ad numerum lotionem.

XII. Rubr. num. 5. pag. 103. *Finita Oratione prædicta, accipit manu dextera Calicem.*) Exterfis guttis in Calice, & posito purifica-

torio super Patenam, ut supra, Sacerdos relinquit Calicem in cornu Epistolæ: Bauldry part. 3. tit. 7. Rubr. 5. num. 1. atque à Portu supra.

suprà Rubr. 5. in adnot. num. 7. unde ad medium Altaris accedens, non debet secum deferre prædictum Calicem. Castaldus lib. 2. tit. 8. cap. 5. num. 5. Quart. part. 2. tit. 7. Rubr. 5. num. 1. Billus suprà §. 40. Sed quia aliquando propter nimiam distantiam à medio Altaris ad cornu Epistolæ, à quo Calicem deberet assumere, cogere tur Sacerdos distendere nimis, & ineleganter brachium dextrum; ideo stans adhuc in Cornu Epistolæ, antequam illac discedat, ut eat ad medium Altaris, manu sinistra in nodo deprehendens Calicem, deponit quidem illum in eodem Epistolæ cornu, sed prope Corporale à dicta parte Epistolæ. Angel. part. 3. tit. 7. num. 5. Vinitor part. 2. tit. 7. in adnot. §. 12. Postmodum Sacerdos, junctis de more manibus ante pectus, accedit ad medium Altaris, & facit solitam Cruci reverentiam: mox sinistra manu super Altare posita, dextera stans in medio Altaris, accipit Calicem discooperatum per nodum; cui occurrens, dum est prope medium Altaris, sinistra manu, eum eadem manu accipit per pedem. Bill. & Gerv. suprà.

XIII. Rubr. n. 5. pag. 103. & Gavant. ibid. col. 1. lit. h. *Elevatum tenens, ita ut, &c.*) Tenens igitur Sacerdos Calicem prædictum ambabus manibus elevatum, ita ut sinistra teneat eum per pedem, dextera verò per nodum infra cuppam; ita tamen, ut Calicis cuppa non excedat oculos, neque sit infra os, seu infra mentum Celebrantis, ad differentiam elevati Calicis consecrati, ut optime hoc loco notat Gavantus; ideoque pes elevetur ante pectus, sicut dictum est de Hostia. Quart. part. 2. tit. 7. Rubr. 5. Castald. tit. 2. sect. 8. cap. 5. n. 7. Verumtamen pes Calicis tenendus est, non solis digitorum extremitatibus, sed manu, & digitis. Angel. part. 2. tit. 7. n. 49.

XIV. Rubr. n. 5. pag. 103. & Gavant. ibid. col. 1. lit. i. *Offert dicens: Offerimus tibi Domine, &c.*) Sacerdos Calicem tenens elevatum, ut suprà, offert eum debita intentione, dicens Orationem, *Offerimus tibi Domine, &c.* intentis tamen ad Deum oculis, nimirum ad Crucifixi imaginem, per totam dictam Orationem *Offerimus*. A Portu sup. n. 5. Billus, & Gervasi sup. Quòd si esset legenda prædicta Oratio, quia fortè Sacerdos ipsius oblitus fuisset; tunc sufficeret elevare oculos initio Orationis, & statim eos demittere, ut super tabellam posset legere Orationem prædictam. Tonell. Rubr. 4. num. 1. & Gervasi suprà. Dum Sacerdos offert Calicem, Minister cum quasi osculo receptam solam ampullam vini, vel in loco decenti reponit (facta prius Altari solita inclinatione, sive adit Venerabile in Tabernaculo, sive non adit, nisi sit consuetudo, ut idem Minister tantum se inclinet ad Altare, in quo non est Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti; quia tunc Bauld. part. 1. cap. 17. n. 16. illam improbare non audeat, cum gravissimi Auctores id sentiant, & praxis faveat) vel reportat ad Credentiam: Bonamicus part. 1. Obs. 6. num. 5. certè nullatenus eam colloet super Altare, vel ejus gradus. Bonam. sup. An possit elevari manutergium super Altare extensum, ut à Celebrante possit facilius capi ad manus tergendas; unde non sit necessarium, ut apprehendat illud Minister super brachium, aut manum sinistram; non conveniunt Doctores, ut nos suprà num. 3. innuavimus. Affirmativam sententiam tenent Gavantus hoc titulo Rubr. 2. lit. 1. Corfettus, & Vinitor, quos refert, & sequitur à Portu suprà num. 6. sed noster P. Castald. in Praxi Sac. Cerem. lib. 1. sect. 4. cap. 1. contrariam expressè docet sententiam, quamvis à Portu suprà eum citet pro sua sententia affirmativa. Castaldi opinionem alii quoque sectati sunt, quos suprà allegavimus, & quibus nos quoque adharemus. Hanc opinionem secutus est etiam Solarius in Cerem. Minim. part. 3. cap. 5. num. 4. & noster Magius locis cit. asseverat, quòd P. Raphael Averfa Generalis Cler. Min. & Sapientissimus Theologus, postquam nostrum morem intuitus est, eum com-

meat.

N n

mendavit, iussitque Clericis suis, ut imposterum illum omnes imitarentur. De hoc Ritu iterum erit sermo infra *num. 23*. Igitur juxta hanc sententiam, Minister, dum Sacerdos dicit *Offerimus tibi Domine*, reportat Ampullas vini, & aquæ ad credentiam, ubi eas reponit, ac ampullam vini cooperit suo operculo: mox pro manuum lotionem adaptat mappulam super brachium sinistrum; & accipiens pelliculam manu sinistra, dextra tenet ampullam aquæ: & sic manibus elevatis aliquantulum æqualiter inter se, & à pectore distantibus, cum debitis reverentiis iterum accedit ad latus Epistolæ; & supra gradus, si plures sint, sin minus, ante pradelam, aquam ad manuum lotionem præparatam tenet, expectando ibi Sacerdotem, ut docet *Caltaldus supra*.

XV. Rubr. num. 5. pag. 103. & Gavant. *ibid. col. 2. lit. l. Post Hostiam collocat.*) Finita à Sacerdote supradicta Oratione *Offerimus, &c.* Calicis pes ab eo detinetur elevatus à Corporali ad altitudinem trium circiter digitorum: Anonymus Italus §. *Terminato*: qui Calix ambabus manibus detinetur; & facit cum eo signum Crucis super Corporale, quod non debet excedere altitudinem palmi, in utraque linea. *Baldassar. supra §. Messovi*; *Bisf. sup. & Gervaf. cap. 8. §. Terminata*; & sit ambabus manibus, non autem una tantum, ut malè quidam faciunt. Vinitor *supra*, & *Gervaf. in catalogo error. num. 64*. Non fiat prædicta Crux per puncta, sed per lineas æquales; & proportionaliter reliqua observentur, quæ de formatione Crucis faciendæ cum Patena *supra* exposuimus: itaque formatio lineæ directæ dictæ Crucis incipit ab extremitate posteriori Corporalis, usque ad medium ipsius Corporalis circiter; nec hæc imaginaria Crucis formatio, cum alia pariter imaginaria, quæ cum Patena facta fuit, confundatur: *Tonell. supra Rubr. 3. num. 2*. linea verd transversa deducatur ferme super plicaturam transversam postero-

rem supradicti Corporalis proportionaliter à Portu *supra*; & sic hoc signum Crucis formabitur super Hostiam, quod est animal vertendum. *Tonell. & Gerv. sup.*

Posteà Calicem in medio Corporalis Hostiam collocat ambabus manibus: facit autem, ut Calix distet ab Hostia per spatium alterius Hostiæ circiter; *Bisf. Caltald. & Tonell. sup.* quidquid tradiderit Bonamic. *part. 2. num. 18*. debere nimirum esse spatium unius circiter palmi: non enim colligi potest ex Rubrica, quæ dicit *Post Hostiam*; quæ profecto malè se equaret, si per *ly Pauld post* vellet palmum significare: eumque Calicem deinde Pallam aperit non ad Mysterium, sed ad cautelam ut docet hoc loco Gavantus: allumitur enim Pallam per manum dextram, sinistra posita super Altare, extra Corporale, vel alii volunt, retinente eadem sinistra parte Calicis, aut nodum; ne fortè Sacerdos Calicem impingens nolens invertat; quæ juxta Auctores citandos, semper observat Sacerdos, sive cooperiat Calicem, sive cooperiat, ad præcavendum idem periculum præsertim post Consecrationem; *Angell. part. 3. tit. 6. num. 5. Bonamic. part. 2. num. 1*. quod periculum tamen, absque eo quod Sacerdos Calicem sinistra teneat, facilius evitari poterit, si à propra festinatione se abstineat.

XVI. Rubric. n. 5. pag. 103. & Gavant. pag. 104. col. 1. lit. in *In spiritu humilitatis, &c.*) Cooperto Calice, Sacerdos junctis manibus super Altare positus, tali forma, minores duo digiti, tangant anteriorem partem Altaris, aliis supra ipsum naturaliter junctis, aliquantulum, hoc est, modice inclinatus, dicit Orationem: *In spiritu humilitatis*, voce submissa, & secreta, *supra*; posteà erectus, elevans oculos ad Cælestem imaginem, & illos statim deumque, & eodem tempore, quo elevat oculos, etiam expandens, & elevans usque ad humeros jungensque statim manus ante pectus, *supra*.

manus expanduntur, elevantur, & junguntur, dum dicitur *Oremus* ad Orationes, *Ger- vasi supra; Angeli part. 3. tit. 7. num. 2.*

XVII. Rubr. n. 5. pag. 103. & Gavant. pag. 104. col. 1. lit. n. *Quod semper facit, &c.*) Prædictum Ritum semper observare debet Sacerdos, quando aliquid est benedicturus, ut præscribit *Rubr. num. 5. pag. 103.* quæ quidem verba Rubricæ, nimirum circa modum elevandi oculos, & extendendi manus, intelligenda sunt solum de elevatione manuum, non oculorum, nisi in propriis locis aliud expressè notetur; quod probatur, ex eo, quod multoties super Hostiam, & Calicem post Consecrationem Sacerdos facit Cruces, & tamen tunc non debet elevare oculos, qui in Hostia consecrata figi debent.

Neque dicas, hanc explicationem gratis afferri, eò quod Rubrica loquatur de Benedictionibus faciendis, & ideo non habere locum quoad Cruces, quas post Consecrationem facit Sacerdos, quæ non sunt Benedictiones, ut probat D. Thomas *part. 3. quest. 83. art. 5. ad 4.* cum non spectet ad Sacerdotes summum Caput omnium Sacerdotum benedicere; neque, inquam, hæc dicas: Cruces enim, quæ post Consecrationem fiunt, sunt in honorem Passionis Christi, quæ maxime in Cruce veneratur; vel etiam fiunt ad commemorandam virtutem Crucis; D. Thomas *supra, Bissus lit. C. num. 595. §. 8.* sed quidquid sit, opus fuit, supradictam ponere distinctionem, quia nonnulli de hoc insipienter dubitarunt. Præterea notandum, quod dum dextera aliquid benedicitur, est observanda solum prædicta Rubrica, quando ambæ manus liberæ sunt: quia aliquando sinistra manus est occupata, & tunc manus elevari non possunt, neque jungi, sicut occurrit, quando Sacerdos benedicit Hostiam statim à se consecrandam, & vinum in Calice; tunc enim manu sinistra tenet, vel Hostiam, vel Calicem; item quando in Missa benedicit aquam, quo etiam

tempore sinistra tenet Calicem. *Biss. lit. f. num. 20. §. 42. & 43. Gavant. Bauld. part. 3. tit. 7. Rubr. num. 5. in notis num. 4. Tonell. lib. 2. num. 6.*

XVIII. Rubr. n. 5. pag. 103. & Gavant. pag. 104. col. 1. lit. o. *Veni Sanctificator, &c.*) Sed ut redeamus unde discessimus, Sacerdos elevans oculos ad Crucifixi imaginem, expandens, & elevans usque ad humeros, & jungens statim manus ante pectus *ut supra,* dicit: *Veni Sanctificator omnipotens æterne, &c.* voce submissa, & secreta.

XIX. Rubr. num. 5. pag. 103. & Gavant. pag. 104. col. 1. lit. p. *Signat manu dextera, &c.*) Et posita manu sinistra extensa super Altare extra Corporale, dicens *Et benedic,* format manu dextera extensa Crucem, non per quatuor puncta, ut diximus, sed per duplicem lineam, alteram scilicet rectam, alteram transversam, manente pariter dextera extensa super Calicem, & Hostiam. *Biss. sup. §. 41. & à Portu supra num. 8. & hic,* sicut alibi, quando Crux est communis Calici, & Hostiæ, oportet, ut advertunt multi, ne, dum faciunt primam lineam, interrumpant manum inter Calicem, & Hostiam, sed faciant æqualem, & erectam versus pectus: quamobrem, ut recte fiat, inchoetur prima linea recta à medio pallæ anterioris; & secunda linea transversa ducatur prope oram anteriorem pariter pallæ, quæ mediare solet inter Hostiam, & Calicem. *Bauld. part. 3. cap. 3. num. 6. Tonell. sup. num. 7. & tit. 3. Rubr. 5. num. 1. Bonamic. Observ. 9. num. 4. Lohner part. 2. tit. 18. num. 7. Gavant. sup.* Utraque linea extendatur æqualiter alta, à Calice ad Hostiam, non deprimendo manum super Hostiam super Corporali positam, in loco humiliori à Calicis cuppa. *Bauld. Tonell. Bonamic. Lohn.*

XX. Gavant. pag. 104. col. 2. eadem lit. p. *Transversa pars Crucis fiat manu quoque transversa, non recta.)* Vult Gavantus, prædictam Crucem ita debere fieri, ut pars transversa

dicta Crucis, manu quoque transversa, & plicata, non recta, fieri debeat, qua, ait ipse, ad abigendas à Calice muleas utimur. Huic Gavanti sententia adherent etiam Arnaud. *part. 2. tit. 7.* ubi ait, ita transversa pars Crucis fiat manu quoque transversa; idemque habet Solarius in *Cerem. Minorum part. 3. cap. 1. num. 15.* Cerem. *Minorum obfer. & Cerem. Conventualium part. 2. cap. 2. num. 9.* & *Cerem. Cler. Reg. S. Pauli cap. 7. num. 11.* ita præscribens: *Transversum Crucis fiat quoque manu transversa.* Verùm Cruces in Missa super oblata, manu semper extensa, rectisque digitis efformari oportere, ita ut etiam in transversalis lineæ ductu non debeamus manum invertere, & prima recta linea à transversa, ac plicata manu scindenda non sit, sed eadem in manu extensa, & digitis pariter rectis formanda sit linea hæc secunda; docet disertè Pater Castaldus *libro 2. cap. 6. num. 8. in Ceremon. nostræ Congregationis, & in praxi Sac. Ceremoniarum lib. 2. sect. 7. cap. 3.* his verbis: *Dum signum Crucis super oblata, vel alia benedicenda format, caveat Sacerdos, ut quasi quatuor puncta formans, Crucem designet, neque manum, aut illius digitos instillet. Sed semper extensam manum, & usque digitos omnes tenendo, duas æquales lineas, alteram quidem rectam, alteram verò transversam, qua per medium, rectam lineam prius figuratam interfecet, distinctè formet; & advertens in super, ne nimis celeriter, sed regulariter, aut uniformi motu, quasi calamo lineas designans, affectione senota, manus ipsas ducat, atque deducat. Castaldo subscribit Quarti *part. 2. tit. 3. sect. 1. dub. 5.* ubi ait: *Lineam transversam formandam esse non manu transversa, sed extensa in rectum; probatque hanc sententiam verbis superioris Rubricæ, quæ ita loquitur: Benedicens, totam manum dexteram extendat omnibus illius digitis pariter junctis, & extensis: ita Rubr. ubi nulla prorsus fit mentio de transversanda manu. Mox eadem Rubrica subnectit: Cum rem aliquam benedicit parvum digitum vertat rei, cui benedicit: in quibus**

pariter verbis Rubricæ, nulla sit mentio de manu transversa: quapropter sententia Castaldi, & Quarti, est profectò Rubricæ conformis. Tota vis supradictæ Rubricæ consistit est in illis verbis: *Parvum digitum vertat, &c.* sed solum *Parvum digitum* de verissimum est, lineas Crucis non esse formandas acumine totius manus, sed extremitate minoris digiti; ac propterea semper firmum remanet, manum dexteram modo esse deflectendam in formanda linea transversali; sed semper debere remanere extensam in tota Cruce formanda, quia lineæ Crucis formantur extremitate minoris digiti, & non acumine, seu longitudine totius manus; & ita adimpletur dispositio Rubricæ, vertendo nimirum parvum digitum rei oblata, quæ benedicitur: è contrariò si deflecteret totam manum, non venisset Sacerdos parvum digitum oblatis, quibus benedicit; sed parti laterali Altaris; quod dicitur contra Rubricam.

Præter Castaldum, & Quarti, docetur hanc sententiam etiam Card. Cantelmus in *Cerem. Miss. Priv. cap. 6. §. 5.* Hagerer in *7. num. 5. Angel. part. 2. cap. 14. in alia & Magius in galateo Relig. diff. 26.* Deinde prædicta sententia confirmata fuit auctoritate Decreto Sac. Rit. Cong. vulgato die 1. Augusti 1663. & quod datur in nostro codice sub num. 406. unde compellimur in hoc casu recedere à Gavanti, & aliorum sententia supra exposita.

Advertendum hic est, quòd dum Sacerdos dicit Orationem supradictam, *Post Sacerdos discator, &c.* ad verbum *Deus*, non debet inclinare caput, licet gratis contrarium doceat Polaccus in *Aphuris. part. 1. Cerem. 14.* & cum eo à Portu *supra. num. 15.* sed debet reverentiam solum facere, antequàm dicitur à medio Altaris post Benedictionem oblaturum, ut accedat ad cornu Epistolæ pro lavandis manibus. *Bill. sup. §. 44. & Motta.*

relatus ab Hippol. à Portu §. 97. Tonell. & Bauld. *suprà*.

XXI. Gavant. pag. 104. col. 2. lit. q. Si *facienda est Oblatio Populi, &c.*) Si fiat oblatio à Populo, debet fieri, ut observat Gavantus *hic*. Superest addendum, quòd Sacerdos pro facienda Oblatione, aliquantum retrahit se à medio Altaris. Est etiam in usu apud quosdam, osculari rem offerendam, & manum Celebrantis post Oblationem; quod non videtur inconveniens, maxime quoad rem offerendam (abstineant tamen Mulieres ab osculo manus Celebrantis) dummodò non fiat, ut etiam observat Gavant. in Missis Defunctorum, in quibus oscula omittuntur. Populo faciente oblationem, nunquam datur Patena osculanda, quia hoc prohibuit S. Pius V. in Epistola ad Archiep. Taraconensem; Bauld. *part. 2. cap. 10. art. 1.* potest tamen exhiberi Crux, seu alia imago, juxta usum Ecclesiasticum. Tandem adver-

tendum, quòd in Oratorijs privatis non possunt oblationes recipi. Biss. *tom. 2. lit. O. num. 4.*

De his Populi, & antiquis Oblationibus doctè, & eruditè discuntur Card. Bona *lib. 2. cap. 9.* Johannes Baptista Scortia *de Sacros. Missæ Sacrif. lib. 4.* Antonius Baldassarrius *in sua Liturg. dilucidata part. 1. cap. 36.* Antonius Bellotte *in suis observ. pag. 479. & seqq.* Hieronymus Columbus *de Angelica & humana Hierarch. lib. 4. art. 4. cap. 67.* Johannes Mabillon. *in suo eruditissimo comment. præfixo ad Ordines Romanos*, quos ipse divulgavit; Claudius de Vert *tom. 2. suarum explic. Liturg. cap. 2. num. 38. & seqq.* & recentissimè noster P. Franciscus Berlendi in sua eruditissima dissertatione Italicè exarata, & Venetijs impressa, cui Titulus -- Delle Oblazioni all'Altare; Dissertazione Storica Teologica, &c.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine Oblationis, usque ad finem lotionis manuum.

XXII. Rubric. n. 6. pag. 104. *Accedit ad cornu Epistolæ.*) Sacerdos, cum ad Orationem *Veni Sanctissime* ut benedixerit oblata, facta Cruci reverentia: minimarum maxima, ut docent Biss. *lit. S. num. 20. §. 45.* & alii, junctis manibus ante pectus, accedit ad cornu Epistolæ: in predicto tamen casu omittendam esse Cruci inclinationem deducitur ex Auctoribus, quos dabimus *infra n. 28.* ob rationem ibi adductam.

XXIII. Rubr. n. 6. pag. 104. & Gavant. pag. 105. col. 1. lit. r. *Ministro aquam fundat, elevato prius ab eodem, &c.*) Postquam pervenit Sacerdos ad cornu Epistolæ, ut dictum est, ibi stat; & Minister inclinans se se eidem Celebranti, ampullam aquæ quasi osculans, infundit parum aquæ in pelvum, donec Sacerdos det signum definiendi: sed ne aquæ guttulæ cadant super

Altare, aut Sacerdotis paramenta, Minister pelviculam, quasi ad cinguli altitudinem elevare debet; ampullamque supra pelvim attollet, ad octo circiter digitorum mensuram. Castald. *lib. 1. cap. 16. num. 6.* Lohner *part. 3. tit. 9. num. 9.* Illud etiam diligenter observare debet Minister, ut semper super eandem pelviculæ partem aquam infundat; ne hac, illacque discurrans Celebrantis humectet totam manum. Præscribit præterea Gavantus, ut idem Minister elevet paululum ab Altari manutergium; ut Sacerdos illud facillè capere queat ad manus tergendas: sed juxta ea, quæ tradidimus *suprà num. 14.* dictum manutergium debet Minister præ manibus, vel super brachio sinistro tenere; ubi præter Doctores ibi allegatos, docet hoc etiam Corsett. *tract. 1. part. 1. cap. 1. n. 22.*

XXIV. Rubr. n. 6. pag. 104. & Gavant. pag. 105. col. 1. lit. f. *Lavat manus, id est, &c.*) Prædicto modo aquam fundente Ministro, Sacerdos lavat ibi munus, id est extremitates digitorum pollicis & indicis utriusque manus, non totas manus, non os, aut labia. Polaccus *part. 1. §. 16.* Vinitor *part. 2. tit. 7. in adnot. §. 18.* neque purificatorio, sed manutergio à Ministro sibi porrecto, non quidem in Altari, sed super Ministri brachioposito (ut diximus in *Observationibus, & Additionibus num. 3.* & mox *num. 14.* unde vide ibi, quæ dicta sunt) manus abstergat. Vinitor *supra.*

Dum digitos lavat, hoc non faciat super Altare, sed conversus ad Ministrum, aquam infundentem: dum verò digitos abstergit manutergio à Ministro porrecto, vertat se Sacerdos ad parietem Altaris in eodem cornu Epistolæ. Angel. *part. 1. tit. 7. n. 53.* & Aloysius Gherardi *cap. 7. num. 14.* Postea Minister, recepto manutergio à Sacerdote, se inclinans descendit, immisurus aquam in Sacrarium, aut alium locum congruum, aut in vasculum ad id deputatum, non autem super pavementum, nisi ex necessitate; & tunc spargere debet aquam in diversas pavimenti partes; Bonamic. *part. 1. observ. 6. n. 6.* & omnia reportet ad credentiam, factis debitis inclinationibus, & reverentiis, tam accedendo, quam recedendo ab Altari; manutergium plicat; & sumpta campanula, si opus est, redit ad graduum anteriorem infimum in cornu Epistolæ, ubi genuflectit, postquam fecerit consuetam inclinationem. Bonamic. *sup. & part. 1. observ. 12. num. 11.* Lohner *part. 3. tit. 9. num. 10.* & Gervasi in *instruct. pro Ministr. Missæ Priv. cap. 8. n. 9.*

XXV. Rubr. n. 6. pag. 104. & Gavant. pag. 105. col. 2. lit. r. *Lavabo inter innocentes manus meas.*) Sacerdos, dum manus lavat, recitat Psalmum *Lavabo inter innocentes, &c.* non movens se ab eodem Epistolæ loco, ubi est; Bonamic. *part. 2. num. 10.* & omnes

communiter; & dicit submissa, & levari voce, ita autem lentè versus dicti Psalmi profectur, ut totus Psalmus sit terminatus cum manuum absterione: Bauld. *part. 1. tit. 7. num. 2.* Biff. *lit. 5. num. 20. §. 41.* in fine prædicti Psalmi *Lavabo* dicitur *Gloria Patri.*

XXVI. Gavant. pag. 105. col. 2. edict. lit. t. *Ad versus Gloria Patri, qui post incensum reditur.*) Controvertitur à Doctores an dici possit à Sacerdote illud *Gloria Patri* dum est in via, redeundo à cornu Epistolæ ad medium Altaris; & sententiam affirmative amplectuntur Gavant. hic, Angel. *sup. num. 51.* Lohner *part. 2. tit. 18. num. 8.* Baud. *tit. 7. num. 11.* negativam vero sententiam tuentur Bauld. *part. 3. supra num. 1.* Tonell. *sup. Rubr. 7. num. 3.* Bordonus in *Reg. tom. 2. à Portu sup. num. 6.* & Gervasi in *instruct. Missæ Priv. supra §. Festa laudanda Benedictione, &c.* & hoc ob hanc validissimam rationem, quia inclinatio capitis, qualem exhibere debet Sacerdos versus Crucem dum dicit *Gloria Patri*, fieri debet sine ortu locali personæ; ut docent Diana *part. 1. tract. 3. respons. 34.* & Bordonus *supra.* Puto autem, quòd non possit dici in via, reverà, pace Auctorum, qui primam sequuntur sententiam, dici non potest ob rationem allatam, dubitatur, an recitari debeat dictum *Gloria Patri*, solum in medio Altaris? Affirmant Tonell. Bauld. *sup. Bauld. part. 2. cap. 2.* Biff. *sup. Gerv. supra num. 22.* Bordon. Diana *supra*, Petrus Bona in *Ord. celebrandi Missæ part. 3. §. 6.* quòd nunc adhæret etiam ipsemet Gervasi in *Mibi communicato*; & censet cum prædicto recitandum esse *Gloria Patri*, in cornu Epistolæ, priusquam Celebrans ab eodem cornu Epistolæ discedat; & id reverà colligitur ex verbis subsequenti Rubricæ, ubi habetur: *Lotis manibus, & illis ante pedes genua revertitur ad medium Altaris*: supponitur ergo prædicta verba, recitatum esse integrè

Psalmum, & per consequens etiam *Gloria Patri*, cum hoc sit pars Psalmi. Debet igitur illud recitare, dum abstergit digitos, verâ facie ad parietem Altaris in cornu Epistolæ. Certum est tamen, quod ubicunque ex his locis dicatur (quamvis supradictus secundus Ritus magis arrideat, quia est conformior Rubricis Missalis) semper Celebrans Cruci caput inclinât, inclinatione minimarum maxima; in quo conveniunt omnes, præsertim verò Bauld. Tonell. Lohn. Gerv. Boldall. Biff. & à Portu *sup.*

XXVII. Rubr. n. 6. pag. 104. & Gavant. pag. 105. col. 2. lit. u. *Prætermittitur, &c.* Prædictus versus *Gloria Patri* prætermittitur

in Missis Defunctorum: cum enim dicatur in signum lætitiæ, non habet locum in functionibus luctus: & advertendum, quod loco *Gloria Patri*, non est dicendum *Requiem æternam*; ut aliquos gratis fecisse refert Bauld. *part. 3. tit. 7. Rubr. 6. num. 3.* & Biffus *suprà* § 45. Item prætermittitur versus *Gloria Patri* ad Psalmum *Lavabo*, in Missis de tempore à Dominica Passionis, usque ad Sabbatum Sanctum exclusivè. Sed utrum omitti debeat in Missis Votivis de Cruce, & de Passione, quæ dicuntur prædicto tempore Passionis, alibi resolvimus negativè cum Biff. *lit. P. num. 255. §. 1.* quia istæ non sunt Missæ de tempore.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à fine lotionis manuum, usque ad initium Præfationis,

XXVIII. Rubr. n. 7. pag. 105. *Celebrans lotis manibus, &c.* Lotis manibus Sacerdos, & ceteris peractis, ut mox diximus, manibus extensis, & ante pectus junctis, redit ad medium Altaris; redit autem convertendo latus dexterum ad Altare, ut naturaliter ambulet ad medium ipsius Altaris; à Portu *nam. 2.* ubi stat erectus. Tonell. *suprà* Rubr. 7. *num. 1.* Angel. *part. 3. tit. 7. num. 7.* Gervasi *suprà* §. *Ritornato.* Benven. *sup.* pag. 19. Utrum autem statim, ac ad medium Altaris pervenerit, Sacerdos debeat facere consuetam inclinationem Cruci, dissident inter se DD. Affirmant Biffus *sup.* Lohner *part. 6. tit. 7. num. 7. lit. h.* & etiam Tonell. *suprà*; quamvis hic in *lib. 3. cap. 1. §. 4. num. 2.* ubi docuit, quod in accessu, & in recessu à Cruce sit faciendâ inclinatio, hanc apposuerit exceptionem: nisi paulò ante recessum, vel paulò post accessum à Rubrica præscribatur: & exemplum ipsemet dederit, ut in osculatione Altaris, & in inclinatione capitis exhibenda ad vocem *Deum* in principio Symboli: ideoque inhaerendo huic suæ doctrinæ, patius excludere debebat in hoc casu Cruci

reverentiam: nam hæc statim fiet, hoc est post oculorum elevationem, ut infra, in dicenda Oratione, *Suscipe Sancta Trinitas, &c.* Stando igitur prædictæ regulæ generali, tenenda est potius sententia negativa, nempe non esse faciendam in prædicto casu à Sacerdote Cruci inclinationem; ut docent Benvenuti *pag. 19.* & à Portu *suprà* Rubr. 6. *n. 3. in adnot.* nisi tamen Sacerdos, dum est in medio Altaris, diceret *Gloria Patri*, quia tunc profectò inclinare deberet: sed hoc dicendum est potius in cornu Epistolæ, ut supra adnotavimus.

XXIX. Rubr. n. 7. pag. 105. & Gavant. *ibid.* col. 1. lit. x. *Suscipe Sancta Trinitas, &c.* Stans igitur, ut supra, erectus Sacerdos in medio Altaris, oculosque ad Deum elevans, hoc est ad Crucifixi imaginem, & statim demittens absque manuum gesticulatione, tam in elevatione, quam in demissione; Polacius *part. 2. §. 16.* manibus junctis super Altare positus, aliquantisper inclinatus, hoc est mediocriter, voce secreta dicit Orationem, *Suscipe Sancta Trinitas, &c.* manibus jun-

junctis, super Altare positus tali forma; ut minores duo digiti tangant anteriorem Altaris partem, & ut alii supra ipsum Altare sint naturaliter juncti. Gavant. Benven. & à Portu *suprà*.

XXX. Rubr. n. 7. pag. 105. & Gavant. *ibid.* col. 1. lit. y *Orate fratres*.) Dicta prædicta Oratione *Suscipe Sancta Trinitas*, manibus hinc inde extensis, & super Altare positus, extra Corporale tamen, nisi hoc esset ita magnum, ut id commodè fieri non possit; Billus *suprà* §. 18. osculatur Altare in medio: tum junctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, à sinistra manu ad dexteram, vertit se ad Populum, ut dicat *Orate fratres*. Hæc duo tantùm verba *Orate fratres*, proferuntur voce nec submissa, sive secreta, nec alta, clara, & ordinaria, sed mediocri, extendens simul, ac jungens manus de more. Castaldus *lib. 2. cap. 16. n. 2.* Billus *suprà* §. 46. Bauldry *part. 3. cap. 2. num. 5.* & alii. Post dicta hæc duo verba *Orate fratres*, Æt aliquantulum Sacerdos versus Populum, nec se tam citò vertat ad Altare, sicut quando dicit *Dominus vobiscum*, sed morulam faciat. Paris de Crassus *lib. 2. cap. 4.* Billus *suprà*; Tonell. *lib. 2. tit. 7. Rubr. 7. num. 3.* Bauld. *part. 3. tit. 7. Rubr. 7. num. 1.*

XXXI. Gavant. pag. 105. col. 1. eadem lit. y *Leo Papa instituit*, ex Radulpho *prop. 23.*) Gavantus ex Radulpho *prop. 23.* adstruit, Leonem Papam instituisse prædictam precem, & de ea mentionem fecisse Sothezum de *Consec. dist. 1. &c.* Sed hæc eadem deprecatio *Orate fratres* reperitur, ut refert Serranus *part. 1. num. 141.* in Liturgiis SS. Marci, & Jacobi, non quidem sub iisdem verbis, sed sub aliis, videlicet: *Orate pro offerentibus, ut servet præsentem Sacerdotem, qui ea offert. Dominum Deum supplices imploremus.* Alias hujusmodi formas refert Card. Bona *lib. 2. cap. 9. num. 6.* Itaque quamvis

prædictam precem instituerit Leo I. sub verbis, quibus modò fit; quoad substantiam tamen, vel sensum Apostoli tradiderunt: docet Stephanus Durandi *lib. 2. de Rit. cap. 29.* à Gavanto citatus.

XXXII. Rubr. n. 7. pag. 105. & Gavant. *ibid.* col. 2. lit. z *Perficit circum, &c.*) De inde sine ulla capitis, aut corporis sed Populum inclinatione, vertit se Sacerdos ad Altare ut perficiat circum; convertitur autem ad illum junctis manibus ante pectus à parte dextera Altaris, id est à parte Evangelii; dum se vertit perficiendo circum, voce submissa prosequitur: *Ut in unum, ac vestrum Sacrificium, &c.* Billus, Tonellus, & Gervasi *suprà*. Utrum autem Sacerdos debeat facere reverentiam Cruci, cum fuerit ad Altare reversus post dicta verba, ut supra cum, licet in Rubricis in hoc casu nullum habeatur verbum de reverentia faciendâ Cruci; Billus tamen *tom. 2. lit. R. num. 13.* sicut etiam Hippolytus à Portu *suprà* Rubr. 7. *in adnot. num. 13.* putant cum Tonello *libro 2. titulo 7. Rubrica 7.* Sacerdotem non posse in supradicto casu Cruci inclinationem, quia, cum antea terga verterit Cruci, idem, imò plus, ac si ab Altari medio accesserit.

XXXIII. Rubr. n. 7. pag. 105. & Gavant. pag. 106. col. 1. lit. a *Suscipiat Dominus*.) Dicto autem *Orate fratres*, Ministri, seu circumstantes respondent, *Suscipiat Dominus, &c.* qui tamen hæc respondet, non debet statim respondere dicto *Orate fratres*, sed prius faciant; sed aliquantisper expectent, quia prius Sacerdos prosequi debet: *Ut in unum, ac vestrum Sacrificium*, usque ad ultimam verba, *Patrem omnipotentem*; neque Sacerdos respondeat *Amen*, antequàm Minister integrè confecerit Orationem, usque ad postremas voces *Sua Sancta*. Castaldus *lib. 2. cap. 16. num. 11.* Billus *lit. S. num. 20. §. 46.* Lohr *part. 3. tit. 9. num. 10.* Bauldry *suprà* *part. 1. cap. 17. n. 21.* Gervasi *suprà*.

Quando Minister dicit *Suscipiat, &c.* re-
manet genuflexus, sed erectus corpore, &
capite. Ita pariter in defectu Ministri, vel
aliterius respondentis, Sacerdos sibi met
respondet, dicens, *Suscipiat Dominus, &c.*
de manibus meis, &c. erectus & stans, dum
hæc dicit, in eodem Altaris medio, mani-
bus ante pectus junctis, & voce submissa,
Romanicus part. 2. num. 21. Gervasi, & à
Portu supra num. 15.

XXXIV. Rubr. n. 7. pag. 105. & Gav.
pag. 106. col. 2. lit. b. *Orationes secretas.*)
Quo *Suscipiat* finito, sive à se dicatur, sive
à Ministro, & non prius, Celebrans sub-
missa voce, semper concludit, dicendo
Amen. Deinde manibus extensis ante pe-
ctus, ut sit ad alias Orationes ante Episto-
lam, & stans in medio Altaris (sed con-
versus aliquantulum ad librum, ut possit
commodè legere, qui liber debet esse prope
Corporale, Bissus supra §. 2.) dicit absolute,
non solum sine *Oremus*, sed etiam sine *Do-
minus vobiscum* (quod significatur per il'a
verba Rubricæ num. 7. p. 105. & sine alia
interpositione) ex libro, & submissa voce,
Orationem, vel Orationes secretas; & si
plures sint dicendæ, primam concludit,
sicut fit in fine primæ Orationis ante Episto-
lam. Si igitur unica Oratio sit dicenda,
submissa voce eam dicit usque ad conclusio-
nem exclusivè, quam conclusionem alta
voce legit. Si verò plures Orationes re-
dicentur, debet primam Orationem termi-
nare secretè per illa verba, *per omnia Secu-*

la Seculorum, & debet sibi respondere *Amen*:
Lohner part. 2. tit. 19. num. 2. Bauldry part.
3. tit. 7. n. 1. Billius supra §. 46. Gervasi su-
pra §. Quando: deinde subjungitur secunda,
tertia, &c. Oratio, sub unica conclusione.
Lohner supra.

Notandum hic occurrit, quòd dum Sa-
cerdos stans in medio Altaris, aliquid in Mis-
sali reperire debet, sive Orationes secretas,
sive aliud; quantum fieri potest, uti debet
sola manu sinistra, dextera super Altare po-
sita; ut ita fiant actus cum omni decencia:
sed valde laudabile erit, in Sacristia quarre-
re omnia, & signacula suis locis aptare. At
ubi ex necessitate adhibeatur dextera, man-
us ad invicem, non super imponantur.
Bissus supra num. 45. Tonellius supra num.
4. & à Portu supra num. 19. Cum di-
cit *Per Dominum nostrum*, jungit manus,
concludit Orationes, sicut reliquæ conclu-
duntur; cum dicit *Jesus Christum* (& non
prius) caput inclinat, Rubrica superior, ver-
sus Crucem, inclinatione minimarum ma-
xima. A portu sup. num. 21. Gervasi supra §.
Avvertirà. Si concludatur Oratio per aliam
conclusionem, tunc non inclinatur caput;
Gervasi cap. 5. §. Terminando, & à Portu su-
pra; sed manus junguntur de more ad vo-
cem, *In unitate*; Gervasi, & à Portu su-
pra; quod idem facit (nempe jungit ma-
nus, & caput inclinat) in prima, & ul-
tima tantum Oratione, non autem in medi-
is, quia istæ non terminantur per illam
conclusionem. A Portu supra.

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab initio usque ad finem Præfationis.

XXXV. Rubr. n. 8. pag. 106. & Gavant,
ib. col. 1. lit. c. *Depositis super eo manibus,*
&c.) Diâs Orationibus secretis, Sacerdos
cum pervenerit ad finem conclusionis ulti-
mæ Orationis secretæ, ad illa scilicet ver-
ba: *Per omnia Secula Seculorum* exclusivè,
Gavanti, Rubr. Miss.

stat in medio Altaris, facie ad librum con-
versa, ut Præfationem legat; Vinitor part.
2. tit. 7. in adnot. §. 23. depositisque super
Altare manibus hinc inde extensis prope Cor-
porale; quas manus, antequam incipiat,
Per omnia Secula Seculorum, deponit abque
capi-

capiti inclinatione, vel oculorum elevatione. Gervasi *sup. c. 8. §. In fine*; Angel. *part. 3. tit. 7. n. 8.*

XXXVI. Rubr. n. 8. pag. 106. & Gavanti. *ib. col. 1. lit. d. Intelligibili voce*, Per omnia *Secula Seculorum*.) Deinde dicit Sacerdos convenienti & intelligibili voce, nimirum eadem, qua clarè reliqua in Missa legi solent: *per omnia Secula Seculorum*, sive deinde talia verba sint finis Orationis ultimæ secretæ, sive principium Præfationis. Quart. *part. 2. tit. 7. Rubr. 1.* Post hæc verba prosequitur eadem voce Præfationem, dicendo, *Dominus vobiscum, &c.* Sed non jungit manus, retinet quippe illas immotas, à Portu *Rub. 8. in adn. n. 5.* nec vertit se ad Populum, quia jam proximus Sacrificio, nullo modo se divertit ad aliud; ut tantum opus possit tota applicatione perficere. Amalarius *lib. 3. cap. 9.* ubi ad nos moraliter erudiendos hæc habet: *Nec debet Arator, dignum opus exercens, vultum in sua terga referre.* Rursus Innocentius III. de Mysteriis Missæ *cap. 12.* docet pariter idem, dicendo, quod -- Sacerdos non se vertit ad Populum: quia cor habet sursum ad Dominum, jamque intentus est ad Sacrificium Altaris pertractandum.

XXXVII. Rubr. n. 8. pag. 106. *Cum dicit Sursum corda.*) Elevat manus usque ad pectoris terminos, & non ultrà; Tonellius & alii cit. à Portu *suprà num. 6.* ita ut palma unius manus, digitis junctis in suis extremitatibus, respiciat palmam alterius manus. *Rubr. suprà, Bissus, Lohner, & Gervasi suprà.*

XXXVIII. Rubr. n. 8. pag. 106. *Cum dicit Gratias agamus Domino, &c.*) Jungit manus, sed prius elevat eas usque ad humeros; Bissus, & Gervasi *suprà*, aliter operemur contra Rubricæ dispositionem, quæ in quilibet manuum elevatione præfigit pro termino humerorum altitudinem. Ita *Rubr. n. 3. tit. 4. pag. 88.*

XXXIX. Rubr. n. 8. pag. 106. *Cum dicit, Deo nostro*) Oculos elevat ad Crucifixi imaginem, & statim caput inclinat; deinde demittit, caput etiam inclinando inclinatione minimarum minima, dum profert præ-

dicta verba *Deo nostro*; ita Hippolytus à Portu *sup. n. 7. & 8.* quam inclinationem minimam etiam Minister exhibere debet: Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 32.* respondetur deinde à Ministro, *Dignum, & justum est,* in Ordine Missæ; sed voce clara, & alta, ut respondere debuit antecedenti.

XL. Rubr. n. 8. pag. 106. *Responde dignum, & justum est.*) Sacerdos elevat, & extendit manus, quemadmodum elevavit, & extenduntur ad Orationem, & sic perseverat, donec dicatur *Sanctus, &c.* Angel. *part. 3. tit. 7. num. 8.* Gervasi *suprà, &c.*

XLI. Rubr. n. 8. pag. 106. *Prosequitur Præfationem, &c.*) Deinde tenens eodem modo supradicto manus, prosequitur Sacerdos Præfationem propriam, vel communem, juxta Rubricarum dispositionem, in quibus Præfationibus egimus *suprà part. 1. tit. 12.* eadem voce clarè, & ordinatè. Quando in Præfatione communi, & aliter dicitur, *Per Christum Dominum nostrum,* inclinatur caput: Vinitor *part. 2. tit. 7. in not. §. 25.* Corsetus *tract. 2. part. 2. sect. 1. n. 1.* (nec unquam per totam Missam, dum dicitur *Per Christum Dominum nostrum* sine verbo *Jesus*, caput inclinet; una solum vice excepta; scilicet in Canone post Consecrationem ante verba *Nobis quoque peccatoribus*: Vinitor *suprà*) è contrà inclinat inclinatione minimarum media in Præfatione B. M. quando profertur hoc nomen: à Portu *suprà n. 11.* & à fortiori inclinat caput inclinatione minimarum maxima versùs Crucem ad nomen *Jesus*, quando nominatur in præfatione; sicut etiam Minister ad prædicta verba caput inclinare debet.

XLII. Rubric. n. 8. pag. 106. *Cum dicit Sanctus, &c.*) Nec manus super Altare ponit Sacerdos, nec pectus percussit; Bissus *suprà §. 49.* Bauldry *part. 3. Rubr. 8. suprà n. 1.* Vinitor *suprà §. 25.* quod nec facit Minister Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 32.* Vinitor *part. 2. tit. 16. num. 30.* sed junctis ante pectus manibus mediocriter inclinatus, voce ordinatè

inter claram, & submissam, scilicet depressam in uno tono; Corsetus tract. 2. part. 1. sect. 1. in addit. num. 4. à Portu supra n. 14. & Gervasi supra; dicit Sanctus, &c. atque profertur in tali voce mediocri usque ad finem. Anonymus Italus, Bonamicus part. 1. observ. 7. n. 2. & Gervasi supra.

XLIII. Rubr. n. 8. pag. 106. & Gavant. ibid. col. 2. lit. e. Campanulam pulsante.) Minister interim, hoc est, dum Sacerdos dicit Sanctus, parvam campanulam pulsat ter interpolatim, duobus ictibus pro singulis vicibus; Bauldry part. 1. & 3. supra. Billus supra paragr. 49. Lohner part. 3. tit. 9. n. 10. & Gavant. hac lit. e. vel uno continuato sono (quod tamen minus placet; Vinitor loc. infra citand.) pulsat usque dum Sacerdos dicit Benedictus, &c. tunc enim campanulam in secundo gradu, ad dexteram Celebrantis deponit. Vinitor part. 2. tit. 16. paragr. 30. Bauldry part. 1. cap. 17. num. 32. Lohner supra part. 3. tit. 9. num. 10. Gervasi in instruct. pro Ministr. Missæ Priv. cap. 9. num. 1.

XLIV. Rubr. n. 8. pag. 106. & Gavant. ibid. col. 2. lit. f. Signum Crucis sibi producit, &c. Cum Sacerdos dicit Benedictus, qui venit, &c. erigit se & corpore, & capite;

& signum Crucis sibi producit à fronte ad pectus juxta morem consuetum, & hoc idem Crucis signum eodem tempore sibi format Minister. Bauldry, Vinitor supra, &c. In formando dicto Crucis signo debet Sacerdos tenere hanc regulam: dum profert vocem Benedictus, signat frontem; dum profert Qui venit, signat pectus; dum profert In nomine Domini, signat humerum sinistrum; dum profert Osanna in excelsis, signat humerum dexterum.

XLV. Gavant. pag. 106. col. 2. eadem lit. f. Hic Hymnus non alio modo terminandus est, quam adhibito signo Crucis, & manuum junctio in fine.) Vult Gavantus, quod Sacerdos jungat manus solum post factum signum Crucis, sicut fit ad finem Hymni Angelici; cui Gavanti sententiæ subscribunt Bauldry part. 3. tit. 7. Rub. 8. Vinitor, & Gervasi supra in instruct. Missæ Priv. neccon Benvenuti pag. 21. Billus verò supra paragr. 49. à Portu supra n. 17. & Angel. part. 1. tit. 7. num. 56. tenent, non esse faciendam manuum junctioem: quia statim post factum signum Crucis, quod sequitur, est elevatio manuum cum elevatione oculorum, & deinde junguntur manus super Altare.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à fine Offertorii, usque ad incensationem Oblatorum.

XLVI. Rubr. n. 9. pag. 106. & Gavant. pag. 107. col. 1. lit. g. Accedunt ad Altare.) In Missa Sollemni, dicto à Celebrante Oramus, Diaconus, & Subdiaconus genuflectunt in locis suis post Celebrantem. Gavantus hic, Bauldry part. 3. tit. 11. art. 7. n. 1. & Celebrans submissa voce, junctis manibus, recitat Offertorium. Bauldry part. 3. supra, Billus lit. E. num. 197. §. 84. Subdiaconus verò per planum vadit ad credentiam, ad Altare reversurus, ut infra dicemus. Bauldry part. 1. cap. 13. & part. 3. supra, n. 1. Corsetus tract. 1. part. 1. cap. 3. n. 11. Billus supra.

An Diaconus statim post cantam unum Oramus, debeat ascendere ad Altare, non conveniunt Doctores. Castald. lib. 1. sect. 7. cap. 1. n. 15. Bauldry & Billus supra, neccon Abbas Benven. in Missa Sollemni §. Dum in Choro; & de Bralio part. 2. cap. 6. num. 1. affirmativam tuentur sententiam; negativam verò amplectitur Lohner part. 3. tit. 2. §. 2. n. 1. Verum ego Auctoribus prioræ sententiæ cum Hippol. à Portu part. 2. de Missa Sollemni tit. 7. Rubr. 9. in adnot. n. 1. libentius adhaereo, ea ratione permotus, quia, si Diaconus expectare deberet, donec

Celebrans legerit totum Offertorium, ut docet Lohner *suprà*, illa mora ad nihil inferviret.

Posito, quòd statim, facta prius genuflexione, ut *suprà*, in suo loco Diaconus ascendere debeat ad Altare, ut juxta nostram sententiam reverà ascendere debet, oritur aliud dubium inter Rubricistas; utrum ad sinistram Celebrantis accedere debeat? Affirant Castald. *suprà*, Turrin. *part. 2. sect. 3. cap. 3. §. Finito Symbolo*; & Corsetus *trad. 1. part. 1. cap. 4. n. 9.* negat verò Lohner *part. 1. tit. 2. §. 2. n. 1.* Bissus *suprà*, Benven. *suprà*, de Bralio *suprà*, Bauld. *part. 1. cap. 12. & part. 3. suprà*, in quam negativam sententiam pariter descendit à Portu *suprà*: quia hoc ipso, quòd ad sinistram Celebrantis, seu ad librum Diaconus pervenisset, ut Celebranti assisteret in dicendo Offertorio; Celebrans Offertorii lectionem terminasset, vel ex toto, præsertim si Offertorium esset breve, vel ex parte quasi totali: quare Diaconus non inferviret assistendo Celebranti, ut Auctores contrariæ sententiæ intendunt: volunt enim ipsi, ut clarè legitur in Turrino cit. quòd Diaconus se conferat ad librum Missalem, ut monstrat Offertorium Celebranti. Ex alio capite cogereur Diaconus statim à sinistra Celebrantis discedere, & ad ipsius dexteram transire, ut adversarii fatentur. Igitur Diaconus facta genuflexione in loco suo post Celebrantem, ut *suprà* dictum est, statim ad ipsius Celebrantis dexteram accedat; ut etiam videtur disponere Rubrica n. 9. quæ dicit: *Disto Oremus, Diaconus, & Subdiaconus accedunt ad Altare in cornu Epistole*: en igitur, quòd conformior est Rubricæ, accessus Diaconi ad dexteram; quàm ad sinistram Celebrantis, Ad Librum verò quod attinet, potius Ceremoniarius assistat; qui ideò ascendente ad Altare Celebrante, accedere debet per planum ad cornu Evangelii, eum debita inclinatione Cruci. A Portu *suprà*.

XLVII. Rubr. n. 9. pag. 106. *Diaconus amovet Calicem, si est in Altari.* Diaconus verò, si Calix est ad Altare, quamvis non deceat esse in credentia, ut docet *Robr. superior*, facta genuflexione in loco suo post Celebrantem, accedit ad ipsius dexteram, ut mox diximus; & amovens Calicem à medio Altaris, illum collocat versus cornu Epistolæ, ubi eum detegit, & Patenam infert Celebranti, eo modo, quo infra dicemus. Interim Subdiaconus facta etiam genuflexione post *Oremus*, pergit ad credentiam, ut imponatur ei velum oblongum à aliquo Ceremoniario, vel etiam ab aliquo Acolyto super humeros: Turrin. & de Bralio *suprà*, & Benvenuti §. *Subdiaconus*, vel etiam extendit sibi, adjuvantibus Acolythis, circa humeros prædictum velum oblongum. *Cerem. Episc. lib. 1. cap. 10. §. 1. & lib. 2. cap. 8. §. 60.* Tum procedit ad Altare, ut infra dicemus, ad cornu Epistolæ sequente Acolyto. Bauldry *part. 3. cap. 1. art. 7. n. 4.*

XLVIII. Rubr. n. 9. pag. 106. *Vel si sit credentia, ut magis decet, &c.* Si verò Calix sit in credentia, ut etiam ex Rubricæ capite decet, & omnino in ea esse debet; non Subdiaconus post impositum sibi velum oblongum, eo modo, quo paulò ante dicemus, sed ita, ut pars dextera veli longè pendeat, ut præscribit *Cerem. Episc. prærà*, ad hoc, ut commodè Calicem cooperire possit; Bissus *lit. S. n. 196. §. 13.* inquam, faciat, quod infra adnotatur.

XLIX. Gavant, pag. 107. col. 1. *Deponitur autem velum parvum Calicis, &c.* Imposito velo oblongo serico, vel auriplegiato, super Subdiaconi humeros, ut mox innuimus, controvertunt Rubricarum interpretes, an parvum Calicis velum amovendum statim sit à Calice, & in credentia relinqui debeat? Negat Castald. *lib. 1. sect. 7. cap. 1. n. 15.* Bralio *suprà*, affirmat verò Gavant. *hic*, Bauldry *part. 3. suprà*, Lohner *part. 3. tit. 2. n. 11.* Chittani

Miss. 1. cap. 10. n. 3. Cabrin. cap. 3. n. 23. Benven. sup. Cerem. Presbyt. Cong. Missionis rom. 1. part. 2. art. 7. n. 1. sicut etiam à Porto sup. n. 4. cui affirmativæ sententiæ adherendum esse crediderim; tum quia Rubrica Missalis nullam mentionem facit de prædicto parvo velo, licet sermonem habeat de omnibus; quæ cum Calice portari debent, tum qui Calix sine velo expeditius deferretur. Amoveri igitur debet à secundo Ceremoniario dictum parvum-velum, ut voluit Bissus, & Benvenuti supra; vel ab ipsomet Subdiacono, ut præscribit Cerem. Presbyt. Missionis loco cit. & postea relinquatur super credentia; quod quidem velum plicari exinde potest; vel à supradicto Ceremoniario, ut tenet Lohner supra; vel ab Acolythis, ut vult Venantius tit. 9. de Acolythis in Missa Sollemni cap. 1. n. 7.

L. Rubr. n. 9. pag. 106. & Gavant. pag. 107. col. 1. lit. i. *Manu sinistra tenens, &c.* Subdiaconus accepto velo oblongo, ut supra, manu sinistra nuda, non autem velo pendente ab humeris cooperta, accipit Calicem, Gavant. *hic*, per nodum cum suis requisitis, Bissus supra, hoc est cum Patena, super qua sit Hostia munda palla cooperta Cerem. Episc. lib. 2. supra. Tunc dictam partem longiorem veli, super ea extendit, dextramque supra ipsum velum, & Calicem leviter apponit; ne aliquid decidat; & sic ad Altare procedit sine ulla omnino genuflexione, quia non vadit, neque transit per medium; Bissus, Lohner supra; & pergit ad cornu Epistolæ per viam brevioris, id est per latus Epistolæ. Bauldry, Biss. & à Porto supra.

LI. Rubr. n. 9. pag. 107. & Gavant. ib. col. 1. lit. m. *Comitatus ab Acolythis, &c.* Interim dum Subdiaconus defert Calicem, primus Acolythus, vel alius deputatus, accipit ambabus manibus ampullas vini, & aquæ; illasque elevatas usque ad pectus sine operculis, subsequens Subdiaconum, & non eum præcedens, Gavant. *hic*, defert

ad cornu Epistolæ, porrigitque Subdiacono, ut infra, prius ampullam vini, mox aquæ.

LII. Rubr. n. 9. pag. 107. *Ipsè Diaconus Calicem detegit, &c.* Subdiaconus cum pervenerit ad Altare, deponit super illud Calicem: tum Diaconus stans in eodem cornu Epistolæ, removet à Calice partem longiorem veli pendentis ab humeris ipsius Subdiaconi.

LIII. Rubr. n. 9. pag. 107. & Gavant. ibid. col. 1. lit. n. *Patenam cum Hostia, &c.* Deinde dictus Diaconus Patenam cum palla accipit, & conversus ad Celebrantem, deposita Palla prope Corporale, ita ut facile apprehendi possit, Patenam cum Hostia discooperta Celebranti porrigit ambabus manibus; ita ut dextera ejus sit versus superiorem partem, & sinistra versus inferiorem; & ita ut Celebrans suas manus interponere possit, eamque ambabus manibus capere valeat: prius tamen Diaconus, tum Patenam, tum Celebrantis manum osculatur. Gavant. Castald. Lohner & Bauldry supra. Sed solus Celebrans Hostiam offert, Bissus lit. C. n. 197. §. 35. more solito, dicendo Orationem *Suscipe Sancte Pater*, & postea deponit Hostiam super Corporale, ut mos est; Patenam verò deponit super Altare verus cornu Epistolæ, extra Corporale quidem, sed prope illud. At si Symbolum non diceretur, dicto à Celebrante *Oremus*, Subdiaconus imposito sibi velo, ut supra, defert cum Calice bursam Corporatum; & cum ad Altare pervenerit cum supradicto Ministro; Diaconus ambabus manibus eam accipit (cui cedente locum Celebrante) ad medium Altaris accedens explicat Corporale prius in medio genuflectens, & bursam ponit in cornu Evangelii; & facta iterum genuflexione, recedit à medio (& Celebrans redit ad medium Altaris ut prius) deinde redit ad Subdiaconum, ubi cætera peragit ut supra. Bauldry part. 3. supra art. 7. n. 3. Biss.

lit. S. n. 196. §. 14. Turrin. part. 2. sect. 3. cap. 3. §. Finito Symbolo.

LIV. Rubr. n. 9. pag. 107. Subdiaconus extergit Calicem cum purificatorio.) Interim, dum scilicet Celebrans Hostiam offert, Subdiaconus sinistra manu Calicem per nodum accipiens, & dextera manu purificatorium assumens, digitis ejusdem dexterae manus in Calicem immittit, cum purificatorio extergit; Rubr. sup. Bauldry part. 1. cap. 13. art. 1. n. 27. quod purificatorium deinde nodo Calicis circumvolvitur, sique Calicem statim exterius sine osculis in manus Diaconi tradit. Lohner part. 3. tit. 3. Bauldry supra.

LV. Rubric. n. 9. pag. 107. & Gavant, ibid. col. 2. lit. o. Diaconus accepta ampulla vini, &c.) Postquam Diaconus à Subdiacono Calicem accepit, eum sinistra tenet in nodo, non elevatum, sed super Altare positum, &c. Billus supra §. 36. & statim dextera manu ampullam vini de manu ejusdem Subdiaconi recipit, qui eandem de manu Acolythi accipit, utroque dante, id est Acolytho, & Subdiacono, omnino sine ulla osculis. Gavantus hac lit. o. Bauldry, Lohner, & alii.

LVI. Rubric. n. 9. pag. 107. & Gavant, ibid. col. 2. lit. p. Ampullam aquae.) Dum Diaconus vinum in Calicem infundit, Subdiaconus ampullam aquae ab Acolytho sine osculis in dextera manu per manubrium acceptam parum elevans, & ostendens benedicendam Celebranti, versus illum aliquantulum inclinatus, dicit submissa voce: *Benedicite Pater reverende.* Castaldus lib. 1. sect. 7. supra, Nicolaus de Bralio supra n. 3. & Celebrans tunc facit versus aquam signum Crucis (interim manu sinistra pectori admoda) dicendo eodem tempore: *Deus, qui humanae substantiae, &c.* & non prius; Cereimon. Missae Privatae cap. 6. de faciendo signo Crucis §. 3. n. 1. quam Orationem manibus ante pectus junctis prosequitur. Billus lit. C. n. 197. §. 36. de Bralio supra à Portu supra n. 14. & interim Subdiaconus paucas aquae

guttas in Calicem infundit; deinde reliqua ampullam Acolytho, tradita ei prius ampulla vini, quam à Diacono recepit, illa que remanet. Bauldry supra, Billus supra supra.

Si adsint Particulæ consecrandæ pro Communionem Fidelium, serventur ea, quæ dantur à Gavanto hoc loco, cum quo conveniunt etiam Bauldry, & Turrin. supra non Bill. lit. D. num. 123. §. 29. qui admodum ut Pyxis, seu Calix talium Particularum post Oblationem factam, collocatur à Diacono semper super lapidem consecratum, sive super Altare portatile, post Calicem.

LVII. Rubr. n. 9. pag. 107. & Gavant, ibid. col. 2. lit. q. Cum eo dicit, Offerimus, &c.) Post infusionem vini, & aquae in Calicem, Diaconus, si guttae dispersae appareant, ut facile accidere potest, intra Calicem, abstergit purificatorio. Maxime tamen Calicem sinistra per nodum, & dextera manu per pedem, vel alio commodiori modo, si fieri potest, porrigit Celebranti per nodum Calicem, cum osculo pedis ipsius Calicis, & deinde manus Celebrantis; quæ Celebrans capiens ambabus manibus, dextera scilicet nodum, sinistra pedem, illa offert simul cum Diacono, qui sua dextera sinistra infra pectus admoda, tangere debet pedem Calicis, seu brachium dexteram Celebrantis sustentare; simulque cum illo dicit idem Diaconus Orationem, *Offerimus tibi, Domine, &c.* Cerem. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 63. & Rub. supra. Castaldus tamen ibid. 1. sect. 7. cap. 1. n. 15. docet, Diaconum in prædicta circumstantia debere sinistra brachium Celebrantis, dextera vero pedem Calicis sustentare; sed Bauldry, Lohner, & alii, ionixi verbis Rubricæ, quæ loquuntur cum particula disjunctiva, firmiter tenent id, quod nos supra tradidimus.

Major insurgit difficultas in quærensatione, ob quam Diaconus concurrat simul cum Celebrante ad offerendum Calicem, non verò ad offerendam Hostiam; cuius rei

Nullam rationem reddit Gavantus. Dixerem itaque super hoc, idè juxta Romanum Rituum prædictam Orationem *Offerimus tibi Domine, &c.* in oblatione Calicis non solum à Sacerdote, sed etiam à Diacono recitari: tum quia Diaconus antea vinum Calici infundit; tum quia antiquitus idem Diaconus Sacratissimum Sanguinem Populo ministrabat, juxta illam Laurentii Sanctissimi Diaconi ad Sixtum Pontificem querimoniam; quem cum ad Martyrium properantem videret, ipse cupidus Martyrii sic Sanctum Sacerdotem alloquens, dicebat: *Quòd, Sacerdos Sanctus, sine Diacono proprias nunquid degenerem me probasti? experire, utrum idoneum Ministrum elegeris, cui commisisti Domini Sanguinis dispensationem, Sanguinis, inquit, non Corporis sub specie panis; utique & hoc dicturus, ait noster Caracciolus in notis doctissimis ad caput 9. primæ partis nostrarum constitutionum n. 4. si Diacono id quoque licuisset. Stet igitur, primoribus Ecclesiæ temporibus, Diaconorum munus præcipuum fuisse, communicantibus sub utraque specie Calicem Sacrum porrigere; in ejus rei probationem multa veterum testimonia affert Martene lib. 1. de antiquis Ecclsi. Ritib. cap. 4. art. 10. n. 5. Id tamen Diaconibus vetitum fuisse innuit S. Chryostomus homilia 46. in Matthæum, ubi sic loquitur --- Non vides, qualiter soli Sacerdoti licet Calicem Domini Sanguinis præbere? E contra sunt, qui adstruant ex Justino Martyre in Apologia 2. ad Antoninum Imperatorem, Diaconos ex pane, & vino, & aqua consecratis, partes distribuisse unicuique presentium, & ad absentes detulisse. In Concilio vero Arelatensi 2. Can. 15. statutum est, ut Diaconus Corpus Christi presente Presbytero tradere non præsumat; cui succinit Concilium Carthaginense 4. Can. 38. Sed hæc ostendunt suntaxat, variam fuisse locorum diversorum circa Ministrum Communione consuetudinem; Romæ tamen certum, quòd*

Corpus ministrabat solus Celebrans, ut fatetur etiam Martene loc. cit. Calicem verò etiam Diaconus porrigebat, & ad absentes Acolythus Sacra dona deferebat: unde saltem juxta Romanam prædicam disciplinam subsistit ratio adducta, ob quam Diaconus est confors cum Sacerdote oblationis Calicis, non verò Hostiæ.

Præterire hoc loco non debeo, quòd supra allegata verba à Divo Laurentio prolata eruntur ex Divo Ambrosio lib. 1. officior. cap. 41. ubi tamen hæc præcisa leguntur: *Experire certò, utrum idoneum Ministrum elegeris, cui commisisti Domini Sanguinis Consecrationem:* sic scriptum est in antiquis codicibus, tam editis, quam MS, non *Dispensationem*, ut in vulgatis libris correctum est. Huic autem lectioni, ut optime notat Card. Bona lib. 1. cap. 25. ver. Liturg. n. 4. nullatenus formidandæ, aut corrigendæ, sed omnino restituendæ, favet contextus, nam sequitur: *Cui consummandorum consortium Sacramentorum, huic consortium tui Sanguinis negas?* Confors scilicet, erat Diaconus Consecrationis, & consummationis Sacramentorum; & Ambrosius modo loquendi illius Seculi, non de Consecratione Sacramentali, sed Ministeriali locutus est: certum est enim, quòd Diaconus non consecravit Sanguinem Christi, sed eo à Sacerdote consecrato, sanctificabat, & quodammodo consecravit Populum, ipsum Sanguinem Dominicum ei ministrando, & dispensando.

Cæterum prædicta formula, *Offerimus tibi Domine*, ita in numero plurali pronuntiata adhibetur utique à Sacerdote, etiam in Missa Privata, dum celebrat sine Diacono: quia formulæ pro Sola mni Missa institutæ, ut notat laudatus Bona eodem lib. cap. 9. n. 5. non mutantur in Privata. Hujus verbi *Offerimus* meminit Augustinus lib. 20. adversus Faustum Manichæum cap. 21. dicens: *Quis enim Antistitem in locis Sanctorum Corporum assistens Altari aliquando*

quando dixit: *Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane?* sed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronavit.

LVIII. Rubr. n. 9. pag. 107. & Gavantus ibid. col. 2. lit. r. *Ponit in dextera manu Patenam.* Facta Oblatione, Celebrans solus more solito, id est facto signo Crucis cum Calice, ponit eum super Corporali in medio retro Hostiam, ita ut Hostia sit inter ipsum Celebrantem, & Calicem. Cerem. Episc. lib. 2. cap. 2. §. 63. Bissus tom. 1. lit. G. §. 38. & statim Diaconus prædictum Calicem Palla cooperit. *Ceremon. Episc. supra.* Tum idem Diaconus accipiens de Altari Patenam, ponit illam in manu dextera Subdiaconi stantis in cornu Epistolæ; Cerem. Episc. supra; & Rubrica supra; ita ut pars nobilior Patenæ, hoc est pars inferior respiciat ipsum Subdiaconum. De Bralione supra, Gavant. lit. f.

LIX. Rubric. n. 9. pag. 107. & Gavant. ibid. col. 2. lit. f. *Cooperit extremitate veli, &c.* Collocatam, ut supra, in manu dextera Subdiaconi Patenam Diaconus cooperit extremitate veli ab humeris dicti Subdiaconi pendens à parte dextera: *Ceremon. Episc. lib. 2. cap. 8. §. 63.* adjuvante tamen Ceremoniaro; Bauldry part. 1. cap. 13. n. 29. Bralione supra; & mox ipse Subdiaconus sine genuflexione vadit post Celebrantem ad medium Altaris in planum.

LX. Rubric. num. 9. pag. 107. *Et facta genuflexione ibi stat, &c.* Ubitunc, & non prius, facta genuflexione, super medium infimi gradus stat in eodem plani medio; Rubric. supra, de Bralione supra, Bauldry part. 1. cap. 13. & part. 3. supra n. 8. Lohner part. 3. tit. 3. n. 11. nec amplius genuflectere debet, nisi ad elevationem SS. Sacramenti, ut infra (quamvis Celebrans, aut alii genuflectant) nisi aliter notetur, Cabrinus cap. 3. n. 26. Bauldry part. 3. supra, Lohner supra.

LXI. Rubr. num. 9. pag. 107. *Sustinens eam elevatam, &c.* Subdiaconus, ut di-

ximus, stans in plano, tenet Patenam elevatam ob oculos, usque ad illa verba Orationis Dominicæ: *Et dimitte nobis debita nostra*: Rubr. supra, Cerem. Episc. lib. 2. cap. 1. §. 74. iustinet, inquam, Patenam elevatam ante oculos, sinistra manu brachium dexterum sustentans. Polaccus part. 2. lib. Castaldus lib. 1. sect. 7. n. 16. à Porta part. 7. Rubr. 9. in adnot. num. 24.

LXII. Rubr. n. 9. pag. 107. & Gavant. pag. 108. col. 2. lit. t. *Patena non tenetur.* In Missis autem Defunctorum, & in Festis sexta Parasceves, Patena à Subdiacono non tenetur, ut etiam suo loco dicitur, Rubr. 9. & Gavantus.

Superest advertendum, quòd dum Diaconus Patenam Subdiacono porrigit, Celebrans prosequitur Orationem, *In Spiritibus militatis, &c. & Veni Sanctificator, &c.* interim Acolythus defert ampullas ad eandem; Bissus lit. C. n. 197. §. 39. Thuriferarius verò cum thuribulo, & Navicularius cum navicula, accedunt ad Altare, & Thuriferarius solus cum thuribulo, & navicula simul, si non adsit Navicularius, in initio Missæ, Bauldry part. 3. cap. 11. n. 7. num. 9.

Præterire etiam non debet, quòd in Ceremoniali PP. Augustinensium part. 4. cap. 1. præscribitur, quòd Subdiacono tantum in Missa Sollemni datur Patena tenenda, non verò aliis inferioris ordinis, quando compareret in aliquo casu necessitatis eos, excepto Subdiaconi officium in Missa: sed ego non dubitarem, etiam inferiori Clerico in aliquo casu posse Patenam tradi: scio enim, quòd aliquando in Ecclesia Romana actum fuisse sine scrupulo, etiam extra casum necessitatis: id ostendo auctoritate Ordinis Romani III. à Mabillonio vulgati, in quo habet lego num. 16. -- Acolythus, quando incensans Pontifex Canonem, venit sub humero habens sindonem in collo ligatam, & tenet Patenam in dextera parte ante pectus suam.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, ab initio Incensationis oblatorum, usque ad Præfationem.

LXIII. Rubr. n. 10. pag. 109. & Gavanti. ibid. col. 1. lit. u. *Dicens, Per intercessionem, &c.* Dicit à Celebrante *Veni Sanctificator, &c.* Thuriferarius vel Navicularius si adest, tradit naviculam Diacono, qui eam tenet coram Celebrante (sicut & Thuriferarius thuribulum) & ministrat ut initio Missæ: unde resumenda sunt, & percurrenda omnia, quæ tradidimus in nostris Additionibus, & Observationibus ad Gavanti Commentaria tit. 4. hujus secunda partis n. 14. & seqq. & Celebrans ter imponit thus in thuribulum, scilicet, *Per incessionem, &c.* ad verbum Diaconi *Benedicere*, reddito prius cochleari eidem Diacono, qui illud recipit cum solitis osculis; semel manu dextera Celebrans producit signum super thuribulum fumigans. Gavanti hic, à Porta supra, Castald. lib. 2. tit. 2. cap. 14. Tum Diaconus tradit thuribulum cum solitis osculis, ut in alia incensatione, Celebranti, cujus brachium dexteram, iterum dicitur, quasi sua sinistra sustentat.

Non levis emerit scrupulus circa verba illa, *Per intercessionem Sancti Michaelis Archangeli, &c.* quæ habentur in precatione, quam profert Celebrans, dum, ut mox dicimus, benedicit incensum, quod immitit in thuribulum. Cum enim Angelus, qui Zachariæ apparuit, & stetit à dextris Altaris incensi, Lucæ cap. 1. sit Gabriel, affirmante ipso *Ego sum Gabriel, &c.* videtur Michaelis nomen, non ab auctore hujus precationis eidem insertum, sed oscitantia librariorum intrusum: & equidem antiquissimi codices Liturgici, non Michaelis, sed Gabrielis referunt nomen. Illyrici Missa ab Eminentissimo Bona edita, ut alibi dicit, ad calcem operis rerum Liturgicarum; Missa Tilliani codicis à Menardo vulgata post Gregoriti Sacramentarium; MS. Pontificale Salisburgensis Ecclesiæ, apud Martene lib. Gavanti. Rubr. Missæ.

de antiquis Eccles. Ritib. cap. 4. art. 12. Pontificale Sagensis Ecclesiæ undecimo Seculo exaratum, & allegatum à Petro Le Bru tom. 1. part. 3. art. 7. sicut & Missale plenarium satis vetustum, quod extat in Bibliotheca Angelica PP. Augustinensium Romæ, legunt *Gabrielis*, non verò *Michaelis* in prædicta precatione. Cum igitur nullus antiquior codex appareat, in quo Michaelis nomen ibi legatur, dubitari non poterit, germanam loci hujus esse lectionem, quæ mox laudati codices præferunt. Merito itaque piissimus & eruditissimus Cardinalis Thomasius hujus loci emendationem exoptabat. Vidit difficultatem Parisiensis Missalis editor, eamque declinavit, præmittendo nomen utriusque Archangeli, *Michaelis, & Gabrielis*, sed dicendo tantum in tali precatione, *Per intercessionem Sancti Archangeli*, nullum aliud nomen exprimendo, teste eodem Le Brun loc. cit. In Missali verò Meldensis Ecclesiæ, quod Doctissimus Antistes Jacobus Bossuet edi curavit, locus iste fuit correctus, & *Gabrielis* nomen loco *Michaelis* appositum. Miramur D. de Vert, qui in nonnulla alia minoris etiam momenti, diligenter, & severè nimis censoriam virgam exercuit, Orationem hanc nullis observationibus illustrasse; cum tamen amplius animadversioni locus non desset. Denique prætereundum non est, totam hanc precationem à PP. Prædicatoribus, & Carthusianis omitti in suis Missalibus, nec adhuc ab Ecclesiis Lugdunensi, Senonensi, Tullensi ac Laudunensi fuisse receptam. Conatur laudatus Petrus Le Brun sensum hujus precationis tueri, etiamsi legendum esset *Michaelis*, qui in Apocalypsi cap. 8. legitur, quod *Angelus stetit ante Altare, habens thuribulum aureum*; hic autem Angelus creditur fuisse Michael; sed præterquam quod

Pp in

in Apocalypsi nomen Michaelis non refertur, certum etiam est, quod auctor prædictæ precationis mentem intendit ad Zachariæ factum; quocirca non poterit non esse contorta quæcumque effingatur explicatio, neque etiam contra manifestam veritatem stare potest aliqua probabilis ratio, seu conjectura, qualis est illa, quam loc. citat, affert idem Le Brun de apparitione S. Michaelis in Monte Gargano; in cujus historia legitur, quod visus fuerit S. Michael in loco ubi ædificata est Ecclesia, tenens in manu sua thuribulum: unde est, quod in Officio prædicti Archangeli recitatur illa Antiphona: *Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua*: hujusmodi, inquam, conjecturæ satis profecto non sunt ad prædictam difficultatem eliminandam; cum nimis manifestum sit, auctorem precationis, mentem direxisse ad exprimendum Angelum illum à Zacharia descriptum, qui stabat à dexteris Altaris incensi, & qui eidem Zachariæ dixit: *Exaudita est Oratio tua.*

LXIV. Rubr. n. 10. pag. 108. & Gavant. ibid. col. 1. lit. x *Incensat oblata, &c.*) Celebrans accepto thuribulo, nulla facta reverentia, etiam si sit expositum SS. Sacramentum, incensat oblata,

LXV. Rubr. n. 10. pag. 108. & Gavant. ibid. col. 1. lit. y *Ter ducens thuribulum, &c.*) Incensat, inquam, hoc modo, juxta dispositionem Rubricæ, ter ducens thuribulum super Calicem, & Hostiam simul, in modum Crucis; ut præseribit Rubrica, & ut describitur in præfenti delineata figura, non decantans, & elevans per quatuor partes, ut multi faciunt, quasi quatuor puncta signantes; sed ter ducens a quali altitudine thuribulum in modum Crucis per duas lineas, quarum prima erit directa, altera transversalis.

Primo igitur Celebrans ducit thuribulum à capite *fascia*, ubi adest n. 1. prope tabellam Secretarum usque ad extremitatem anteriorem ejusdem *fascia*, & ducendo hanc lineam dicit *Incensum*; deinde ducit thuribulum,

ut formet lineam transversam Crucis, incipiendo à capite *fascia*, ubi adest n. 2. in cornu Evangelii, usque ad ejusdem extremitatem in cornu Epistolæ; & sic habebitur prima Crux; & dum ducit hanc lineam transversalem, dicit *Istud*.

Secundo ducit thuribulum à capite *fascia* n. 3. usque ad extremitatem, dicens, *Ad te Domine*, & deinde à capite *fascia* n. 4. usque ad extremitatem, dicens, *Benedicium*; & sic habebitur secunda Crux,

Tertio ducit thuribulum à capite *fascia* n. 5. usque ad extremitatem, dicens, *Ad te Domine*, & tandem à capite *fascia* n. 6. usque ad extremitatem, dicens, *Ad te Domine*; sic habebitur tertia Crux: ad singulas prædictas Cruces proferri debent verba prænotavimus, & prout in exposita figura etiam continentur.

Crucis interfecatio debet fieri inter Calicem pallam, & Hostiam ad perpendicularitatem.

Celebrans formatis tribus Crucibus super Calicem, & Hostiam, ut supra delineavimus, demittens manum, & quasi tangens pede thuribuli mensam Altaris, incipit quantum incensationem, ducendo thuribulum circa oblata.


Primo à dextra ad sinistram, incipiendo à capite *fascia*, ubi adest numerus 7. in exposita tabula, & prosequitur donec perficiatur circulus, dicens hæc verba: *Et descendit per nos*. Peracto hoc primo circulo, paulisper suspendit motum thuribuli; & sic habebitur prima circumfatio.

Secundo prosequitur quintam incensationem eorundem oblatorum, incipiendo à capite *fascia*, ubi adest numerus 8. & prosequitur donec perficiatur ejusdem *fascia* circulus, interim proferendo hæc verba: *Misericordia*; quo prolato, & peracto circulo, iterum suspendit paulisper motum thuribuli; & sic habebitur secunda circumfatio & quinta incensatio.


Tertio denique, Celebrans ducit thuribulum à sinistra ad dexteram, incipiendo à capite

TABULA II.

In qua delineatur Ordo incensandi Oblata per modum Crucis.



Gavant. Rubr. Miss.



cap
tur
cent
tert
tion
In
proh
inne
circ
st v
d.li
sup
hoc
f/c
ei v
quit
tres
ne
pro
Ce
de
ner
fin
Ce
ped
Ni
ner
sap
sap
I
ibi
qui
del
Ru
Cal
tra
f.c
muf
ber
tion
ei i
con
bra

capite fascia, ubi adest n. 9. & prosequitur donec perficiatur hic tertius circulus, dicendo hoc verbum, *Tua*; & sic habebitur tertia circuitio, & perfectio totius incensationis super oblata.

In qualibet ex his tribus circuitionibus proferuntur verba à Celebrante prout mox innuimus, & prout notantur in quolibet circulo hujus tertiæ tabule. Hoc loco observandum superest, quòd quamvis in modè delineatis tabulis, Cruces, & circuitiones super oblata appareant inter se distantes; hoc factum est ex necessitate, quia in eadem fascia, & in eadem linea non poterant incidi verba dicenda in qualibet Cruce, & circuitione: cæterum tres Cruces super oblata, tresque circuitiones fieri debent in eadem linea, loco, situ, & modo, &c.

Hæc, quæ à nobis traduntur ita exactè pro incensatione oblatorum, collegimus ex Cereemoniali PP. Escemitarum S. Augustini.

Diaconus verò, dum Celebrans supradicto modo incensat oblata, pedem Calicis tenet manu dextera, & in tota incensatione, sinistra manu partem posteriorem planæ Celebrantis sustinet; dexteram autem supra pectus tenet post incensationem oblatorum. Nicolæus de Bralton *part. 2. cap. 3. n. 7.* Lohner *part. 3. tit. 2. §. 2. n. 1.* Bauldry *part. 1. cap. 12. art. 1. n. 46.* Castaldus *lib. 2. sect. 2. cap. 2. n. 14.*

LXVI. Rubr. n. 10. pag. 108. & Gavant. *ibid. col. 2. lit. 2. Incensat Crucem, &c.* Postquam incensata fuerint oblata eodem modo, quo descripsimus supra; & qui præscribitur à Rubrica n. 10. pag. 108. Diaconus amovet Calicem è medio Altaris, quem tamen intra ipsum collocat versus cornu Epistolæ; & facta debita reverentia ab utroque, vel genuflexione, si adsit SS. Sacramentum in Tabernaculo, Celebrans prosequitur incensationem Crucis; qua peracta, facta iterum est inclinatio profunda, & reposito à Diacono Calice in suo loco, prosequitur Celebrans incensationem Altaris, ut in princi-

pio Missæ; undelegenda sunt, quæ ibi tradidimus, & iterum videnda prima tabula, in qua optimè describitur Altaris incensatione.

Prædictus Ritus removendi Calicem non observatur profectò ab iis, qui juxta antiquum morem adhibent magnum Corporale, quo Calicem obducunt, ut alibi diximus; quamobrem apud Carthusianos (qui antiquorum Rituum cultores adhibent Corporale multò longius, latiusque, quàm nobis sit in usu, & ejusdem parte posteriore cooperiunt Calicem, & Hostiam) non observatur hic Ritus removendi Calicem in prædicta Altaris incensatione; sicut nos facillè præstare possumus, quia Calicem obducimus parva palla à Corporali sejuncta.

LXVII. Rubr. n. 10. pag. 108. & Gavant. pag. 109. col. 1. lit. a. *Dirigatur Domine Oratio mea, &c.* Dum peragit Celebrans hanc secundam Altaris incensationem, recitat verba illa Orationis, scilicet: *Dirigatur Domine, &c.* usque ad *Accendat, &c.* & ita dispensando prædicta verba; ut eodem tempore finem imponat Orationi simul, & thurificationi. Aliqui prædicta verba ita distribuunt, ut singulis prope ductibus, singula verba respondeant, Lohner *part. 2. tit. 18. de Rit. Sollem. num. 3.* à Portu supra num. 12. Cum Celebrans terminata thurificatione reddidit thuribulum Diacono, dicit: *Accendat in nobis, &c.* ut in Ordine Missæ.

LXVIII. Gavant. pag. 109. col. 1. lit. b. *Thuriferarius deposita navicula, &c.* Dum Celebrans thurificat Altare, Thuriferarius, si non adsit alius, deposita navicula super credentia, vadit ad cornu Evangelii per planum, genuflexus in medio; & quando opus est, amovet Missale cum cussino de Altari, descenditque in planum, ubi stat, donec incensata sit pars anterior Altaris à latere Evangelii, tenens prædictum librum cum cussino; & faciem convertens ad Altare, & dicta parte anteriori incensata, re-

ponit iterum librum cum cussino prope Corporale: mox genuflexione facta, descendit recta in planum; ac in medio iterum genuflectens à tergo Subdiaconi, pergit ad cornu Epistolæ, ubi stabit paulò post Diaconum, dum ipse incensabit Celebrantem; Bauldry *part. 3. cap. 11. art. 7. n. 13.* Bissus *lit. T. num. 49. §. 6.* vel Ceremoniaris Missale ab Altari remouet, ne impediatur incensationem; qua facta illud reponit, Bauldry *suprà*, & de Bralio *part. 2. cap. 6. n. 10.*

LXIX. Rubr. n. 10. pag. 108. *Et incensatur ab eo.*) Peracta tota incensatione Altaris, Diaconus accepto thuribulo, ut *suprà*, descendit in planum à parte Epistolæ, ad cuius sinistram erit Ceremoniaris, Thuriferarius verò post Diaconum; qui facta cum præfato Ceremoniario profunda capitis inclinatione Celebranti, eum triplici ductu incensat, & iterum caput profunde cum Ceremoniario eidem inclinatur; cui præfatus Celebrans, ne modicum quidem se inclinare debet, ut fecit in prima sui incensatione, de qua *suprà*.

LXX. Rubr. n. 10. pag. 108. & Gavant. pag. 109. col. 1. lit. c. *Incensat Chorum, comite Thuriferario.*) Postquam Diaconus incensauit Celebrantem in Cornu Epistolæ, si Chorus sit ante Altare, antequàm salutet Chorum incensandum, genuflectat Cruci. At si Chorus sit retro Altare, tunc Diaconus ab eodem loco, in quo Celebrantem incensauit, id est à cornu Epistolæ, habens thuribulum præ manibus, accedit ad Chorum, præcedente Thuriferario: Bissus *lit. D. num. 122. §. 33.* ex quo sequitur, quòd iuxta hanc sententiam Bissi, Diaconus debet in dicto loco à cornu Epistolæ, antequàm discedat, genuflectere; quid quid docuerit Bauldry *part. 3. supra num. 16.* nimirum, quòd in prædicto casu Diaconus debeat genuflectere, quasi ante medium Altaris à dexteris Subdiaconi cum Thuriferario. Cum autem pervenerit Diaconus ad Chorum, ut illum incenset, sicut debet

ex munere suo, ut patebit ex Decreto infra citando; facta primò debita genuflectione versùs Altare, deinde conuersus stans in medio, salutatur totum Chorum gyrum; quem Diaconum, omnes in Choro existentes, debita inclinatione, & deo capite resalutant, stantes, & urbanitatis gratia scamis, seu stallis non adhaerendo. Deinde Diaconus inchoat suam incensationem, incipiendo à dignioribus, quodam tamen; sed præferendo illos, qui sunt à parte primi Chori, videlicet, si major Dignitas residet, deinde eos, qui sunt ex altera parte, & semper cum debita reverentiis ante thurificationem: quòd ad sint Prælati, vel Dignitates, vel Canonici Cathedralis Ecclesiæ, illis profundam reverentiam facere debet, non solum antequàm, sed etiam post thurificationem. Ex *Con. Canonicoꝝ Regul. cap. 24.*

Utrum autem sint incensandi per ordinem ab uno Choro, deinde ad alium procedendum; an verò relictis inferioribus Chori primi debeant incensari Superioribus alterius Chori, & postea iterum redire ad primum Chorum, ut in eo inferiores incensentur; concludit Bissus, quòd auctoritas sit Ecclesiarum consuetudo; sed iuxta decretum evulgatum à S. R. C. die 10. Julii 1607. prius debeat Diaconus incensare superiores ex utraque parte Chori, relictis inferioribus, & postea iterum redire ad primum Chorum ad incensandos inferiores; nam in Decreto mox allegato, quod datus est nostro Indice sub *num. 62.* ita rescriptum fuit in *Placentina ad 3. dubium*... *Canonici omnes ex utraque parte Chori incensandi sunt ante Mansionarios, non obstantibus consuetudine in contrarium.*

Dum Diaconus incensat digniores in Choro, Thuriferarius stare debet quasi ad latus ejus sinistrum; Bissus *lit. I. num. 44. §. 2.* & post incensationem digniorum retrahit se ad locum commodiorem prope aditum Chori, expectans ibi finem incensationis

tionis; Billus *suprà*, & Bauldry *suprà* num. 17. & melius juxta aliorum sententiam, semper sequi debet à latere Diaconi, ut *suprà*; quod mihi magis arridet, cum sit juxta communem praxim Basilicarum Urbis.

LXXI. Gavant. pag. 109. col. 1. lit. c. *Se mutuo invitent, antequam quilibet incensetur à Diacono.* Illi, qui sunt incensandi, antè inter se mutuam inclinationem facere debent; ita ut alter alterum immediate sibi subsequentem capitis motu modeste invitet ad thurificationem prius capiendam. Ceremon. Episc. lib. 1. cap. 23. §. 20. Gavant. ibi, Billus *suprà* §. 3. & Bauldry *suprà* n. 18. Quò verò ad resalutandum Diaconum incensantem, observari debet regula Ceremonialis Episcoporum *loc. mox cit.* tradita, nimirum, quando, qui incensatur, est dignior incensante, nullam reverentiam incensanti facit, neque modicam; si sit æqualis, modicam reverentiam facere poterit; si sit inferior, debita capitis inclinatione incensantem resalutare debet. Billus *suprà* §. 3. Bauldry verò *suprà* part. 3. art. 7. num. 28. dicit, quòd omnes incensandi, Prælati exceptis, inclinare debent Diacono incensanti, ante, & post incensationem; quòd si in Choro tanta sit multitudo Clericorum, ut incensatio finiri non possit ante finem Præfationis; tunc sufficit incensare separatim illos, qui sunt in sedibus superioribus; & reliqui inferiores poterunt incensari sine mora; ita ut finita sit incensatio paulò antè quàm dicatur *Sanctus*. Ita Billus *suprà* §. 7. & Bauldry *suprà* eodem n. 18. Corsetus tract. 1. cap. 11. num. 21.

LXXII. Gavant. pag. 109. col. 1. lit. c. *De Canonico, & majorum incensatione vide Cerem. Episcoporum.* Quinam ordo debeat servari in incensatione Prælatorum S. Romanæ Ecclesiæ, & Regum, aut magnorum Principum, traditur à Ceremoniali Episcoporum *cit. lib. 1. cap. 23. à num. 22. usque ad num. 31. inclusivè*; nos itaque solum hic subjecimus Decreta S. R. C. quæ

aliquid præscripserunt circa talem præcedentiam in thurificando.

Clerici parati thurificandi sunt, ratione paramentorum, ante Beneficiatos. Ita S. R. C. 10. Junii 1602. in *Lauretana*; & datur in nostro Indice hoc Decretum sub num. 1.

Beneficiati parati incensentur ante non paratos. S. R. C. 30. Augusti 1602. in *Calaritana*; & datur in nostro Indice sub num. 9.

Assistentes Episcopo, licet minus digni, præferuntur omnibus aliis, & ante Dignitates thurificantur. S. R. C. 23. Maji 1603. in *Nolana*; & in nostro Indice datur sub num. 19.

In Ecclesia Collegiata exempta, præsentate uno Canonico Cathedralis cum Episcopo, & Abbate Collegiatae ejusdem cum suis Canonicis, prius incensetur Canonicus, quàm Abbas. S. R. C. 7. Februarii 1604. in *Alexandrina*; & in nostro Indice datur sub num. 29.

Archidiaconus, qui sustinet baculum Episcopi, thurificandus est post Diaconos assistentes. S. R. C. 28. Aprilis 1607. in *Braccaren.* & in nostro Indice datur sub num. 53.

Sacerdos assistens, licet non sit prima Dignitas, thurificandus est ante Archidiaconum assistentem à dexteris, licet Archidiaconus sit prima Dignitas. S. R. C. 23. Junii 1607. in *Vercellen.* & in nostro Indice datur sub num. 70.

Consuetudo immemorabilis, quòd eodem tempore thurificentur Canonici, & Magistratus servanda est. Ita S. R. C. 1. Septembris 1607. in *Fanen.* & in nostro Indice datur sub num. 73.

Gubernator Civitatis, etiam si sit uxoratus, thurificandus est immediate post Canonicos assistentes; absente verò Episcopo immediate post Vicarium generalem. Ita S. R. C. 17. Novembris 1607. in *Faventina*; & in nostro Indice datur sub num. 75.

Attendatur consuetudo in Vicario, & Canonicis in thurificatione, & aliis, nisi Canonici

sunt parati. S. R. C. 15. Martii 1608. & in nostro Indice datur sub num. 85.

Baro Dominus in Ecclesia Parochiali, ubi non sunt Canonici, thurificandus est post Celebrantem, Ministros paratos, & Archipresbyterum. S. R. C. 17. Septembris 1608. in Bisagnen. & in nostro Indice datur sub num. 93.

Canonici parati assistentes Episcopo precedunt Vicarium generalem, & sunt ante ipsum thurificandi, S. R. C. 6. Martii 1610. in Tiburtina; & antea 3. Augusti 1602. in Egitanen. & in nostro Indice datur sub num. 107.

Si Episcopus aderit, ipsius sedes in cornu Evangelii, uno saltem gradu eminentior Abbati est erigenda... isque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum osculetur... Episcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici ductu, moxque Abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Ecclesiæ, unico tantum ductu sunt thurificandi. Ita S. R. C. 27. Septembris 1659, in Decreto generali §. 15. & datur in nostro Indice sub num. 352.

LXXIII. Gavant. pag. 109. col. 1. ead. lit. c. Celebrans majori presente, &c.) Docet hic Gavantus, quod Celebrans, majori præsentate, cui triplex ductus debeat, non nisi duplici ductu incensari debet. Verùm hic observare debemus, quod si Abbas habens usum Pontificalium, & pontificaliter celebret coram Episcopo Diocesano, qui profectò debet incensari triplici ductu; in tali casu etiam ipsemet Abbas triplici pariter ductu incensandus erit: & hoc colligitur ex Decreto edito à S. R. C. die 27. Sept. 1659. & habetur in Decreto generali §. 15. in nostro vero Indice sub num. 352. in quo statuitur, ut paulò antè innumimus, quod-- Dicitur Episcopus trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Ecclesiæ, unico tan-

tum ductu thurificentur... In quo notandum sunt illa verba, Nisi celebret; ex quibus intelligitur, quod si dictus Abbas celebret pontificaliter coram Episcopo, non duplici, sed triplici ductu thurificari debeat: & expressè ante hoc Decretum, etiam Totinius in Cerem. PP. Canaldulen. cap. 20. n. 23. tradidit: Quod si adesset Episcopus, vel alius ad insignis Prælatus, nullam in ea Diocesi vel Ecclesia jurisdictionem habens, thurificandi Celebrante duplici ductu, vel habente ipsius privilegium Pontificalium, triplici; triplici vero thurificentur ipsi, & multò magis adesset Episcopus, Metropolitanus, Nuncius Apostolicus, Legatus à Latere, Cardinalis, vel alius maximus Præsul, aut Princeps &c. habens Cerem. Episc. lib. 1. cap. 23. Ut pariter habeatur reverentia erga Celebrantem Sacramentibus ornatum, thurificando eum primo locum tantum erga Præsules, vel Principes, & si Episcopus, thurificando eos pluribus ductibus. Quæ eadem sententia Totinii consonat præter dicto Decreto, nimirum, quod Celebranti coram Episcopo debeat ratione paræmentorum censatio præcedenter ad incensationem Episcopi; sed cum hoc discrimine, quod si Episcopus triplici ductu, Celebrans vero duplici tantum thurificari debet, juxta prædictam sententiam: at si Celebrans sit Abbas, habens usum Pontificalium, & pontificaliter celebret; tunc non duplici tantum, sed triplici ductu, non obstante Episcopi præsentia, incensari debet. In Cerem. autem Monachorum Obser. part. 3. cap. 2. §. 6. habetur: Si verò adessent Episcopi exteri, vel alii Prælati; honoris gratia semper thurificentur immediatè post Celebrantem triplici ductu, sicut & triplici ductu incensabuntur ipsi Celebrans-- In Ceremoniali verò Cleric. Regul. Min. Dominicus Flumara part. 2. cap. 3. tradit-- Quòd Proreges, & Governatores Regnorum, ac Provinciarum, thurificentur triplici ductu post Celebrantem, qui etiam triplici ductu thurificari debet--

usque adducta satis indicant, nullum esse inconueniens, quod plures personæ incensantur aliquando triplici ductu: imò hoc delectatur etiam ex Cerem. Episc. lib. 1. cap. 23. num. 32. ubi inter alia habetur -- Quod si adsit Dominus loci laicus, vel alius Princeps maior, debeat incensari ter, sicut incensatur Episcopus; Celebrans, Dignitates, & Canonici bis &c. -- Unde semper firmiter remanet, non esse contra Canonicas sanctiones, & Rubricarum dispositiones, quod plures personæ thurificentur aliquando triplici ductu. Instituit hanc questionem Magnus in libro de Sacris Cerem. præsertim in Divino Officio, & Choro; opusc. 3. disquis. 16. ubi præterdit, nostrum Castaldum in Cerem. nostra Congreg. Fantorum in Cerem. Carmel. l. 2. Rubr. 18. & Cerem. Canonicorum Regul. cap. 24. & alios, docere, Celebrantem triplici semper ductu thurificari debere; & adducit etiam ex Barbosa in Apostolicis decis. celebr. 705. num. 7. Decretum editum à S. R. C. sub die 13. Januarii 1616. in quo statuitur -- Thurificatio juxta regulas Ceremonialis, debet fieri Celebranti triplici ductu; Dignitatibus, & Canonici duplici; cæteris de Choro unico ductu -- Verùm tale Decretum non potest censi authenticum: quia in Regestis Sac. Congregationis non reperitur, quamvis sit verum, quod in ipso traditur; sed solummodò non subsistit, quod in quocunque casu Celebrans thurificari debeat triplici ductu; nam aliter profectò statuitur in Cerem. Episc. supra cit. epim loc. n. 32. inter alia statuit, quod -- Si adesset Legatus, vel alii Cardinales, ipsi ter; & Episcopus, & Celebrans bis thurificari debeant -- Unde falsum omnino est, quod semper Celebrans triplici ductu thurificandus sit. Nec apud Auctores allegatos cit. loc. à Franc. Magio reperio hanc sententiam ita absolute prolata, ut semper Celebrans triplici ductu incensandus sit: unde utrumque assumptum subsistit, & quod Celebrans aliquando duplici solum ductu thurificandus est;

& quod aliquando possit thurificari triplici ductu, etiam si persona ipsi superior pariter in eadem functione tripliciter thurificetur.

Supere est nunc, ut hoc loco exponantur Decreta edita à S. R. C. in quibus præscribitur, quot ductibus personæ in Choro, vel extra Chorum sunt thurificandæ.

Canonici Ecclesiæ Collegiæ thurificantur duplici ductu thuribali; Clerici verò Parochialium Ecclesiarum unico tantum ductu. S. R. C. 19. Januarii 1613. in CasarAugustana: & datur in nostro Indice sub num. 133.

Portionarii, & alii Beneficiati, si in omnibus sint æquales Canonicis; & æqualiter incedant in Processionibus &c. sunt duplici ductu thurificandi. S. R. C. 21. Martii 1615. in CasarAugustana: & datur in nostro Indice sub num. 147.

Absente Episcopo thurificandus est Celebrans triplici ductu. S. R. C. 30. Januarii 1616. & in nostro Indice datur sub num. 152.

Vicario generali sedenti in Choro, licet supra Canonicos, thurificatio duplici ductu debetur, si tamen non sit Prælati. S. R. C. 14. Januarii 1617. in Nepefina: & in nostro Indice datur sub num. 158.

Prior Collegiæ, si intersit in Cathedrali, thurificandus est duplici ductu, sicuti Dignitates, & Canonici, super quos tamen non habet præcedentiam. S. R. C. 19. Augusti 1619. in Tuscanell. & datur in nostro Indice sub num. 174.

Dignitatibus in Choro existentibus, non debetur thurificatio triplici, sed duplici tantum ductu, non obstante, quod ibi omnis distributio, persona habens Dignitatem incedat cum Rochetto. S. R. C. 21. Martii 1599. & datur in nostro Indice sub num. 540.

Præter supradicta Decreta exhibentur etiam alia spectantia ad hunc Ritum thurificandi; & ideo etiam hæc hoc loco collecta tradere opportunum censemus.

Am.

Assistens Presbyter debet Episcopum thurificare ad sedem, quicumque ille sit; non verò Diaconus Evangelii. S. R. C. 19. *Maji 1607. in Placentina*: in nostro autem Indice datur sub num. 63.

Dum Episcopus thurificat Altare, Canonici duo Diaconi assistentes debent elevare fimbrias. S. R. C. 10. *Maji 1607. in eadem Placentina*: in nostro vero Indice sub n. 64.

Diaconus Evangelii debet thurificare Chorum, nec ab eo munere excusatur sub prætextu contrariæ consuetudinis. S. R. C. 15. *Martii 1608.* & in nostro Indice datur sub num. 86.

Non probatur usus duorum thuribulorum in incensatione personarum. S. R. C. 15. *Martii 1608.* & in nostro Indice datur sub num. 87.

Canonici, & Dignitates non tenentur ad Benedictionem Episcopi genuflectere, sed tantum caput inclinare; nec debent genuflectere, quando Episcopum Celebrantem thurificant; ut declaravit S. R. C. 4. *Maji 1613. in Osen.* quod Decretum datur in nostro Indice sub num. 136.

In personarum incensatione tota thurificatio faciendâ est cum unico thuribulo. S. R. C. 25. *Julii 1618. in Lucerina*: & datur in nostro Indice sub num. 168.

Hic advertendum, quòd S. C. improbat usum duorum thuribulorum in personarum incensatione tantum, non verò in Processionibus SS. Sacramenti, & in translationibus sollempnibus Sacrarum Reliquiarum; in quibus duo thuribula adhiberi possunt; ut notat etiam Bauldry *part. 2. capi 9. art. 1. n. 2.* Adderem etiam, quòd usus duorum thuribulorum tolerari potest in personarum quoque incensatione, quando urget necessitas servandi Decretum supra positum, & datum in nostro Indice sub num. 73. incensandi eodem tempore Canonicos, & Magistratum.

LXXIV. Rubr. n. 10. pag. 108. *Et postremo Subdiaconum tenentem Patenam &c.* Incensato Choro, & aliis personis, si quæ sunt

incensandæ, Diaconus salutato Choro prius, præcedente suo comite Thuriferario, redit ad Altare per eandem viam, & venit in Chorum, habens adhuc thuribulum præ manibus; & facta ab utroque genuflexione Crucis, ipse stans in parte opposita, sive Chorus sit ante Altare, sive post Altare; Thuriferatio verò, retro ipsam stante; Subdiaconum incensat duplici ductu cum mutuis inclinationibus antè, & post Bauldry *part. 3. supra n. 19.* Bissus *lit. D. n. 122. §. 34.* sed juxta sententiam Castaldi *in 1. sess. 7. cap. 3. n. 17.* unico tantum ductu quamvis à Portu *suprà* citet Castaldus, nisi concedentem duplicem ductum in tali incensatione Subdiaconi. Subdiaconus verò dum incensatur, convertit se versus Diaconum, & aliquantulum Patenam magno modo oblectam demittit, & postea iterum elevat Bissus *suprà*, Bauldry *suprà*, & *part. 1. tit. 13. art. 1. n. 31.* & à Portu *suprà*.

LXXV. Rubric. n. 10. pag. 108. *Et post Diaconus incensatur à Thuriferario &c.* Incensato Subdiacono, & facta ei inclinatione, Diaconus reddit thuribulum Thuriferario stanti aliquantulum retrò à dexteris suis, & ascendit ad solium suum secundum gradum ante medium Altaris, post Celebrantem, ubi facit genuflexionem; Bissus *suprà*, Bauldry *part. 3. sup. & part. 1. cap. 12. art. 1. n. 48.* ibique stat versa facie ad Thuriferarium junctis manibus ante pectus; caputque inclinans antè, & post, thurificatur obiecto duplici ductu, inclinante Thuriferario pariter ipsi Diacono antè, & post thurificationem, Bissus *sup. num. 17. & lit. T. n. 49. §. 6.* Bauldry *part. 3. supra, & part. 1. cap. 15. art. 1. n. 10.* à Portu *sup. n. 17.* Castaldus *emendat supra*, etiam hic unicam tantum thurificationem, seu unicum ductum Diacono concedit. Diaconus postea post incensationem sistit se in dicto secundo Altaris gradum, retro Celebrantem, facie ad Altare versa, manibus junctis ante pectus, ubi facit

usque ad *Sanctus* exclusivè. Bissus *sup.* & Bauldry ab eodem citat. *sup. art. 7. à num.*

16.
LXXVI. Rubric. n. 10. pag. 108. *Thuriferarius post incensat Acolythos.* Incensato Diacono, Thuriferarius facta genuflexione Cruci Altaris, incensat Acolythos stantes apud Credentiam, ut docet Gavantus *hic*, & Clericos alios, si adsint, & omnes quidem simul, & sine mora, & absque particulari inclinatione, vel reverentia unicuique, sed ad summum cum generali reverentia, hoc est cum simplici, & parvissima capitis inclinatione in principio, & in fine i. censationis. De Bralio *scilicet. 2. cap. 1. n. 31.* Bauldry *part. 3. sup. n. 20.* Castaldus *lib. 2. scilicet. 2. cap. 2. n. 15.* Bissus *sup. lit. 7. n. 49. §. 6. à Portu sup. n. 18.*

LXXVII. Rubr. n. 10. pag. 108. & Gavant. pag. 109. col. 2. lit. d. *Et Populum, &c.* Postremo Thuriferarius facta genuflexione in medio Presbyterii Cruci Altaris, & debita reverentia Choro, ab utraque ejus parte, si adsit ante Altare, Bauldry *part. 1. cap. 15. art. 3. n. 11.* procedit ad ingressum supradicti Presbyterii; & sistens se loco convenienti, hoc est in medio, in aditu Chori seu Presbyterii, vel certè à latere Evangelii, si in Altari sit expositum Sacramentum, ne ei versa vertat; Gavant. *hic*, Arnaud. *part. 2. tit. 7. n. 23.* Bauldry *part. 1. supra*, & Bissus *lit. F. n. 49. §. 6.* (qui prescribit, quod semper Thuriferarius, etiam Sacramento non exposito, stet aliquantulum à latere Evangelii) *incensat Populum*, ter ducens thuribulum, se licet primo, in medio, secundo versus sinistram latem respectu sui, quod est dextrum Populi; denique tertio versus latem oppositum, seu latem Evangelii; & ante, & post facit reverentiam inclinando se, scilicet ter eodem ordine versus easdem predictas partes; de Bralio *scilicet. 2. cap. 1. n. 32.* vel facta inclinatione ab utraque parte ante, & post. Bissus *supra lit. 7.*

Finita incensatione Populi, & facta genu-
Gavant. Rubr. *Miss.*

flexione Altari, ac debita reverentia Choro, si est ante Altare, Thuriferarius vadit in Sacristiam cum thuribulo, & parat funalia cum Acolythis, nisi ab alio fuerint parata. Bauldry *sup. num. 12.*

Observandum est id, quod monet Cerem. Episcoporum *lib. 1. cap. 23. §. 31.* nimirum, quod si adesset aliqua mulier insignis in Ecclesia, ut Regina, vel magna Principissa, ut ibi dicitur; utique, & ipsi thus dari convenit in loco, ubi daretur ejus viro: sed advertat prudens Ceremoniaris, quod nomine magnæ Principissæ hic videtur intelligi mulier, cujus vir non recognoscit superiorem: nam paulò ante, ubi mentio fit de magno Principe, additur, qui non recognoscit superiorem. Nulla tamen adeò exacta, & certa regula incensationis, tam Ecclesiasticorum, quam laicorum tradi potest; quin aliquid rationabili consuetudini concedendum sit; præsertim, ut ait noster præclarissimus Gavantus *lit. c. in fine*, ad pacem, & concordiam tum Cleri, tum laicorum conservandam.

LXXVIII. Rubric. n. 10. pag. 108. & Gavant. pag. 109. col. 2. lit. e. *Ministrantibus Acolythis &c.* Postquam Celebrans fuerit incensatus à Diacono, & dum Diaconus pergit ad Chorum incensandum; duo Acolythi, quorum unus accipit ampullam aquæ cum pellicula, alter accipit de credentia mappulam ad extergendas manus Celebrantis, & ita ambo simul, ita ut, qui habet ampullam aquæ, sit à dexteris, accedunt ad latem epistolæ Altaris; & ibi cum debitis reverentis unus infundit aquam ad abluendos digitos Celebrantis, & alter ad eos extergendos porrigit mappulam, quasi cum osculis tum ampullæ, tum mappulæ, ante, & post; quam extendit super digitos Celebrantis madefactos, & postea omnia reportant ad credentiam, observando reliqua, ut in *Missâ Privata.* Bauldry *part. 3. de Ritu servando cap. 11. de Missâ Sollemni art. 7. num. 15.* Bissus *lit. A. n. 104.*

Q9

LXXIX.

LXXXIX. Gavant, pag. 109. col. 2. eadem lit. e *Ad Orate fratres, &c.*) Celebrans post lotionem manuum accedit ad medium, ibique peragit alia, quæ sunt in Missis Privatis &c. & dum dicit *Orate fratres*, Subdiaconus absque capitis inclinatione respondeat, *Suscipiat Dominus &c.* Ceremoniarus verò

tunc facta genuflexione in medio gradus pedaneo proximioris, per quem ambobus assistit Celebranti ad Missale. In Missis Defunctorum Diaconus est, qui respondet *Suscipiat Dominus, &c.* ad *Orate fratres*, quia non est impeditus.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, ab initio Præfationis, usque ad Canonem.

LXXX. Rubric. n. 11. pag. 109. *Cum dicitur Præfatio.*) Dicta Oratione secreta, vel etiam pluribus, si plures dicendæ sint, Celebrans cantat Præfationem, ad quam Ministri Sacri post eum stant, & inclinant se, cum dicit *Deo nostro*, sicut etiam omnes caput inclinare debent; Bauldry *suprà part. 3. n. 21.* & Ceremoniarus, nisi sit Presbyter assistens, prosequitur in assistentia ad Missale. Bauld. *part. 1. cap. 1. art. 1. num. 33.* Lohner *part. 3. tit. 4. num. 12.*

LXXXI. Rubric. n. 11. pag. 109. & Gavant, *ibid.* col. 1. lit. f. *Accedunt ad Altare &c.*) Juxta Rubricam, cum Celebrans cantat ultima Præfationis verba, Diaconus, & Subdiaconus, qui stant post eum, facta in locis suis genuflexione; ambo accedunt ad Altare (interim Ceremoniario cum inclinatione profunda consueta retrocedente ad Evangelii cornu laterale supra gradum suppedaneo proximioris; Bauld. *part. 1. cap. 1. art. 1. n. 24.* à Portu *sup. n. 2.*) scilicet Diaconus manibus junctis, & inclinatus, ad dexteram; Subdiaconus verò ad sinistram ipsius Celebrantis, pariter inclinatus, sed non manibus junctis, utpote impeditis à Patena sustentata; Celebrans quoque inclinatus, & manibus junctis; Bauld. *part. 3. supra;* & expectans, donec Ministri ad latus illius accesserint; & cum iisdem, sed media tantum voce *Sanctus* pronunciat. Lohner *part. 2. tit. 20. de Ritu Missæ Sollemnis num. 1. & 2.*

LXXXII. Gavant, pag. 109. col. 2. lit. f. *Addita suit sequens Rubrica &c.*) Prefatus Ritus, quo non solum Diaconus, sed etiam Subdiaconus ad Celebrantem accedere debeat, quando cantat ultima Præfationis verba, est ille, qui præscribitur à Rubrica n. 11. & quidem ita clarè, ut nullo modo in dubium verti possit. Certissimum quoque est, eam loqui de Subdiacono Patenam tenente, cum supponat illum eam semper tenere, præterquam in Missa Defunctorum de qua hoc loco non agitur. Non potest igitur improbari praxis omnium Ecclesiarum Regularium, & aliquarum Cathedralium in quibus Ministri Sacri stantes ad Præfationem unus post alium, ad verbum *Deo nostro* caput inclinant, & paulò antè quod dicatur *Sanctus*, genuflectunt in suis locis ac mox accedunt ad latera Celebrantis, Diaconus scilicet à dexteris, & Subdiaconus sinistris; & cum ad Altare pervenerint, ibi non genuflectunt, quia genuflectiones fecerunt antequàm ascenderent; ibi accedunt ad Altare stant inclinati manibus junctis (sed Subdiaconus, qui habet Patenam, non jungit manus) & ambo cum Celebrante dicunt *Sanctus, &c.* inclinati. Non tamen Nicolaum de Bralione *part. 2. cap. 7. n. 1.* contrariam sententiam amplecti, dicens quòd Subdiaconus, quando tenet Patenam, accedere non debet ad Altare; hanc esse consuetudinem omnium Basilicarum Urbis; quam etsi Rubricæ ecclesiarum

riam, servari posse, etiam neglecta supra
 cit Rubrica, sensit S. R. C. die 13. Janua-
 rii 1674. apud Turrinum *part. 1. sect. 2.*
cap. 2. §. 9. Solus Subdiaconus: quapropter ad-
 dita suere huic Rubricæ in editione Roma-
 ni Missalis hæc verba: *Si Subdiaconus non*
teneat Patenam, cum Diacono accedit ad Al-
tare, ubi dicunt Sanctus &c. Verum teste
 Gavanto *hac lit. f.* hæc additio facta fuit abs-
 que Superiorum auctoritate; & idè vim le-
 gis habere nequit, nec dici potest Rubrica.
 Rursus allegatum à Turcino Decretum
 non reperitur in Regestis S. R. C. unde sup-
 positum censendum est. Sola ergo con-
 tinuatio adeò recepta, & tolerata in Urbis
 Basilicis, & in nonnullis aliis Cathedrali-
 bus, ab observatione Rubricæ dispensare
 posse videtur, ait Bralio *suprà num. 2.*
 quamvis verò secundum hanc sententiam,
 & consuetudinem, Subdiaconus, si Patenam
 teneat, in suo loco remaneat, ibi tamen
 eodem tempore, quo Celebrans, & Dia-
 conus, dicit *Sanctus &c.*

LXXXIII. Gavant. pag. 110. col. 1. lit.
 g. *Benedictus, qui venit, &c.* Ad verba
Benedictus, qui &c. Celebrans, & præfati
 Ministri Sacri se erigunt, & signant; Sub-
 diaconus tamen non signat se, cum dexte-
 ram manum impeditam habeat, eò quòd
 teneat cum ipsa Patenam, magno velo coop-
 ertam. Bauld. *part. 3. sup. & part. 1. cap. 12.*
 & 13. Bralio *sup. n. 5.* Turr. *part. 2. cap.*
2. §. 8. Solus Subdiaconus.

Verum cum juxta usum multarum Eccle-
 siarum, ut supra dictum est, Subdiaconus
 non accedat ad Celebrantem pro dicendo
Sanctus; Diaconus hoc in casu, facta genu-
 flexione in suo loco, statim accedit ad fini-
 stram Celebrantis, ibique manibus junctis,
 & inclinatus, dicit media voce cum Cele-
 brante, *Sanctus*. Ad verba *Benedictus, &c.*
 erigit se, & se signat; & stans adhuc, fini-
 stram manu librum sustentat; Lohner *part. 3.*
tit. 2. §. 2. num. 1. Bauld. *part. 1. cap. 12.*
art. 1. n. 49. & part. 3. cap. 11. art. 7. n. 22.

& dextera vertit folia; digito verò ostendit,
 quæ legenda sunt à Celebrante. A Portu *su-*
prà num. 5.

Non cantatur à Choro *Benedictus, qui ve-*
nit, nisi post depositionem Calicis; ut cum
 Ceremoniali Episc. notat Gavantus.

LXXXIV. Rubric. n. 11. pag. 109. &
 Gavant. pag. 110. col. 2. lit. h. *Assistens dum*
dicitur Canon. Dicitur *Sanctus*, & iis, quæ
 sequuntur usque ad Canonem, Diaconus in
 casu, quo Subdiaconus accesserit ad dicen-
 dum, *Sanctus*, facta genuflexione ad latus
 dexterum Celebrantis, ubi est, accedit ejus-
 dem ad sinistram, ubi iterum genuflectit;
 quod facit semper, quoties de uno latere re-
 cedit ad aliud; ita ut semper genuflectat,
 in recessu, & accessu, non autem in medio,
 ut malè plerique faciunt. Bauldry *part. 3.*
cap. 11. n. 22. Ibi non tenet manus junctas;
 Gavantus *hic*; Arnaud. *part. 2. tit. 7. n. 22.*
 sed erectus, sinistra manu librum sustentat,
 & dextera vertit folia, & digito ostendit,
 quæ legenda sunt à Celebrante; Gavantus
suprà; nisi assistat alius Sacerdos, qui hæc per-
 agat; quia tunc Diaconus staret ad dexteram
 aliquantulum post Celebrantem.

LXXXV. Gavant. pag. 110. col. 2. eadem
 lit. h. *Ad Sanctus &c.* Cum dicitur *Sanctus*,
 omnes genuflectunt, exceptis Assistente si
 adsit, Diacono, & Subdiacono; de Bralio
sup. num. 9. & primus Acolythus pulsat cam-
 panulam, ob rationem; quam assignat Ga-
 vantus; & idè præfatus Acolythus eam ac-
 cipere debet de credentia ad mediam Præfa-
 tionem.

LXXXVI. Rubric. n. 11. pag. 109. *Sub-*
diaconus verò tunc stat post Celebrantem, &c.
 Postquam Subdiaconus unà cum Celebrante,
 atque Diacono absolverit Præfationem, ut
 exposuimus supra, statim recedit, facta prius
 genuflexione in loco apud Altare, in quo erat;
 idem redit ad medium planum post Celebran-
 tem, ibique stat, Castald. *lib. 1. sect. 7. cap. 1.*
n. 17. Corset. *tract. 1. part. 1. cap. 3. num. 15.*
 Bauldry *part. 3. cap. 11. artic. 7. num. 22.*

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

TIT. VIII. De Canone Missæ usque ad Consecrationem.

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab initio Canonis, usque ad illa verba, unâ cum famulo tuo &c.

I. Gavanti, post Rubr. n. 1, pag. 110, col. 1. §. Actio prima. *Ad primum gestum, prima quoque verba, Te igitur sunt pronuncianda &c.* Est quaestio non parùm controversa inter Rubricarum interpretes, quoad prima Canonis verba, & Rubricam n. 1, nimirum, utrum prima illa verba *Te igitur, &c.* debeant proferri simul cum gestibus elevationis manuum, & oculorum; vel è contrâ debeant pronunciari prædicta verba à Sacerdote post omnes gestus antedictos. Gavantius hic tenet, quòd ad primum gestum, prima quoque Canonis verba sint proferenda: quis, ait ipse, juxta regulam communem, non debet dari gestus sine voce, qui alioquin esset inconcinuus: præterea *Extendens dicit, jungens dicit, elevans dicit, sunt participia* (prosequitur Gavantius) *cum verbis simul in Ordine Missæ; & sic concordantur Rubrica.* Hanc Gavanti sententiam amplectuntur Bauld. part. 3. tit. 8. Rubric. 1. n. 1. Tonell. lib. 2. tit. 8. Rubr. 1. n. 1. Cabrin. cap. 8. §. Statim, Arnaud. Moncius, à Portu, & alii.

Sed contra Gavantum, & mox allegatos Auctores, censent omnes, gestus, seu actus prædictos debere præcedere, non comitari prima verba Canonis, *Te igitur, &c.* adeoque incipienda esse dicta verba immediate post omnes gestus præscriptos, id est manibus super Altare positis, qui est ultimus gestus; censent, inquam, & tuentur hanc sententiam ex nostris Castald. lib. 2. sect. 8. cap. 6. n. 1. Quarti part. 2. tit. 8. de Canone Missæ sect. 1. dub. 1. Magius in suo galateo religioso *disquis.* 24. Alii etiam propugnant validè hanc secundam sententiam, nimirum Trimarchius apud Nigrum in additionibus ad

Ruiz part. 3. §. 7. num. 1. Turrinus part. 4. sect. 3. cap. 4. Hagerer tit. 8. n. 1. Cerri. Missæ Privatæ cap. 10. §. 15. Lohner part. 4. de Rit. Missæ brev. not. illustr. tit. 8. n. 1. & pag. 4. n. 66. Gervasi cap. 8. *Benvenuti pag. 21* & alii relati à suprâ laudatis Magio, & Quenti; cui quidem sententiæ validis rationum momentis adductus, ad hærendum esse cõdiderim: Rubrica etenim in Ordine Missæ posita, hæc est: *Extendens, elevans, jungens, &c. inclinatus dicit; que & concordat cum generali Rubrica sup. cit. quæ dicit: Elevat manus; oculisque elevatis, & manibus junctis, & super Altare positis profunde inclinatus dicit, &c.* unde sequitur, prima illa verba Canonis *Te igitur*, dicenda esse à Sacerdote jam inclinato, adeoque post gestus prædictos ab eo jam præstitos: hæc autem Rubrica præscribit, quòd dicat illa verba quando est jam inclinatus. Quòd si Rubrica generalis non satis explicat alteram, alia non satis explanabunt. Prima: *Elevatis oculis, & statim demissis; tum profunde inclinatus dicit: Munda cor meum, &c.* Secunda: *Manibus junctis, & super Altare positis, aliquantulum inclinatus, dicit submissè: Suscipe Sancta Trinitas, &c.* Tertia: *Stans junctis manibus ante pedus, capite inclinatus, dicit: Agnus Dei, &c.* Quarta: *Stans junctis manibus super Altare, & capite inclinato, dicit: Placeat, &c.* Ex quibus plurimum Rubricarum verbis, clarè eruitur, à Sacerdote jam inclinato, & non dum inclinatur, verba proferri debere: eo igitur gestum Sacerdotis, eodem verba præcedere.

Neque dicas, in his casibus non extenduntur manus, nec alius gestus fit, cui ver-

ba non jungantur, ut requirit Gavantus. nam præfati gestus non faciunt, quod verba debeant eodem tempore proferri; & hoc clare colligitur ex Ceremoniali etiam Episcoporum lib. 2. cap. 8. §. 68. ubi habetur: *Manibus super Altare positis, devotè inclinatus, extollit ad Crucem oculos, & eos statim demittit, & incipit, &c.* ex quibus verbis liquet, quod postquam posuerit manus super Altare, postquam inclinatus fuerit, &c. debet prima Canonis verba proferre; ut ipsa Ceremonialis verba clare significant. Præterea notat Trismarchius *loc. cit.* *Tunc dari gestum inclinationum, hoc est, incompositum, & confusum, & iuricatum, si observaretur, quod docet Gavantus.* Non enim bene oculi, ac manus & elevari, & demitti, & conjungi, & super Altare poni possent eo momento, quo verba Canonis legi debent; neque dicas pro descendenda Gavanti sententia, posse illa verba memoriter recitari; nam verba sunt Canonis, qui tunc legi debet.

Rationem verò à Gavanto hoc loco adductam pro firmanda sua sententia, Quarti *loc. supra cit.* evertit, dicendo, & probando, non subsistere, quod non debeat dari gestus sine voce: quia in Missa sæpe præscribuntur gestus sine voce, aut verbis, quæ illos comitantur, ex. gr. Genuflexiones, elevatio Hostiæ, & Calicis, &c. In Missa Sollemni thurificatio prima Altaris; Benedictio Subdiaconi post Epistolam, nam Sacerdos facit super eundem signum Crucis, nihil dicens. Deinde ex aliis exemplis supra adductis, liquet in aliis casibus præscribi in Ordine Missæ gestus, qui profectò verba Sacerdotis præcedere debent. Cum igitur Castaldi, & Quarti sententia Rubricis, & Ceremoniali Episcoporum conformis videatur, eam non immerito, ut probabilior, sequi cogimur.

II. Rubric. n. 1. pag. 110. & Gavantus *ibid.* col. 1. lit. 1. *Inclinatus incipit Canonem, secretò dicens, Te igitur, &c.* Manibus igitur junctis, & super Altare positis, profundè inclinatus, incipit Sacerdos Canonem, secretò dicens, *Te igitur, voce, inquam, submissa, & secreta, quæ continuatur per totum Canonem, nisi aliter noceat alicubi.*

III. Rubr. n. 1. pag. 110. & Gavantus *ibid.* col. 2. lit. 1. *Cum dicit, Hac dona, &c.* Cum Celebrans dicit *Petimus*, tunc hinc inde super Altare extra Corporale manus extendit; Gervasi *supra*; & statim dicto prælaudato verbo, osculatur Altare in medio. Lohner *part. 4. num. 66.* Angel, in *Catal. errorum §. de Canone, Gervasi supra, &c.* Deinde erigit se, & conjungit ante pectus manus juxta morem, dum dicit: *Uti accepta habeas, & benedicas;* & prosequitur erectus deposita super Altare sinistra manu extra Corporale dicens: *Hæc dona, hæc munera, hæc Sancta Sacrificia illibata:* & dum dicit prædicta verba, dextera manu signat ter communiter super Hostiam, & Calicem; & hic, sicut alibi, notandum, quod quando Crux est communis Calici, & Hostiæ, oportet, ut advertunt multi, ne dum faciant primam lineam, interrumpant manum inter Calicem, & Hostiam; sed faciant æqualem, & erectam versus pectus, absque eo quod medieta-tem versus Hostiam deprimant, faciendo in eadem altitudinis lineam transversam intra extremitatem anterioris palmarum, & intra Hostiam; ut utraque linea dici queat communis, & non particularis. Ceremon. Missæ Priv. cap. 4. §. 3. num. 4. Deinde extensis manibus ante pectus, prout extenduntur manus ad Orationem, prosequitur: *In primis, quæ tibi offerimus.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab illis verbis Canonis, Unà cum famulo tuo, &c. usque ad illa: Et omnibus orthodoxis, &c.

IV. Rubric. n. 2. pag. 111. & Gavant. ibid. col. 1. lit. m. *Papa nominatur.*) In hærens Rubricæ n. 2. optimè docet Gavantus, quòd Sacerdos Celebrans, quando in Canone dicit: *Unà cum famulo tuo Papa nostro N. N.* exprimit nomen Papæ viventis, & inclinatio caput in reverentiæ signum; sed postquam legitima pervenerit notitia Sedis vacantis, omittuntur prædicta verba in Canone. Adnotandum etiam est, quòd supra dicta inclinatio simplex ad nomen Papæ, semper fit versùs librum, & non versùs Crucem. A Portu *suprà Rubr. 2. in adnot. n. 1.*

V. Rubr. n. 2. pag. 111. & Gavant. ibid. col. 1. lit. n. *Antistite nostro, &c.*) Quando in Canone proferuntur illa verba, *Et Antistite nostro*, apponitur nomen Prælati illius, qui simul sit Episcopus, & Ordinarius loci ejus, in quo Missa celebratur: Gavantus, & alii Rubricæ communitè: unde fit, proferendum esse nomen Archiepiscopi, & Patriarchæ in Ecclesia, & Oratorio suæ Diocesis. Proferendo autem nomen Patriarchæ (si ille sit Antistes talis Diocesis) nulla fit capituli inclinatio, quandoquidem de ea silet Rubrica. Gervasi *suprà*, & à Portu *suprà n. 3.*

Quòd si Episcopus loci, &c. sit vita functus, ea verba, *Et Antistite nostro*, omittuntur. Lohaer *part. 2. tit. 21. n. 3.* & Gervasi *suprà*. Prædicta verba, *Et Antistite nostro*, omittuntur etiam à Sacerdotibus Romæ celebrantibus; quia Pontifex est Ordinarius Episcopus Urbis, & Orbis. *Quart. part. 2. tit. 2. Rubr. 2. n. 2.* Regulares pro Episcopo Diocæ ano nominare non possunt suos Generales, ut observat Gavantus, & ut habetur in Decreto à S. R. C. edito sub die 12. Novembris 1615. & dato in nostro Indice sub *num. 149.* Rursus nec Clero Seculari nominare fas est suum Superiorem, etiam in

dignitate Ecclesiastica constitutum, quæ Episcopali inferior: Polaccus *part. 2. n. 1. in addit. à Portu supra num. 4.* quæ non est nominandus in Canone Abbat emptus, licet habeat jurisdictionem quæ Episcopalem, ut omnes DD. nominant Prælati veniunt quidem sub nomine Curatorum, non autem sub nomine Episcoporum: unde eorum jurisdictio non dicitur Episcopalis, sed quasi; ut declarat Gregatio Concilii 1638. 13. Novembris sic Nicolio *v. Nullius Diocesi, sub num. 1.* & Quarti *part. 2. tit. 8. in Rubr. dub. 3.*

Utum autem Celebrans in prædicti Prælati territorio, qui verè non sit Episcopus sed jurisdictionem quasi Episcopalem habeat, & nulli Episcopo prædictus Celebrans subdatur; utum, inquam, in hujusmodi sua vicinior Episcopus sit nominandus, quem itur pro ordinibus suscipiendis, conveniunt DD. Affirmant Gavantus *loc. cit. naud. supra num. 3.* Cerem. PP. Cler. Reg. S. Pauli *lib. 1. cap. 7. n. 12.* negant vero *Quarti part. 2. in Rubric. supra, Bauldry supra Tonellius supra num. 2. Angel. part. 1. tit. n. 61.* & à Portu *suprà n. 15.* DD. sequuntur hanc sententiam docent, quòd in dicto omitti debent illa verba, *Et Antistite nostro* eo modo, quo, quando locus aliquis est Episcopo, quia sit defunctus, non nominatur vicinior Episcopus; sed, ut supra dicimus, in tali casu omittuntur prædicta verba. Ecclesia autem, quæ nullius Diocesis caret Episcopo: unde videtur comparari cum ea, in qua Episcopus est defunctus, sic debent omitti illa verba in Canone, *Et Antistite nostro, &c.*

Hinc sequitur etiam, quòd si Celebrans sit à Diocesi sui Episcopi, non debet nominare suum Episcopum, sed Antistitem loci, in quo

quo celebrat: Bauldy, Tonellius, & Gervasi supra, necnon Polaccus supra n. 3. quia, cum Celebrans offerat nomine totius Populi, qui adest, vel adesse potest, mentitur, si pro nominando sub illis verbis, *Et Antistite nostro N.* pro Episcopo illius loci, nominaret suum Prælatum, quia verè non est astantium Episcopus. Tonellius, Quarti supra, Angel. supra n. 19. Præterea se debet conformare aliis Sacerdotibus ejusdem loci, in quo celebrat, in publicis precationibus. Quarti, Angel. supra, & à Portu supra n. 6. Si verò ratione longi itineris, vel defectu memoriæ, non recordaretur nomen Episcopi loci; satis est in dicto casu dicere pro Antistite nostro *mentali-ter*, intelligendo in cujus Diocesi celebratur. Ita pluribus relatis tenet Pasqualigus de Sacrif. nove Legis tom. 1. tract. 1. quest. 27. sub n. 26. necnon Angel. supra n. 60. & à Portu supra n. 6.

Si verò Episcopus Ordinarius dicti loci, in quo celebratur, sit vita functus, jam diximus supra, quòd prædicta verba omittuntur: sed advertendum est, loca Episcopi, non posse nominari Vicarium Capitularem: quia licet, Sede vacante, Ordinarius sit illius loci; non tamen est Episcopus illius Diocesis. Rursus neque nominari potest Archiepiscopus, aut Patriarcha Provinciæ, intra quam continetur Episcopatus Episcopi defuncti, licet in eo habeat aliquam jurisdictionem: quia Archiepiscopus, aut Patriarcha non dicitur Ordinarius in Diocesis Suffraganeorum. Quarti in Rubr. dub. 3. supra, à Portu supra n. 7. Hoc tamen non observatur à Græ-

cis, aliisque Orientalibus, qui Patriarcham nominant, & Metropolitam.

Si Celebrans sit Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omillis prædictis verbis, dicit eorum loco, *Et me indigno servo tuo.* Sed hic notandum occurrit, quòd non solum Episcopi, & Superiores Prælati, sed etiam Cardinales propter dignitatis eminentiam, ubicunque celebrent, orant pro se ipsis, non pro loci Episcopo, in quo celebrant. Tonell. supra num. 3. & à Portu n. 9.

Sicut igitur Episcopi non orant pro aliis Episcopis, quia non sunt ipsis Superiores; ita nec Romanus Pontifex, qui non habet Superiorem in Terris, orat, nisi pro se. A Portu supra n. 10.

VI. Gavant. pag. 111. col. 2. eadem lit. n. *Nil ergo tu addas sine auctoritate &c.* In prædicto Canonis loco non est addendum nomen ullius Principis Secularis viventis; Castald. lib. 2. sect. 6. n. 2. & Gavant. hic, ad præcavendos abusos, qui irreperere possent nominando in Canone aliquem minus dignum contra Majestatem tanti Sacrificii in hæc parte Missæ; nisi militet in contrarium aliquod Privilegium Apostolicum, quale concessisse fertur Sanctus Pius V. pro Hispanis. Gavant. hic, Quarti quest. Præmiali sect. 2. num. 2. vel aliqua inveterata, & legitima consuetudo, qualis asseritur vigere in Gallia pro Rege; Bauld. part. 3. tit. 8. Rubr. 2. n. 2. & Venetiis pro Duce. Polac. in Aphor. §. 17. n. 4.

Nominantes suum Generalem pro Episcopo loci, peccant mortaliter. Diana tract. 14. de celebr. Missæ; Resol. 40.

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab illis verbis Canonis: Memento Domine: usque ad alia verba: Et omnium Circumstantium.

VII. Rubric. n. 3. pag. 112. & Gavant. ibid. col. 1. lit. o *Demisso aliquantulum capite.* Celebrans, dum dicit illa verba, *Memento, &c.* elevat, & jungit manus juxta formam à Rubrica n. 3. præscriptam, non usque

ad oculos, sed usque ad mentum circiter; Angel. part. 1. tit. 7. n. 64. & part. 3. tit. 8. n. 3. à Portu supra n. 2. abique eo quòd prædictæ manus demittantur, & Altare tangant, antequam eleventur: Gerv. cap. 8. §. *Arrivato.* Monc.

Monc. *suprà* §. 112. sic junctis manibus hac paulisper in quiete. Igitur commemoratio vivorum, quam facit, non debet esse nimis brevis, scilicet in momento, sed debet durare saltem per spatium unius Pater noster; Bauld. *sup.* Tonell. *lib. 2. tit. 8. Rubr. 3. n. 2.* Bül. *lit. S. num. 20. §. 52.* à Portu *n. 3.* capite etiam aliquantulum inclinato: Pisart. *tit. 8. in expos. n. 5.* & Vinitor *part. 2. in adnot. n. 3.* unde sequitur, oculos non esse elevandos versus Crucem, sed defigendos versus Hostiam super Corporale positam. Bülus *sup.* & Bauld. *part. 3. tit. 8. Rubr. 3. in Notis n. 1.* Igitur amplectenda est nostri Gavanti sententia, docentis, in dicto casu oculos non esse claudendos, nisi forte ad majorem animi compositionem; contra nonnullos, qui absolute præscribunt, in prædicta circumstantia oculos claudi debere, ita ut non debeant in Hostiam desigi: hæc autem oculorum moderata demissio perseverare debet, usque ad illa verba: *Et omnium circumstantium.* Polaccus *sup.* Advertere etiam debet omnis Sacerdos, quòd dam profert illa verba *Memento famularum, &c.* non debet ea, & sequentia verba alta voce, sed secreta proferte.

Dum Sacerdos dicit *Memento, &c.* vel prius, si necesse est, surgit Minister; & facta consueta reverentia ad Altare, pergit ad capiendam virgam, & cum ea lumen ex lampade, si adest, vel ex candelabro in cornu Epistolæ, & accendit cereum, qui est in cand. labro majori ad cornu Epistolæ, animadvertendo, ne terga vertat unquam ad Altare, & Celebrantem, observando, an ad Consecrationis actum pervenerit. Deinde deponit virgam, & genuflectit super altiorem gradum in latere Epistolæ prope superaneum; si verò nulli sint gradus, post Celebrantem. Gervasi *infra citand.* In diebus festivis tamen, non unam tantum cereum, sed duos accendere debet in dicto casu. Hæc colliguntur ex Lohner *suprà*, Bauldry *suprà* num. 33. & 34. à Portu, & Ger-

vasi *in Instruct. pro Ministr. Missæ Priv.* num. 2.

VIII. Rubr. n. 3. pag. 112. & Gervasi *ibid.* col. 1. lit. p. *Quorum nomina (secrta &c.)* Convertendo nunc observationes nostras ad Celebrantem; hic manibus junctis capite inclinato, & oculis, ut *suprà*, demissis facit commemorationem vivorum Christi delium juxta suam piam voluntatem, etiam regula à Gavanto *hic* tradita, & ab aliis qui piè de ea scripserunt; Bauldry *suprà* *bric. 3. num. 1.* Bülus *suprà* & *in lit. M. 131.* quorum nomina tamen, si vult, cretò commemoret; sed necesse non est primere, cum sufficiat mente tantum eorum memoriam habere. Potest etiam Celebrans si pro pluribus orare intendit, ne constantibus sit morosus, ante Missam in primo proponere sibi omnes illos, pro quibus in ipsa Missa orare intendit, Rubrica n. 3.

Hoc unum superest hic animadvertendum, prædictam Sacerdotis Orationem esse Orationem privatam; & ideo in eo est Sacerdos orare etiam pro excommunicatis vitandis, infidelibus &c. ut observat Gavantus *hic*, Tonell. *sup.* & Quartus *sup.* *in dubiis, dub. 3. &c.*

Si quis autem formulam aliquam habere desiderat orandi secretò in hac Canonice parte, poterit uti illa, quam affert Servantus *2. part. Missæ num. 28.* quæ est hæc: *Memento Domine famularum, &c.* *larumque tuarum, hoc est mei, &c.* pro quo, vel pro quibus in particulari criticare debeo; parentum, fratrum, sororum, consanguineorum, & amicorum meorum omnium, quibus fui gravamen, scandalum, & occasio peccandi; omnium bonæ actorum meorum in spiritualibus, & temporalibus; omnium mihi committentium in genere, & in specie; omnium Episcoporum, Sacerdotum, & Ministrorum Ecclesiæ Catholicæ; omnium Principum temporaliū cum suis ministris; omnium inimicorum meorum.

meorum, & omnium Fidelium viventium ad dimissionem culpæ, & largitionem gratiæ, & donorum; omnium hæreticorum, schismaticorum, excommunicatorum, & infidelium ad conversionem; & tandem omnium eorum, pro quibus & vis, & scis me debere orare, & illo gradu, & pro illis rebus, in quo, & pro quibus teneor pro illis offerre; & omnium circumstantium.

Præterire non debeo, quod antiquitus usus erat recitandi in Missa nomina offerentium; ut meminit Innoc. I. qui sedit Anno 402. in epist. 1. cap. 2. ad Descentium; & recitatur in cap. fin. de consec. d. 1. quorum nomina scripta erant in diptychis, quod etiam

Pro Ritu Missæ Privatæ, à Commemoratione vivorum facta, usque ad Consecrationem Hostiæ.

IX. Rubr. num. 4. pag. 113. *Demissis, & extensis ut prius manibus, &c.*) Post vivorum Commemorationem demittuntur manus, quæ fuerant elevatae usque ad mentum circiter, & extenduntur ut prius, seu ut ad Orationem; & continuat Sacerdos Commemorationem vivorum, dicens voce secreta, seu submissa: *Et omnium circumstantium, &c.* Rubr. sup. & Quart. part. 2. tit. 8. Rub. 4. n. 1.

X. Rubr. n. 4. pag. 113. & Gavant. ibid. col. 1. lit. q. *Communicantes, &c.*) Tum prosequitur *Communicantes* manibus extensis, & erectus stans, eadem voce secreta: ad nomina Sanctorum, quæ in hoc *Communicantes* recensentur, si eo die fiat Missa, vel specialis Commemoratio de aliquo, vel de aliquibus illorum (quod observatur per eorum Octavas si habeant) caput inclinatur inclinatione minimarum minima, quæ consistit in levi capitis inclinatione. A Portu tit. 3. Rub. 4. in adnot. n. 8. & tit. 8. Rub. 4. in adnot. n. 3. Lohner part. 2. n. 77. & Gerv. sup. §. *Arvertit a.*

Inclinat Sacerdos Caput versus librum ad nomen Mariæ inclinatione minimarum media, quæ sit notabili capitis inclinatione. A Gavant. Rubr. Ad. ff.

colligitur ex D. August. epist. 137. ad Clerum, & plebem Hipponensem.

Quoniam autem hic de diptychis mentio facta est, & Oratio, quæ *Memento* incipit, in quibusdam Missalibus MS. *Oratio super diptycha* inscribitur, breviter innuam, diptycha tabulas fuisse, quæ duas habebant plicas, de quibus, earumque profano usu plura ex Ethnicis Scriptoribus congerit Heribertus Rosvveidus in Onomastico ad vitas Patrum. De earum verò Sacro usu, nonnulla collegit Card. Bona lib. 2. cap. 12. & Antonius Belloite in observationibus ad Ritum Ecclesiæ Laudunensis, necnon Gavantus noster, sed breviter, Tit. 9. part. 2. ad Rubr. num. 2. lit. c. p. 119.

Portu tit. 3. supra, &c. Lohner sup. n. 75. Gerv. cap. 5. §. *Nominando, & cap. 8. §. Si recordera.* Post inclinationem hanc non erigit se, sed paulatim profundius inclinatur ad huc caput versus Crucem ad nomen *Jesus*. A Portu tit. 8. Rub. 4. in adnot. n. 4. Gerv. c. 8. loc. supradict. in conclusione ad *Per eundem*, jungit manus de more ante pectus.

XI. Gavant. pag. 114. col. 1. ead. lit. q. *Confessorum autem nulla sit mentio.*) Tradit hic Gavantus rationem, cur Beatorum Confessorum nulla fiat commemoratio in antedicta Canonis parte: sed nullam reddit rationem, quare Patriarcharum, & Prophetarum nulla hic peragatur memoria: unde addendum esset cum Belloite in *observationibus* pag. 548. n. 8. ideò prædictorum non fieri mentionem: quia licet per fidem, & devotionem Sacrificium hoc in Spiritu cognoverint, & spiritualiter participaverint; Sacramentaliter tamen eo nequaquam usi sunt, quod longè post eorum tempora nescitur institutum. Omittendum tamen non est, in Liturgia S. Clementis, & in Liturgiis Orientalibus, etiam Patriarcharum & Prophetarum prædicto loco mentionem fieri:

nam Cyrillus Hierosolym. Sacram Synaxim describens Catech. 5. mystagoga, asserit Sacerdotem memoriam in ea facere SS. Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum; ut Deus orationibus illorum, & deprecationibus suscipiat preces nostras. Reddenda est etiam aliqua ratio, cur commemorationis omnibus Apostolis, nulla de S. Mathia fiat mentio: dicendum igitur crediderim, quia non est in numero illorum, quos Christus Dominus immediate elegit, & Apostolos nominavit. Habetur autem Apostoli Pauli nominatio: Quia hic non ab Hominebus, neque per homines electus est; sed per Christum ipsum (*Actorum c. 9. vers. 15.*) numero, & gradui Apost. additus fuit, ut esset vas electionis, portans nomen Domini coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israel. Præterea de S. Mathia fit mentio in alia Canonis parte, quæ est post Consecrationem, & quæ incipit illis verbis: *Nobis quoque peccatoribus*: quo loco de hoc iterum sermonem faciemus.

XII. Rubr. n. 4. p. 113. & Gavant. pag. 114. col. 1. lit. r *Per eundem*; &c.) In conclusione ad *Per eundem*, jungit manus de more ante pectus, ut præscribit Rubrica, n. 4. &c. p. 113.

Hoc loco advertendum occurrit, quod *Communicantes*, & *Hanc igitur oblationem*, quando sunt particulares de Octava aliqua, v. g. de Paschate, de Nativitate, &c. nunquam omituntur, etiam si omitatur Præfatio particularis talis Sollemnitatis: & hoc constat ex Decreto edito die 28. Augusti 1627. & dato in nostro Indice sub n. 216. unde si infra Octavam Paschatis cantetur Missa Sollemnis Votiva de B. V. pro publica Ecclesiæ eausa, & gravi necessitate, Præfatio erit de B. Maria; *Communicantes* verò, & *Hanc igitur oblationem* de dicta Octava. Sic etiam si Festum SS. Apostolorum Philippi & Jacobi, vel Inventionis S. Crucis, occurrerit infra Octavam Ascensionis; Præfatio in Missa erit quidem de Apostolis, vel de Cruce; sed *Communicantes* de Ascensione. Solum infra Octavam Nativitatis Domini, non solum semper

dicatur *Communicantes*, sed etiam Præfatio de Nativitate, licet Missa occurrerit propria habeat Præfationem; ut clarè patet ex Missa S. Johannis Evangelistæ; in qua non dicitur Præfatio Apostolorum, sed præscribitur dicenda Præfatio Nativitatis. Sed si infra Octavam Octavam cantetur aliqua Missa votiva pro re gravi; tunc Præfatio erit quidem de ea, si propriam habeat; *Communicantes* verò de Nativitate: & hoc colligitur partem Decreto S. C. edito die 25. Septembris 1770. & dato in nostro Indice sub n. 603. & dicitur etiam Lohner de *Sacris. Missæ* p. 1. 4. 2. §. 3. sub n. 6.

XIII. Gavant. pag. 114. col. 1. lit. r *Hanc igitur oblationem*, &c.) Post invocationem Sanctorum in prædicta Oratione postulantur quorum meritis precibusque dona nobis Deo conferuntur; in nunc allegata Oratione nimirum, *Hanc igitur oblationem*, perimus primò, ut oblationem nostram Deo placatus accipiat; secundò, ut *Dies nobis sua pace disponat*; tertio, ut *ab æterna damnatione nos eruat*; quartò, ut *in Electionem per nos numeret*. Bellarmin. *lib. 2. de Miss. cap. 1.* Alia quæ spectant ad hanc, & ad superiorem partem, fusiùs explicata videri poterunt apud Durandum de *Rit. Ecclesiæ* lib. 2. cap. 36. apud Card. Bona *lib. 2. cap. 12.* & de Bellotte in *suis observ. pag. 536. & seq.* & apud Le Brun *tom. 1. pag. 445.*

XIV. Rubr. n. 4. p. 113. & Gavant. pag. 114. col. 2. lit. r *Palma sint aperta*, &c.) Cum Sacerdos incipit illa verba Canonis, *Hanc igitur*, &c. expandit manus sinistram super oblationem, sed ne disjungat pollices; sollemnitatis autem manus adaperiat ex parte inferiori per oblationem. Bonamic. *part. 2. n. 24.* ita ut digitorum extremitates perveniant ad medium circiter palmæ, non tamen illam tangant, pollice dextero posito super sinistram in medio Crucis; ut docet optimè Gavantus, & ceteri Rubricistæ omnes cum eo. Observandum tamen debemus, quòd in prædicta circumstantia, manus Sacerdotis debent ita exten-

di super oblata, ut pollex dexter collocetur super sinistram in modum Crucis, supra manus, non verò infra manus; ut declaravit S. R. C. sub diè 4. Augusti 1663. in Decr. quod datum est in nostro Indice sub n. 407. manus autem ita dispositas tenet Sacerdos usque ad illa verba: *Per Christum, &c.* tunc enim jungit manus, quas ita claudit, ut non disjungat, sed solum claudat, & retrahat ad se ante pectus; Tonell. lib. 2. tit. 8. Rubr. 4. n. 3. Bils. lit. S. supr. à §. 53. & sic manibus junctis prosequitur dicendo: *Quam oblationem tu Deus, &c.*

XV. Rubr. n. 4. p. 113. & Gavant pag. 114. col. 2. lit. u. *Benedicam, adscriptam, &c.* Deinde deposita manu sinistra super Altare extra Corporale, dextera facit tria signa Crucis, ut præscribit Rubrica n. 4. p. 113. continuatè; & non interruptè ad illa verba, *Benedicam, adscriptam, ratam.* Quid Sacerdos facere debeat ad verba, *Rationabilem, &c.* infra discutiemus.

XVI. Rubr. n. 4. pag. 113. & Gavant pag. 114. col. 2. lit. x. *Ut nobis Corpus, &c.* Factis dictis tribus Crucis signis communibus Hostiæ, & Calici, ut præscribit eadem Rubrica, observando regulam supr. à nobis traditam in formandis dictis Crucibus communibus Hostiæ, & Calici; procedit deinde Sacerdos ad formandas duas alias Cruces separationem ad illa verba, *Ut nobis Corpus,* signando semel tunc supra Hostiam tantum; ad quod signum non demittit manum dexteram super Hostiam: satis est enim si aliquantulum manum ad se retrahat, ut linea transversa Crucis cadat super Hostiam. Angel. in *total. errorum n. 5. de Consec.* cum dicit *& Sanguis,* separatim signat semel, & format Crucem super Calicem tantum. Advertit Benvenuti pag. 24. quod prædictæ duæ ultimæ Cruces non debent excedere altitudinem unius palmi: sed forsan meliùs adnotat Aloysius Gherardi Episc. Cortonenis cap. 8. num. 15. quod prædictæ duæ ultimæ Cruces debent esse breviores (cum sint particulares,

una super Hostiam tantum, & una super Calicem tantum) quam Cruces, quæ sunt communes Hostiæ, & Calici; pro qua sua sententia allegat Claudium La Croix tom. 2. lib. 6. part. 2. num. 451.

Ut fidem superiùs datam impleamus, hoc loco examinamus, an quinque prædictæ Cruces, id est tres priores communes, & duæ posteriores particulares, interruptè sint ad illa verba intermedia: *Rationabilem, acceptabilemque facere digneris.* Plerique cum nostro Gavanto Rubricarum interpretes docent, non interruptè Cruces esse faciendas, Celebranti suadentes, ut prædicta verba dispenseret appositè; quam sententiam in praxi omnes ferè Sacerdotes sequuntur: præscribunt alii, ut Sacerdos Cruces interrumpat, & in illorum recitatione verborum, dexteram super Altare deponat, ne in aere otiosa maneat. Ita à Portu ad tit. 8. adnot. in Rubr. 4. n. 10. Angel. part. 3. tit. 8. Turrinus verò part. 2. sect. 3. cap. 4. mediam sententiam tenet, dicens, inspiciendum esse, quam celeritate, vel tarditate proferantur hæc verba, & juxta illas gestus esse formandos, quia si quis lentus sit, poterit manum declinare super Altare; quod si sine mora proferantur, & cum aliqua celeritate, tunc locum habebit Gavanti dictum, quod communiter observari contingit, cum nimium, nimiumque gaudeant brevitate moderni: hæc Turrinus. Alii tandem docent, manus esse jungendas, quos inter Splendianus, Andreas Pennazzi in *epistole Sacrorum Rituum cap. 13.* ubi sententiam hanc doctè propugnat.

Postremam hanc opinionem Bilsus lit. S. n. 20. §. 53. imperitiæ accusare non dubitat: sed sapienter facere omnino mihi videntur, qui ita se gerunt: nam Rubrica disertè præscribit, ut cum Sacerdos dicit *Benedicam, adscriptam, ratam,* tres Cruces communes faciat, hinc unumquodque ex illis verbis media Cruce partitur: ergo tres Cruces communes jam debent esse completæ, quando recitan-

citanda sunt illa verba, *Rationabilem, &c.* ac proinde mora aliqua secernenda sunt à duabus posterioribus. Quid igitur Sacerdos faciet; num dexteram geret in aere suspensam? id perquam indecorum est: num super Altare deponet? id silet præsentis Rubricæ textus, & pugnat cum altera Rubrica Missalis tit. 7. ubi hæc lego: *Postea erectus*, nimirum Sacerdos, *elevans oculos, manusque expandens, & statim jungens ante pectus (quod semper facit quando aliquid est benedicturus) dicit, Veni Sanctificator.* Itaque à Rubrica præceptum est, ut quotiescunque Sacerdos aliquid benedicturus est, jungat manus ante pectus; atqui post ea verba *Rationabilem, &c.* Sacerdos immediatè benedicturus est singulariter Hostiam, & singulariter Calicem: ergo ad illa verba, ex generali Rubricæ dispositione, debet jungere manus; præsertim quia eo tempore utraque manus est libera: quare imperitiæ arguendi non sunt qui Rubr. tam accuratè sequuntur; sed eorum potius corrigendus est error, qui nulla ducti ratione, vel dexteram super Altare deponunt, vel sine interruptione quinque prædictas Cruces efformant.

Factis quinque Crucibus modo supra exposito, Sacerdos elevans, & jungens manus ante pectus, prosequitur: *Fiat Dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi*: ad nomen *Jesu* inclinat caput inclinatione minimarum maxima, quam alibi explicavimus, in quo consistat.

XVII. Rubr. n. 4. pag. 113. & Gavant. pag. 114. col. 2. lit. y *Extergit pollices, &c.* Mox si opus fuerit, extergit pollices & indices super Corporale; & melius erit eos extergere ad majorem reverentiam, & ne digiti sint humidi: extergit autem non in medio Corporalis, ubi postmodum Hostia consecrata collocanda erit; sed in ejus extremitatibus. Tonell. lib. 2. tit. 8. Rubr. 4. num. 4.

Bis. supra §. 54. Gerv. in instrum. Miss. Prim. cap. 8. §. Dicendo, & Alii.

XVIII. Rubr. n. 4. pag. 113. & Gavant. pag. 114. col. 2. lit. z *Qui prædicat quam paratur, &c.* Interim verò, dum scilicet extergit digitos, secretò dicit: *Qui prædicat quam paratur, &c.* & dum dicit *Accipit* pollice & indice dexteræ manus accipit Hostiam in parte ejusdem inferiore; Gerv. quod ut facilius præstet, jivabit oram Hostiæ premere indice sinistrae manus, ut ad vertunt multi; & cum dicit, *In Sanctis venerabilis manus suas*, etiam accipit Hostiam pollice & indice sinistrae manus; sicque erectam, non quasi jacentem, ambobus manibus tenet non elevatam, ne à Populo consecrationem adoretur; Bis. & Gerv. præ; & interim utriusque manus digitus tenduntur uniti. Bonamic. part. 2. n. 23. Tonell. & Gerv. supra.

XIX. Rubr. n. 4. pag. 113. & Gavant. pag. 114. col. 2. lit. a *Benedixit, &c.* Statim autem Sacerdos erectus, tenens Hostiam in medio, dicto ante medium Altaris, elevans ad Deum oculos, id est ad imaginem Crucis, & statim demittens, sine tamen elevatione capitis, dicit: *Et elevatis oculis, &c.* caput aliquantulum inclinans, inclinatione minimarum maxima, quia plura proferuntur verba quæ hanc inclinationem merentur; dicit dicit, *Tibi gratias agens*; & tenens Hostiam inter pollicem & indicem sinistrae manus, aliquantulum elevatam; & non quasi jacentem (ut male faciunt multi) non ad latus, sed in medio Corporalis, supra plicaturam anteriorum circumter, producit signum Crucis super eam, dextera manu, dum dicit vocatur *lambam, Benedixit*: & notandum hic, quod verba ista, quàm aliæ Cruces particulares, non debent excedere longitudinem unius pollicis imò debent esse breviores, quàm Cruces communes, ut notavimus supra.

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando in Hostiæ, & aliarum Particularum, si quæ sint, Consecratione.

XX. Gavant pag. 115. col. 1. lit. b *Si Pyxidem collocaverit post Calicem, &c.*) Antequam Sacerdos accipiat Hostiam, imò ante digitorum absterisionem, Pyxidem Particularum consecrandarum retrahit ad latus Calicis, & eam discooperit, ut notatur à Gavanto. Si Particula consecrandæ sint super Corporale, ibi relinquuntur super aram, ad cornu Evangelii, ut erant. Quarti *part. 2. tit. 8. Rubr. §. num. 4.*

Cum autem finierit supradicta verba, nempe, *Fregit, deditque Discipulis suis*, Sacerdos cubitis super Altare positus reverenter, manibus minimè Corporale tangentibus ob decemiam, eum ibi quamprimum collocanda sit Hostia consecrata, stans inclinato medio-entis capite, & humeris eodem modo inclinatis, cùm non possint cubiti super Altare collocari cum sola capitis inclinatione; Bauld. *part. 3. tit. 8. Rubr. §. n. 2.* à Porta *suprà n. 3.* distinctè, reverenter, & secretò profert verba Consecrationis, prout præscribitur à Rubrica, & Gavanto: unica enim formæ prolatione consecrantur simul magna Hostia, quam præ manibus tenet Sacerdos, & Particulae, quas habet præsentis, super Corporale positas, vel in Pyxide, seu alio vase contentas. Bissus *suprà §. 55.* & reliqui omnes communiter.

In consecranda Hostia caveat Sacerdos, ne illum faciat capitis motum, aut oris, nec asset, aut barba, vel ore contingat Hostiam, nec capite signet, nec eam osculetur peracta Consecratione: Corlett. *tract. 2. part. 1. sect. 2. n. 6.* Tonell. Bonamic. & alii: sed unico contextu, & nulla interposita mora, inter hanc, vel illam vocem, ea verba, quæ profert, elare quidem, sed ita secretò, ut à nemine circumstantium audiantur, pronunciet. Bauldry, Bissus *suprà*: & cætera observentur à Sacerdote, prout disponit Rubrica, & explicat Gavantis *hic*. Notare qui-

dem nos debemus, quòd qui utuntur perspicillis, ipsa non adhibeant, si possunt, à Consecratione, usque ad peractam Communionem: quòd si iis necessariò uti debent, capiant ea inter indicem & medios digitos, & nunquam super Corporale ea deponant. Bauld. *part. 3. cap. 5. n. 6.*

Prolatis verbis Consecrationis Hostiæ, Celebrans eandem Hostiam consecratam tenens inter pollices & indices super Altare, reliquis manuum digitis extensis, & simul junctis; & Hostiis, sive Particulis, si plures sint consecratæ, in loco, in quo tempore Consecrationis erant super Corporale, vel in alio vase, aut Calice relictis (non enim Hostia consecrata, antequam elevetur, est deponenda, ut vas cum Particulis retro Calicem collocetur, & cooperiatur, cùm hoc fieri debeat post Hostiæ elevationem) statim adorat, ut dicitur *infra*. Bissus *suprà §. 56.* à Porta *suprà num. 7.*

XXI. Gavant. pag. 115. col. 1. lit. d *Adorat unico genu, &c.*) Hostiam consecratam Sacerdos statim adorat unico genu, & cætera præstat prout traditur hic à Rubrica & Gavanto. Advertat tamen, ne in genuflexione supradicta attollatur Hostia; & ut commodius à Celebrante genuflectatur, retrahantur omnino cubiti extra Altare, reductis ad extremitatem Corporalis, ibique retentis solis manibus, usque ad pulsus, Hostiam retinentibus. Gervasi *suprà*, Cabrinus *cap. 8. §. Celebrans*, Gavantis, & alii communiter. Porro supradicta genuflexio, quæ fit, ut diximus, unico genu post Consecrationem, sicuti fit ante sumptionem Sacramenti, debet fieri cum majori reverentia, & ideo cum aliqua morula. Bissus *sup.* & Bauldry *part. 3. cap. 5. n. 6.* Facta prima adoratione, acceptam in inferiori parte Hostiam elevat eo modo, quo in Missali, & Rubrica præscribitur: debet

tamen eam elevare, sicut etiam Calicem, perpendiculariter, hoc est recta linea, oculis in eam intentis, & ita, ut nec elevet Hostiam super Calicem, nec elevet Calicem super Hostiam, nec nimis lentè, nec nimis propteranter, nec diu elevatam teneat; in ejusque elevatione digitos extensos jungat, sicut & imas partes manuum, ut solidius, & decentius eam elevet; neque eas dividat, nisi quando reponit Hostiam; digiti verò prædicti non disjunguntur, nisi quando tradenda est Hostia, & post eorumdem ablu-tionem exclusivè. Hostiam deponat sola manu dextera post elevationem; & idem debet dici de Calice, sinistra manu posita tunc super Corporale, quando Hostia, & Calix sunt prope planum Altaris: si fortè fragmenta quædam pollicibus, & indicibus adhæreant, non ad Calicis labrum admoveat, sed affrictu digitorum inter se supra medium Calicis, curet, ut fragmenta decendant in Calicem.

XXII. Gavant. pag. 115. col. 1. lit. e *Elevat in altum Hostiam, &c.* Observandum hoc loco, Græcos non statim post peractam Consecrationem, sed paulò ante Communionem, Corpus Dominicum elevare; qui sanè Ritus in Ecclesia Græca antiquissimus est: nam illius mentionem habemus in Basilii, ac Chrysostomi Liturgiis, apud Dionysii cap. 3. *Eccles. Hierarchy* Anastasium Synaitam in Oratione de Sacra Synaxi; S. Germanum in contemplatione rerum Ecclesiast. & Sanctum Maximum in scholiis ad cit. Dionysii locum. His testimoniis decepti nonnulli Scriptores existimaverunt, ab ipsis Ecclesia primordiis elevationem in Occidente viguisse: falluntur tamen. Græcorum testimonia de Latinis Ritibus nihil probant, ut ait Card. Bona lib. 2. cap. 13. §. 2. certum quippe est, morem hunc non ante undecimum Seculum à Latina Ecclesia fuisse receptum; quod invictè demonstrat silentium omnium Ordinum Romanorum Alcuini,

Amalarii, Walafridi, Micrologi, Remigi Antissiodorensis, Flori Lugdunensis; cum omnes Missæ Ritus accuratè descriperint, nullam elevationis faciunt mentionem. Legimus quidem in Missali Mozarabum post Consecrationem Hostiæ: *Hic elevetur Corpus Christi*: & post Consecrationem Calicis: *Hic elevetur Calix coopertus cum phiala*, quod esset pro hujus Ritùs vetustate validissimum argumentum: id tamen neminem movere debet, ut à communi sententia recedat: nam hæc Missali Mozarabico addita sunt à Carolimænes; ut eruditè ostendit Petrus Le Brun tom. 2. *dissert. 5. p. g. 302.* Dissipata Pinio observatio Galli Scriptoris, nullatenus protulit argumentum, quo Brunii sententiam everteret. Fortius urgeret Pelagii I. Decretum An. 557. à Martino Polono relatum in ejusdem Summi Pontificis vita, quod ita se habet: *Ut memoria Desiderii in omni Missa fieri debeat post elevationem Hostiæ.* Magni fecit hoc Pelagii Decretum, magni nominis Card. Perronius lib. 3. de *Exchar. cap. 4.* illud tamen viri eruditi rejiciunt, nec immeritò; quis enim credat, hujusmodi Decretum tot Missæ expositores habere potuisse, qui omnia Pontificum statuta ad Liturgiam pertinentia, sive genuina, sive apocrypha, suis operibus inferebant; ab uno Martino Polono post octingentos annos esse detectum? Cum ergo ante Seculum XI. nullum hujus Ceremoniæ vestigium appareat, meritò statuunt Doctissimi rerum Liturgicarum expositores, non ante illud Seculum in Latinorum Ritibus fuisse receptam. Qua autem occasione introductus sit in Ecclesia Latina mos Sacramentum elevandi, ignorare fatetur Card. Bona loc. cit. D. de Vert non approbandas super hunc Ritum conjecturas suas ponit tom. 3. pag. 261. quod Petro Le Brun solidè refutatas hic designamus exponere. Placet nobis ejusdem Pontificis sententia, quæ statuit, morem elevandi Eucharistiam in Ecclesia Latina, originem à Berengariana hæresi duxisse: cum enim Be-

berengarius realem Christi in Eucharistia præsentiam impugnasset, plures viri Sanctitatem præstantes, varios Ritus invexerunt, ut Fideles publicè profiterentur Corporis Christi in Eucharistia præsentiam à Berengario impectam; cui rei mirum, quantum elevationi Sacramenti conveniat. Hinc statutum est à Gregorio XI. ut notat etiam Gavantus *hic*, & à Guillelmo Parisiensi, ut ad elevationem Eucharistia campanula pullaretur; quo sonitu monita plebs Christo præsentem adorationem impenderet; cujus Ritus meminit et-

iam Ivo Carnotensis *epist.* 142. Morales hujus Ceremoniæ (nempe elevationis Eucharistia in Missa) rationes plures afferunt Auctores mystici à Gavanto citati, inter quos D. Bonaventura, &c. Videri possunt, quæ de hoc Ritu scribunt Card. Bona *loc. cit.* Menardus *in notis ad Sacramentarium D. Gregor.* Antonius Bellotte *in observat. Rit. Laud. Eccles. pag.* 566. Petrus Le Brun *tom.* 1. *explic. Cerem. Grancelas tom.* 1. *veterum Liturg.* & Auctor Gallici tractatus de *Missæ Parochiali.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, à repositione Hostiæ, usque ad elevationem Calicis.

XXII. Rub. n. 6. pag. 116. *Si adsit vas, &c.* Repositâ Hostiâ super Altare ante Calicem elevationem, si adsit vas aliarum Hostiarum, seu Particularum consecratarum, Sacerdos statim cooperit, præsertim ne mica, aut quid simile intret in illud, quod Sacramentales species commaculare possit: *Quart. part. 2. tit. 8. Rubr. 6. n. 1.* ob quam rationem cooperitur etiam Calix cum palla, ante, & post Consecrationem; non verò grandior Hostia, & Particulæ super Corporeales existentes cooperiuntur, quia facilius à Sacerdote, utpote ipsi proximiores, custodiuntur. Idem *Quart. sup.* Insuper dictum vas, sive sit Calix, sive Pyxis, reconditur post Calicem, ubi erat prius. *Tonell. lib. 2. tit. 8. n. 6.* unde approbandi non sunt illi, qui peractâ Consecratione recondunt Pyxidem prædictam intra Tabernaculum, vel extra aram super aliud Corporeale. Card. de Lugo *de Euchar. disp.* 20. n. 69. Reprehendendi pariter sunt illi, qui, nulla urgente necessitate, statim post Consecrationem distribuunt Populo illas Particulas tunc consecratas; quæ cum pertineant ad idem Sacrificium, non licet eas dispensare Fidelibus, nisi peracto eodem Sacrificio. *Quart. de Lugo, & Tonellius loc. cit.* Sitamen, urgente aliqua necessitate, ad aliud Altare trans-

ferri debeat, statim peractâ Consecratione, prædicta Pyxis, in qua continentur Particulæ de novo consecratæ; tunc Celebrans retrahat se ad cornu Evangelii, & ibidem genuflexus utroque genu adret. *Tonellius sup. & Corsetius sup. n. 8.*

XXIV. Gavant. pag. 116. col. 1. lit. g. *Manu sinistra elevat, &c.* Dum Hostia elevatur à Sacerdote, Minister profundè inclinat, manu dextera pulsat campanulam, ut statuit Rubrica, & manu sinistra elevat posteriorem partem planetæ Celebrantis; quæ contra extitit, utrum sit osculanda ab eodem Ministro, dum illam apprehendit. *Bonamic. part. 3. n. 94.* affirmativam tenet sententiam; *Bauld. verò part. 1. sup. Lohner part. 3. tit. 9. n. 10.* & plures alii iustinent, non esse osculandam in tali casu à Ministro planetam, ob eas rationes, propter quas eam non osculatur Sacerdos, dum eam sumit, nimirum, quia nulla in ea continetur Crux: præterea, coram Sacramento nihil est osculandum, ut notat *Gerv. cit. sup.*

XXV. Gavant. pag. 116. col. 1. lit. h. *Pulsat campanulam.* Idem Minister, dum Hostia elevatur, profundè inclinat, & campanulam pulsat manu dextera ter, ut prescribit Rubrica n. 6. & Gavant. *lit. i.* prima vice, quando Sacerdos genu seclit; secunda vice, quando Sacer-

Sacer-

Sacerdos Hostiam elevat; tertia vice, quando ipse Sacerdos Hostiam deponit. Bauld. *part. 1. sup. & part. 3. sup. n. 2. Castald. lib. 1. cap. 16. num. 19.*

Quando post depositionem Hostiæ Sacerdos iterum genuflectit, ut illum adoret, non pulsat campanulam: unde animadvertat Minister, ut tertia vice pulset campanulam in depositione Hostiæ, non in genuflexione, immediatè subsequenti depositionem. Bonamicus *sup.* deponit autem planetam post campanulæ pulsationem absque osculis. Bauld. *part. 1. sup. num. 36. & part. 3. sup. num. 1.* Alius Ritus pulsandi campanulam non ter, sed continuatè, sicut à Gavanto censetur minus decens, ita etiam à nobis non videtur

alteri supra exposito preferendus: eodem modo, & absque osculis debet pulsari campanula in elevatione Calicis.

Huc spectat subsequens S. R. C. Decretum de non pulsanda campanula, quando in aliqua Processio in Ecclesia -- In Processionibus Candelarum, Palmarum, & similibus, quæ fiunt per Ecclesias sine SS. Sacramento, non est pulsanda campanula ad elevationem SS. Corporis Christi in Missa Privata: quod si pulsetur, & advertatur elevatio, tunc genuflectendum est à transeuntibus utroque genu ante Altare, ubi Missa celebratur &c -- quod Decretum datum est nostro Indice sub num. 457. & editum à S. R. C. die 1. Martii 1681.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à repositione Hostiæ super Altare, usque ad Calicis repositionem.

XXVI. Rubr. n. 7. p. 116. & Gavant. pag. 117. col. 1. lit. l. *Discooperit Calicem.*) Antiquitus quidem Calix coopertus consecrari poterat; nunc verò non nisi discoopertus est consecrandus; & hoc præscribitur in Missali reformato à S. Pio V. Ita notat Annell. *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 11. dub. 6. n. 45. & Biss. lit. S. num. 20. §. 59.* Dum autem Sacerdos discooperit Calicem, manum sinistram super Altare intra Corporale ponit, & accipit pallam digitis medio & indice unito pollicis manus dexteræ, ut *sup.* Tonell. *lib. 2. tit. 8. Rubr. 7. num. 1.* & alii communiter. Prædictam autem pallam ponit super extremitatem veli existentis prope Corporale, positi ad partem Epistolæ: ita Baldassar. Bonamic. Tonell. & alii relati ab Hippolyt. à Portu *sup. in suis Adnot. ad Rubr. 7. hujus tituli num. 1.* deinde præstet ea, quæ præscribit Rubrica, & Gavantus, advertendo, quod non debet elevare Calicem ante illius Consecrationem, ultra quatuor digitos à mensa Altaris. Bauld. *part. 1. lit. 9. Rubr. 3. num. 3.* & alii, quos citat, & sequitur à

Portu *sup.* In actuali Calicis Consecratione, quando caput inclinare debet, inclinatio inclinatio simplici, seu minimarum manuum versus Hostiam consecratam, & non versus Crucem, cætera exhibendo, prout dicitur Rubrica *suprà*, & prout fecit in Hostiæ Consecratione, proportionem servata, in præcipiendis verbis Consecrationis, in genuflexionibus faciendis &c.

XXVII. Rub. n. 7. p. 116. & Gav. pag. 117. col. 1. lit. n. *Calicem discoopertum &c.*) In Calicis consecrati adoratione, seu genuflexione, Sacerdos non tenet eum præ manibus, sicut tenet Hostiam consecratam: ratio dissimilitudinis desumitur à periculo effundendi Sanguinem per actum genuflexionis, quod non contingit in Hostiæ adoratione. Facta igitur genuflexione mox surgit, & Calicem discoopertum accipiens ambabus manibus, videlicet ultimis tribus digitis sinistra manus pedem Calicis tenentibus, & dextera notum apprehendente, ita ut Calicis nodus intercludatur à dextera pollice & indice unitis ex parte posteriori, ac medio & annulari ex parte poste-

riori, elevat eum perpendiculariter, ut diximus *sup.* ita tamen, ut pes ejus non excedat oculos Sacerdotis, intentos semper in dictum Calicem elevatum. Bonamic. *part. 2. num. 28. Gerv. sup.* & alii communiter. Minister autem eadem præstat in elevatione Calicis, quæ fecit in elevatione Hostiæ consecrate; advertendo tamen, quòd reposito Calice à Sacerdote super Corporale, & ab

eodem per secundam genuflexionem iterum adorato, dictas Minister surgit, & genuflectit in plano Cappellæ juxta medietatem Altaris, & retrahit se ad infimum gradum Altaris à cornu Epistolæ, deferens secum campanulam, eamque deponens in suo loco. Bonamic. *part. 3. num. 94. Bauld. part. 1. cap. 15. n. 35. & 37. Lohner part. 3. tit. 9. num. 10. & Gerv. sup. n. 7.*

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à fine Præfationis, usque ad Calicis repositionem.

XXVIII. Rubric. n. 3. pag. 117. *Circumstantiæ Præfationis accenduntur, &c.* Rubrica præscribit, quòd circa finem Præfationis, duo saltem Clerici accendant duo intortitia, &c. nam in Festis Sollemnioribus, & in majoribus Ecclesiis adhibentur etiam quatuor, sex, vel octo intortitia, & consequenter totidem Clerici, qui ea deferant, requiruntur. Prædicta autem intortitia, vel accenduntur in Sacristia, vel in alio loco retro Altare, ubi Missa celebratur, quibus accensis, præcedente Ceremoniario, deinde Thuriferario cum thuribulo, in quo tunc debet immitti incensum, vel per ipsum Thuriferarium, vel per Ceremoniarium, sine Benedictione; ut docet Castald. *lib. 1. sect. 4. cap. 6. §. 14. Cerem. Monasticum lib. 2. cap. 9. §. 13. & Cerem. Patrum Eremitarum S. Augustini part. 1. cap. 16.* in quo casu non deberet deferre secum naviculam. Alii autem contrarium tenent circa thuris immisionem in thuribulum, in prædicta circumstantia, quæ eam præscribunt faciendam esse solùm paulò ante elevationem Sacramenti in Presbyterio, ut nos dicemus infra cum Gavanto; & idcirco Thuriferarius tunc debet secum deferre naviculam.

Clericus verò, qui defert intortitia, & à dexteris Thuriferarii necedit, facem manu dextera deferat, & aliquantulum eam inclinet, sinistra verò manu infra pectus posita; alter autem Clericus, qui ad sinistram Thuriferarii ambulat, dextera infra pectus posi-

Gavant. Rubr. Miss.

ta, sinistra facem deferre debet; & sic simul incedunt. Cùm autem pervenerint ad medium Altaris, salutant Chorum ex utraque parte, si ibi sit ante Altare, advertentes, ne terga Altari vertant. Deinde omnes dispositi in recta linea, genuflexionem unico genu faciunt Altari in plano Cappellæ, aliquantulum ab infimo gradu Altaris distantes: mox surgunt, & sibi ipsis invicem mutuam capitis inclinationem faciunt, id est mediocrem: deinde Ceremoniarius, & Thuriferarius accedunt ad cornu Epistolæ, genuflectunt in plano, non super infimum gradum. A Portu *part. 2. de Missa Sollem. tit. 8. Rub. 8. in adnot. num. 1.* Idem Acolythy verò cum intortitiis genuflectunt deinde utroque genu post Subdiaconum in recta linea, distantes per tres, vel quatuor palmos ab infimo Altaris gradu, juxta capacitatem Presbyterii, demissis in terram intortitiis. Si faciendâ sit Communio, ipsi Acolythy genuflectunt ad latera ipsius Altaris hinc inde, si ita sit usus, facie ad invicem versa. Bauld. *part. 3. cap. 11. art. 8. n. 2. & Biss. sup.*

Addendum hic est, quòd quando elevatur Hostia, Acolythy debent elevare intortitia, extrema scilicet parte eorum pectori admota; quæ sic elevata sustineant usque ad depositionem Calicis inclusivè. Aliqui autem sic intortitia non elevant, sed ea semper ad hærentia pavimento sustinent; in quo consuetudinem servandam esse putat Bissus *lit. A. n. 105. §. 3.*

Diximus suprâ, Acolythos debere ire ad

S s Sacri-

Sacristiam sumendi causa intortitia: quia verò apud aliquos Sacristia est retro Altare, imò etiam aliquorum mos est parandi intortitia accendenda in Choro retro Altare; idèò dicendum est, quomòdò hoc in casu Acolythi ad Altare procedere debeant. Igitur si sint duæ portæ, una in cornu Evangelii, altera in cornu Epistolæ, egredientur per portam Evangelii, & revertentur per portam Epistolæ. Billus *suprà* §. 4.

Acolythi, qui detulerunt intortitia pro Elevatione, finita elevatione Calicis, surgunt simul cum Ceremoniario, & Thuriferario, qui in cornu Epistolæ genuflexi erant, & ad medium Altaris inter Acolythos genuflectunt utroque genu, juxta sententiam Castaldi *lib. 1. sect. 4. §. 14.* & Billi *suprà* n. 106. Bauldry *part. 1. cap. 14. art. 3. n. 18.* (quamvis in Ceremoniali Monastico, & PP. Eremitarum S. Augustini, & aliis, nihil præscribatur de tali genuflexione faciendâ utroque genu) deinde redeunt in Sacristiam, seu ad locum, ubi intortitia acceperunt; Billi *suprà* n. 106. & Thuriferarius thuribulum, & naviculam non reportat ad credentiam, sed relinquit in Sacristia. Castald. *lib. 1. sect. 4. cap. 6. num. 14.* Bauld. *part. 1. cap. 15. art. 3. n. 12.*

Si verò faciendâ sit Communio, solus Thuriferarius, cum thuribulo, & navicula, discedens post repositionem Calicis, factâ prius in medio genuflexione, ibit in Sacristiam, in qua relinquit thuribulum, & naviculam; inde revertitur ad locum suum in Presbyterio, factâ in medio genuflexione: Cerici verò cum suis intortitiis manent genuflexi, donec factâ fuerit Communio omnibus, & Sacramentum repositum fuerit in Ciborio. Castald. *lib. 1. sect. 4. supra*, à Portu *suprà* n. 4.

XXXIX. Rubr. n. 8. pag. 117. & Gavant. pag. 118. col. 1. lit. p. *In diebus jejuniorum genuflexi manent omnes, &c.* In diebus jejuniorum servantur ea, quæ hic tradit Gavantus, inhærens dispositioni Rubricæ: excipiuntur tamen ultra Vigilias Nativitatis Domini, Paschatis, &

Pentecostes, etiam Feria 5; in Cena Domini & Feria quatuor Temporum Pentecostes. Bauld. *part. 1. cap. 14. art. 4. n. 19.* à Portu *tit. 8. §. 5.* quia in illis diebus non genuflectitur in Choro.

XXX. Rubr. n. 8. pag. 117. & Gavant. pag. 118. col. 1. lit. q. *Diaconus accedens ad Altare, cum autem Celebrans dicit, Quam oblationem, &c.* Diaconus factâ genuflexione, est, Crucis Altaris, à sinistra transit ad dextram Celebrantis, advertendo, quòd debet transit ab uno latere ad aliud, semper debet genuflexionem unico genu, quòd accedit, & antequàm recedat, non verò transit per medium. Bauld. *part. 3. cap. 1. de Miss. Sollem. art. 7. num. 22.* Billi *lib. 1. n. 123. §. 36.* deinde genuflectit super pedaneum, prope tamen Altare, utroque genu, propter Elevationem mox faciendam (& si adhi Pyxis cum Particulis consecrandum Celebrans dicit, *Qui prius, &c.* qui erectus eam detegit, & præstat ea circum quæ tradit Gavantus *h. c. lit. q.*) post elevationem Hostiæ surgit Diaconus, & iterum genuflectens unico genu, Sacramentum celebrante adorat: postea, & non prius, ut dicitur, discooperit Calicem; & iterum utroque genu flectit, usque dum Celebrans per Elevationem deposuerit Calicem super Altare. Ad utramque Elevationem, scilicet Celebrans ante Elevationem adorat, & prius, idem Diaconus elevat planetam Celebrantis, tenens eam in medio per finem posterioris partis, nec eam, deponendo colitur. Dum Diaconus assistit Celebranti dextris, primus Ceremoniarius accedit ad Altare cum debitis reverentiis, ut vertitur à dextera, quando opus est. Nicolaus de Brulm *pa 1. 2. cap. 7. n. 19.*

XXXI. Gavant. pag. 118. col. 2. lit. p. *Subdiaconus vero genuflectit eo tempore, quo primùm ad Altare verba, Quam oblationem, &c.* Celebrans pervenerit. Sed quàm certum est Diaconum genuflectere debere ad dextram Celebrantis

ad id in dubium vertitur, quo loco genuflectere tum debeat Subdiaconus, nimirum, utrum à sinistris Celebrantis in infimo suo gradu, an in medio ejusdem gradus. Primam sententiam tenet Castaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 1. n. 17.* secundam verò tuetur Gavantus *hæc lit. 1. cui adherent Claudius, Arnaud. part. 2. tit. 8. n. 19. Bauldry part. 1. cap. 13. supra, Lohner part. 3. tit. 3. n. 13. Biffus lit. 5. n. 196. §. 16.* sicuti etiam à Portu *supra n. 10.* à quibus non videtur recedendum esse: quia Subdiaconus stans in medio, nec impedit Populum, ita ut videre nequeat Hostiam elevatam, nec ostendit ullam minorem reverentiam, quam stando à sinistris in dicto infimo gradu. Verum si adit Episcopus genuflexus in faldistorio locato in medio Presbyterii; tunc quidem Subdiaconus genuflectere deberet in infimo suo gradu à sinistris Celebrantis, ne terga vertat ipsi Episcopo.

XXXII. Gavant. pag. 118. col. 2. lit. f. *Ter incensat, &c.*) Paulo ante Consecrationem, secundus Ceremoniarius, vel Thuriferarius ponit incensum in thuribulum, ab eoque Benedictionem; & ad Elevationem genuflexus ad cornu Epistolæ ante infimum gradum in plano, SS Sacramentum incensat triplici ductu pro unaquaque Elevatione, scilicet, primo incensat unico ductu, & capitis inclinatione profunda antè, & post, quando Celebrans adorat Hostiam in prima genuflectione: secundo incensat altero ductu, quando elevatur Hostia: denique incensat tertio ductu, quando deponitur genu in adoratione Hostiæ collocatæ super Corporale: Christi *hæc lit. 1. c. 11. n. 6. Gavant. hæc lit. f. Lohner part. 3. cap. 12. art. 1. n. 3.* eodem

modo Acolythus (non secundus Ceremoniarius, quia Ceremoniarii Clericos dirigere debent, & non eorum munia præstare) tertinnabulum pulsat: Corset. *tract. 1. part. 1. cap. 2. n. 50.* Castald. *lib. 1. sect. 4. cap. 2. n. 13.* & præterea pulsandæ sunt campanæ majores turris campanariæ, ut Populus admoneatur: Gavant. Corset. *sup. Castald. lib. 2. sect. 9. cap. 2. n. 21.* similiter Thuriferarius, ut supra diximus, ter incensat Calicem; & Acolythus ter pulsat tintinnabulum eodem modo, quo dictum est in elevatione Hostiæ; quod deinde reponit super credentiam. A Portu *sup. n. 12.* In Missis Sollemnibus Defunctorum, non Thuriferarius, sed Subdiaconus incensat Hostiam, & Calicem, quia non est impeditus detinendo Patenam.

XXXIII. Gavant. pag. 118. col. 2. lit. t. *Diaconus redit ad librum.*) Reposito Calice super Altare, Diaconus surgit, & Calicem palla cooperit; ac mox facta unico genu flexione à dexteris Celebrantis, accedit ad ejus sinistram; & iterum ibi, facta genu flexione, assistit ad librum, folia dextera sua vertendo, quando opus est; & se Celebranti conformet, dum se signat, dum percutit pectus, &c. Lohner *part. 3. Bauld. part. 3. c. 12. art. 2. n. 52. & part. 3. cap. 12. n. 8.*

Subdiaconus verò, reposito à Celebrante Calice super Altare, surgit, sicuti & Clerici omnes surgunt, & stant in locis suis; sed nec ille, nec isti signant se, nec genuflectunt, dum Celebrans, & Diaconus se signant, & genuflectunt. Arnaud. *part. 2. tit. 9. n. 5.* à Portu *supra n. 15.* Ceremoniarius autem surgit, genuflectit, atque accedit ad laterale cornu Evangelii, ut præsto sit libro, ut *infra.*

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. IX. De Canone post Consecrationem usque ad orationem Dominicam. Pro Ritu Missæ Privatæ, à repositione Calicis, usque ad Memento Mortuorum.

1. Rub. n. 1. pag. 118. & Gavant. *ibid.* col. 1. lit. u. *Unde & memores, &c.*) Hanc partem Canonis, quam Gavantus Alexandro I. Summo Pontifici, tanquam primo auctori

auctori adscripsit, ab Apostolico fonte derivare censet Bellotte in suis observ. pag. 578. unde ab Alexandro I. nonnisi scriptis mandatam, ac Decreto suo roboratam, potius quam statutam, idem Bellotte arbitratur: nam & Domini verbis mandatum fuit Apostolis, ut quotiescunque sacrificarent, ejus memoriam agere deberent: nec aliud significare voluit Apostolus per illa verba: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* 1. Cor. cap. 11. vers. 26. quam Memoriam Passionis Christi in Sacrificio Eucharistico, esse semper faciendam; & tam verbo, quam facto ab Apostolis, suisque successoribus, in litando factam fuisse, piè credendum est.

Sacerdos autem nonnisi post factam genuflexionem debet proferre præfata verba, *Unde & memores, &c.* Bonannicus part. 2. n. 32. Castaldus lib. 2. cap. 6. n. 56. In prosecutione talis Orationis, cum dicit Sacerdos, *De tuis donis, ac datis,* jungit manus ante pectus, ut præscribit Rubrica n. 1. p. 118. sed prædicta manuum conjunctio post Consecrationem, non fit pollice dextero supra sinistrum posito in formam Crucis, ut fiebat ante Consecrationem; sed remanentibus pollicibus & indicibus inter se conjunctis; ita ut pollex manus dexterae, jungatur cum indice ejusdem manus, & pollex sinistrae cum ejusdem indice. In reliquis observetur methodus tradita à Gavanto.

II. Rubr. n. 1. pag. 118. & Gavant. pag. 119. col. 1. lit. x. *Hostiam puram, &c.* Cum dicit *Hostiam puram, &c.* dextera signat Sa-

cerdos ter communiter super Hostiam & Calicem, servando in formatione talium figurarum Crucis ea, quæ supra diximus, cum in hujusmodi Crucibus sermonem habuimus, etiam ante Consecrationem faciendis aliquando super Hostiam, & Calicem.

III. Rub. n. 1. pag. 118. & Gav. pag. 119. col. 2. lit. z. *Supplices te rogamus, &c.* Hinc Canonis partem, in Liturgia S. Petri, sequitur S. Petri nomine decoratur, reperiri etiam noster Gavantus, unde infert supradicta Bellotte procul dubio antiquissimam esse. In diebus autem tali deprecatione, profunde se inclinatur Sacerdos inclinatione mediæ corporis manibus super Corporale positis, inter quos tamen junctis inter se pollicibus & indicibus: tangentibus Altaris frontem digitis auricularibus, ut supra tradidimus. *Quod dicit, Ex hac Altaris participatione, &c. sanctum Filii tui Corpus, &c.* servet ea, quæ præscribit Rubrica n. 1. p. 118. in profectione talibus verbis. Advertat tamen, quando signat se signo Crucis, dicendo *Domine Benedictione Cælesti, &c.* ne digiti pollicis & indices disjungantur, & ne planetam tangat in qua formatione Crucis, tribus aliis digitis dexterae manus tangit frontem, quando præfert, *Omni Benedictione;* tangit pectus, quando pronunciat *Cælesti;* tangit humerum sinistrum, quando dicit *Et gratias;* tangit humerum dexterum, quando præfert *Repleamur Baudry part. 3. cap. 3. n. 3. à Portu in sua Rubr. n. 12. cum dicit verò, Per eundem Christum Dominum nostrum,* jungit manus ante pectus, & caput inclinat. A Portu supra

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab initio Commemorationis Defunctorum, usque ad initium deprecationis: Nobis quoque peccatoribus,

IV. Gavant pag. 119. col. 1. lit. c. *Communis est Ritus omnibus Liturgiis, &c.* Quamvis verissimum sit, hunc Ritus habendi memoriam Defunctorum in Missæ Sacrificio anti-

quissimum esse, & in omnibus Liturgiis reperiri; tamen quis præcisè auctor fuerit hujus deprecationis, ignoratur: sunt enim de prædes inter se Scriptores, tribuendo unum, vel alteri

alteri, nempe vel Sixto I. vel Pelagio I. hanc institutionem. Verum hujus pariter deprecationis prædictos Pontifices, non primos institutores, sed approbatores tantum fuisse, censendum est; cum ab antiquo, & Apostolico tempore hunc morem servaverit Ecclesia orandi pro Fidelibus Defunctis. Patet hoc ex antiquis omnibus Liturgiis, & ex Sanctis Patribus, nempe *lib. 8. constitut. Apost. in Liturgia S. Clementis, Cyrill. Carh. 5. Chrysol. hom. 17 in Matth. August. serm. 34 de verb. Apostoli, Cyprian. lib. 5. epist. 9. Tertull. de corona milit. &c.* De hac deprecandi formula multa alia videri possunt apud cit. Bellocce pag. 588. & seqq. necnon Card. Bona lib. 2. cap. 14. num. 1. & Marcellum de Cavalentis in sua statera Sacra *tit. 24.*

Ceterum non Sixto I. (ut asserit Gavantus supra) tribuit Placina Decretum orandi in Missa pro Mortuis; sed Pelagio I. qui quatuordecim seculis eidem Sixto posterior fuit: dicendum tamen est, eundem Pelagium minime fuisse primum institutorem præfati Rituum; sed potius confirmasse hoc statutum orandi pro Mortuis in Missæ Sacrificio: quantum, ut verum fateamur, & ut à nobis supra probatum est, Decretum hoc Pelagio Papæ tributum sit omnino suppositivum.

Sacerdos in pronunciandis primis verbis hujus formulæ, & dicendo *Memento, &c.* debet secreto, non verò mediocri voce, prædicta verba proferre, ut clarè Rubrica disponit, tenendo manus junctas ante pectus: unde vis in hoc casu jungit manus, nempe in conclusione antecedentis deprecationis, cum dicit, *Per eundem, &c.* & deinde cum incipit hanc aliam deprecationem, *Memento etiam*

Dom. famulorum, &c. quapropter facta prima manuum conjunctione, iterum postea extenduntur manus, & deinde iterum conjunguntur lentè; ita ut conjunctio terminetur, cum dicitur: *In somno pacis.* Bauldry *part. 3. tit. 9. Rubr. 2. num. 1.* Tonellius *lib. 2. tit. 9. Rubr. 2. n. 1.* Caveat tamen Sacerdos, ne deponat manus super Corporale post earum disjunctionem, & illas inde elevet, & jungat: extensis igitur, & statim junctis manibus ante pectus, & usque ad mentum elevatis maneat, ne oculi ab aspectu Sacramenti impediatur.

Dum Sacerdos memoriam facit pro Defunctis, qui in Purgatorio detinentur, post illa verba, *Famulorum, famularumque tuarum*, stat in quiete, & mentaliter mentionem facit illorum Defunctorum, pro quibus orare intendit, & quos in Purgatorio adhuc detineri, dubitandi locum habet: prædicta autem Commemoratio, non fit in ictu oculi, sed per unius Orationis Dominicæ spatium, & mentaliter potius, ut dixi, quam verbaliter, & dummodo figantur oculi semper in Hostiam à se consecratam. A Portu *supra num. 5.* Antiquitus tamen mos erat proferendi nomina Defunctorum illorum, qui in hac deprecatione suffragabantur: & excommunicatio Mortuorum nihil aliud significabat, nisi nomen illorum ex Sacris diptychis eradi, qui ab hoc, & aliis suffragiis Ecclesiarum excludebantur; ut ostendit Pamelius in suis eruditissimis notis ad *epist. 66. D. Cypriani.*

Cætera quæ remanent dicenda in fine hujus deprecationis, dicantur eo modo, & Ritui, quo præscribitur à Rubrica *n. 2.* & Gavanto.

Pro Ritui Missæ Privatæ, ab illis verbis, Nobis quoque peccatoribus, usque ad illa, Per quem hæc omnia &c.

V. Rubr. *n. 3* pag. 120. & Gavant. *ib. col. 1. lit. c. Vo. emelevat, &c.* Dum Sacerdos dicit, *Nobis quoque peccatoribus*, voce aliquantulum, nempe mediocriter elevata, perentit

pectus, non se inclinando, sed erectus manendo; Lohner *part. 2. tit. 21. n. 11.* & cætera præstat, prout declarat Gavantus, & Rubrica disponit. Minister verò pariter sibi

§ 3 tunc

tunc pectus percussit dextera manu, sinistra vero reposita infra pectus. Castald. *lib. 1. cap. 16. n. 20.* Turrin. Vinitor, Bauldry, & alii, quos congerit, & sequitur à Portu *lib. 3. hujus tituli in suis adnot. n. 2.*

VI. Gavant. pag. 121. col. 1. lit. g. *Sanctificas, vivificas &c.*) Cruces, quas efformare debet Sacerdos, dum dicit prædicta verba, *Sanctificas, &c.* non debent excedere longitudinem unius palmi, ut sæpius diximus de similibus Crucibus. Quælibet autem Crux debet correspondere cuilibet ex supradictis verbis; ita ut primum Crucis signum efformetur, dum dicitur *Sanctificas*; secundum, dum dicitur *Vivificas*; tertium, dum dicitur *Benedicis*; postea discooperit Calicem manu dextera, sinistra de more deposita super Corporale, accipiendo pallam inter digitos medium, & indicem unitum pollicis; & deponendo illam super Corporale, & genuflexus unico genu, Sacramentum adorat: mox surgit, & præstat omnia ea, quæ dicit Rubrica *n. 3.* observando tamen, quòd Hostiam accipere debet aliquantulum infra medium oræ ipsius, non omnino à parte inferiori; ita ut per rectam lineam absque ulla prorsus ejusdem Hostiæ inclinatione, signa Crucis à Rubrica præscripta efformari possint.

VII. Rubr. *n. 3. p. 120.* & Gavant. pag. 121. col. 1. lit. h. *Signat ter à labio, ad labium, &c.*) Efformando prædictas Cruces cum Hostia super Calicem, exactè observet ea, quæ tradit Rubrica, & Gavantus *hic*; advertendo tamen, quòd prima ex dictis Crucibus debet efformari inter vocem *Per*, & vocem *Ipsam*; secunda inter vocem *Cum* & vocem *Ipsa*; tertia verò inter vocem *In*, & vocem *Ipsa*; ut optimè describitur in Rubrica Missalis, seu in Ordine Missæ. Similiter cum Hostia signat bis inter Calicem, & pectus; & prædicta formatio duplicis Crucis pariter æqualis fiat inter Calicem, & pectus, nec excedat Calicis altitudinem. Ita à labio Calicis Crux protrahitur ad pectus, ut rectam formet li-

neam, non extra, sed inter Corporale: in curvetur insuper brachium sinistrum, de formando has Cruces, Hostia consecrata super ipsum brachium pertranseat: itaque prima Crux formetur dum dicitur vox illa *Per*; secunda verò finita voce *Spiritus*, ante aliam vocem *Sancti*: Bauld. *part. 3. supra.* & à Pectus *supra n. 10.* postquam detulit Hostiam in recta linea, non per gyrum super Calicem, tenet super illius medium eandem Hostiam inter pollicem & indicem manus dextera, prout Rubrica describit.

Cur autem Sacerdos efformet triplicem Crucem super Calicem dicendo *Per ipsam, &c.* intelligendo nempe per *Domnum Jesum Christum*, & duas Cruces efformet extra Calicem, quando nominat Personam Patris, & aliam Personam Spiritus Sancti; ratio optime esse potest, quia cum solus Christus Dominum mortem subierit, & Calicem Passionis gustaverit; idè optimè super, & intra Calicem efformantur Cruces, quando ipse nominatur à Sacerdote; efformantur autem tres Cruces quia idem Christus Salvator noster passus est in Corpore, passus est in Anima, passus est in honore, & gloria; ut ait Divus Thomas *part. 3. quest. 46. art. 5.* dicendo: *passus est in corpore per vulnera, & flagella; passus est in Anima per tristitiam, tedium, & timorem; passus est in honore, & gloria, per irrogatas, & contumelias ei illatas.* E contra verò quæquamvis in vero, & Catholico sensu omnem hypostaticam humanæ naturæ, cum Persona verbi Divini in Christo Domino, dici possit, Deus passus est, Deus pro nobis mortuus est; non potest tamen dici, Pater Dominus passus est, sicuti erroneè asseruerunt hæretici illi, qui idè Patripassiani appellati sunt; sic etiam quia non potest dici, quod Spiritus Sanctus mortem pro nobis subierit, & passus sit; hinc duæ illæ Cruces, quæ fiunt nominando prædictas duas Personas, Patris, & Spiritus Sancti, efformantur extra Calicem.

Per duas autem Cruces, quæ fiunt extra Calicem, quando nominatur Persona Patris, & Spiritus Sancti, juxta sententiam Alexandri de Ales *part. 4. quest. 83. mem. 5.* significatur separatio Animæ à Corpore in morte Domini: quamvis enim in Christo Domino fuerint tres substantiæ, nimirum Corpus, Anima, & Divinitas; in ejus tamen morte Corpus quidem ab Anima, & Anima à Corpore fuerunt ab invicem separata: sed neutra illarum separata remansit à Divinitate: licet enim Principes hujus Seculi in Dominum Gloriæ, quem crucifixere, omnes immunitatis, post homines natos inaudita, vires effuderint; nunquam tamen unionem hypostaticam attingere, nedum dirimere poterunt: unde semper, etiam post Christi mortem ejus Anima, ejusdemque Corpus consecraverunt hypostaticam unionem cum Persona Verbi, ejusque Divinitate; & ita restituitur illud commune essatum Sanctorum Patrum, loquendo de Verbo Divino incarnato: *Quod semel assumpsit, nunquam dimisit.* Denique possit etiam dici, prædictas duas Cruces extra Calicem significare duas naturas Christi Domini, humanam, & Divinam: in quarum prima Passiois dolores perferunt; in secunda verò, quamvis Passiois dolores non senserit propter suam essentiali Beatitudinem; Passiois tamen injurias, ut ait Vigilus Taplensis *lib. 2. contra Euphorum*, etiam ejus Divinitas pertulit; Passioem verò sola ejus caro perferunt. Quia autem ejus caro hæc omnia, & pertulit, & sensit, merito, ac jure dicimus, Deum his omnibus passioem conditionibus, sensibilibus affectum in carne sua, sine sensu, vel mutatione Divinitatis suæ; ergo perferre passioem naturæ, est utriusque; sed cedere passioem, non est utriusque naturæ, cum sit unius ejusdemque Personæ. Ita Vigilus Taplensis *supra loc. cit.*

VIII. Rub. n. 3. p. 120. & Gavant. p. 12. col. 2. lit. i. *Elevat eum aliquantulum.* Dum

elevat Calicem juxta Rubricæ dispositionem, non debet ipsum elevare ultra quatuor digitos: Hostiam verò Populo non ostendat adorandam; neque in hac functione aliquod specialis reverentiæ signum præstet, sive genuflectendo, sive pedem inflectendo, sive alio modo, ut multi ineptè faciunt: Biss. Bauld. & alii relati ab Hippol. à Portu *suprà n. 12.* item Sacerdos Hostiam prædictam non teneat inclinam, sed rectam. Elevato igitur Calice simul cum Hostia, statim illum manu sinistra deponit suo loco, & manu dextera Hostiam super Corporale deponit, deinde exhibeat omnia ea, quæ superior Rubrica præscribit.

IX. Gavant. pag. 120. col. 1. lit. f. *Equibus primo loco ponitur Johannes, &c.* Postquam expendimus in nostris Observationibus ea, quæ pertinent ad praxim Ceremoniarum, & Sacrorum Rituum, qui in prædicta deprecatione *Nobis quoque peccatoribus, &c.* exhiberi debent; progredimur ad explananda aliqua alia, quæ pertinent ad Sacram eruditionem, & ad reddendam rationem, cur nominentur aliqui Sancti Apostoli, Martyres, &c. in prædicta formula. Sicut igitur ante Consecrationem postulatum fuit suffragium Sanctorum; ita post Consecrationem eorundem petitur cum ipsis in Cælo confortium; qui, ut Regni Dei fierent participes, mortis, pro Christi fide, non timerunt subire supplicium. Nominatur autem primo loco Johannes, secundo Stephanus & tertio Mathias: quia Ecclesia servat in hac deprecatione ordinem passiois, non dignitatis; prius autem passus est Johannes, postea Stephanus, & postea Mathias. Dixi prius passum esse Johannem, quia Johannem, de quo fit mentio in hoc loco, probabilius est juxta sententiam Walafredi esse Baptistam Præcurforem Domini, non verò Evangelistam & Apostolum, sicut dicit Card. Bona *lib. 2. liturg. cap. 14. n. 5.* cum iste nominatus jam fuerit cum aliis Apostolis in alia parte Canonis, quæ *Communicantes* appellatur, & quæ

præce-

præcedit Consecrationem. Cur autem Mathias Apostolus hoc loco nominetur, & non in præfato *Communicantes*, rationem jam reddidimus ibidem in nostris Observationibus. Caterùm advertimus, etiam optimè institutam fuisse hanc deprecationem: quia cum Sacerdos paulò antè oraverit pro aliis, tum vivis, tum defunctis; modò progreditur ad orandum etiam pro se ipso, quia & ipse circumdatus est infirmitate, & debet, quemadmodùm pro aliis, ita etiam pro se ipso Sacrificium offerre; non autem se ipsum indicat singulari numero, sed plurali, dicendo: *Nobis quoque peccatoribus*: quatenus Sacrificium, quod offertur, non est singularis personæ, sed militantis Ecclesiæ, cujus

loco, & vice Sacerdos, ut Minister ejus, sacrificat, & orat, seipsum, & alios peccatores pronuncians, memor scilicet dilecti filii Christi Discipulis qui licet ob vitæ sanctæ puritatem, & innocentiam supra peccatos Domini recumbere meruissent: sui ipsius tamen & condiscipulorum suorum, totiusque conditionis humanæ fragilitatem non debent agnoscere, dicendo: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, &c.*

Alia, quæ spectant ad Sacramentationem ejusdem deprecationis, videri possunt apud Auctores à nobis allegatos in prima Parte 12. qui de Canone, & de omnibus ejuspartibus eruditè scripserunt.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, ab illis verbis, Per quem hæc omnia &c. usque ad Orationem Dominicam.

X. Rubric. n. 4. pag. 121. & Gavant. ibid. col. 1. lit. m. *Discooperit Calicem, &c.* Diaconus in circumstantia à Rubrica expressa debet ita opportunè accedere ad dexteram Celebrantis; ut, postquam Celebrans signaverit Calicem, dicens, *Sancti & fecas*, possit genuflectere cum Celebrante; aliter, si prius accedat, ipse solus genuflectit ad dexteram Celebrantis, & postea genuflectit iterum cum illo. Postquam autem Diaconus huc perve-

nerit, primus Ceremoniarius facta genuflectione vel utroque, vel unico tantum genu, juxta loci consuetudinem, accedit ad libram ut assistat Celebranti, & vertat folia in quibus est; & ibi remaneat, donec Subdiaconus, diciturus *Agnus Dei*, superveniat.

Cætera autem, quæ præstanda sunt à Diacono, usque ad *Pater noster*, satis declarantur à Rubrica n. 4. & Gavanto.

Novæ Observations, & Additiones, ad Gavanti

Tit. X. De Oratione Dominica, & aliis, usque ad factam Communionem. Pro Ritu Missæ Privatae, à principio Orationis Dominicæ, usque ad finem.

I. Rubric. n. 1. pag. 122. *Accipit Patenam inter indicem & medium digitos.* Quæ peragere debet Sacerdos, recitando Orationem Dominicam in Missa Privata, satis exponuntur à Rubrica, & Gavanto, idèò nihil immoramur in addendis aliis, quæ superflua forent. Innuimus tantùm, quòd in fine dictæ Orationis, dum sumit Patenam, quæ erat sub Corporali, debet eam purificatorio in manu sinistra de-

tento, extergere; quòd purificatorium accipitur digito medio, & indice pollicis utroque, per extremitates illius, quæ respiciunt candelabra, si fuerit complicatum: postmodum purificatorium deponitur in eadem Corporali distantia, ut Calix collocari possit inter ipsum purificatorium & Corporale post digitorum ablutioem: deinde eandem Patenam tenet inter indicem & medium quidem

quidem, sed unitum pollicis, ut erat, erectam; & ita, ut pars ejus interior, & inaurata respiciat Hostiam, ejusque extremitas, five ora tangat tobaleam, non verò Corporale; ut tenent Bonamicus, Baldassarius, Tonell. & alii allegati ab Hippolyto à Portu super hanc Rubricam in suis adnotat. n. 10. nec non Gervasi in *instructioe Missæ Privatæ* c. 10. & Lohner *part. 6. tit. 10. lit. 2.* hac ratione ducti, quia Rubrica, quando erigit, quòd super Corporale ponatur ali-

quid, id exprimit: cum autem in hoc casu præscribat tantum, quòd Patena debeat sua extremitate teneri super Altari, videtur factum satis dictæ Rubricæ, si Patena tobaleam tangat; advertit tamen Lohner *loc. cit.* quòd cum purificatorium positum sit extra Corporale, accuratiores Rubricæ in prædicto casu oram Patenæ super eponunt, quia ita verificatur, Patenam extra Corporale positam esse, & simul etiam super Altari, saltem mediàtè.

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab illis verbis: Da propitius pacem, usque ad ultimum, Agnus Dei, inclusivè.

II. Rubric. n. 2. pag. 123. & Gavant. *lib. col. 2. lit. u Patenam ipsam osculatur &c.*) Postquam servaverit Sacerdos ea, quæ præscribit Rubrica n. 2. dicendo post extersionem Patenæ, *Da propitius pacem, &c.* antequam signet se cum eadem Patena, eam osculatur, sed in parte ejusdem anteriori, & superiori: nunquam enim debet osculari in illa parte, per quam transitura est, seu in qua collocari debet Hostia consecrata. Tonell. *lib. 2. tit. 10 Rubr. 2. n. 1.* & alii, quos congerit, & sequitur à Portu *sup. Rubr. 2. n. 4.* Signum autem prædictum Crucis, quod facere debet cum Patena à fronte ad pectus, debet fieri integre; ut liquet etiam ex Decreto S. R. C. dato in nostro Indice *sub num. 205.*

III. Rubric. n. 2. pag. 123. *Submittit Patenam Hostia, &c.*) Dicendo illa verba: *Ut ope Misericordie tue adjuti;* Sacerdos submittit Patenam Hostia, indice sinistræ manus eam accommodando; collocat tamen Patenam in medio Corporalis, ita ut pars superior Patenæ sit elevata super pedem Calicis, ad hoc, ut commodius capiatur, & ad hoc, ut fragmenta, si quæ sunt super Corporali, colligantur, & non adhareant

GAVANT, Rubr. M. II.

ejusdem Patenæ partibus externis. Bonamicus *part. 2. n. 27.* Angel. *part. 3. sup. §. Interim,* Tonell. Baldassarius, & alii, quos allegat, & sequitur à Portu *sup. n. 5.*

IV. Rubr. n. 2. p. 123. *Discooperit Calicem, &c.*) Posita, modo supradictò, Hostia super Patenam, Calicem discooperit manu dextera, manu sinistra tenente nodum Calicis, elevando pallam inter indicem unitum pollicis, & medium digitum, illam que deponendo super Corporali ex uno capite, & ex alio super velum: postea extensis hinc inde super Corporale manibus, Calicem genuflectendo adorat; ac mox surgens premente partem lateralem sinistram Hostia indice sinistræ manus, pollice & indice dextera: minus apprehendit eandem Hostiam in medio, & sic sola dextera elevat Hostiam super Calicem, & postea adhibet etiam sinistram; & sic pollicibus & indicibus utriusque manus, Hostiam super Calicem tenet.

V. Rubr. n. 2. pag. 123. & Gavant. *pag. 1:4 col. 1. lit. x Reverenter frangit &c.*) Frangit autem per rectam lineam non unico ictu, diligenter, & attentè, ne dividatur in fragmenta; & frangit in partes æ-

T

quales.

quales, quantum fieri potest, dum dicit *Per eundem Dominum nostrum, &c.* Commodissimus frangendi modus est, ut in suprema, media, & infima parte medietatis ab initio fiat modica fractura, & postea tota Hostia frangatur; sic enim in duas aequales partes facilius dividitur. Mediam partem Hostiae, quam pollice & indice manus dexteræ tenet, Sacerdos collocat super Patenam. De alia verò parte, quam manu sinistra tenet adhuc super Calicem, frangit ex parte inferiori, juxta sententiam Gavanti *haec lit. x.* confirmatam per Decretum à S. C. editum die 4. Augusti 1663. & datum in nostro Indice *sub num. 408.* frangit, inquam, Hostiam ex dicta parte inferiori cum pollice & indice manus dexteræ, ut dicit Rubrica *n. 2.* exhibendo postea omnia, quæ præscribit eadem Rubrica; advertendo solum quòd quando format Cruces cum illa minima particula supradicta, pronuntiando *Pax Domini &c.* debet formare Sacerdos motum Crucis cum tota manu dextera, & non cum solis pollice & indice ejusdem manus dexteræ, tenente sinistra nodum Calicis. Format autem prædictas Cruces inter illa verba, prout describuntur in Ordine Missæ. Prædicta verò particula separata, quam tenet inter pollicem & indicem manus dexteræ, est tenenda non solum supra, sed etiam intra os Calicis; ut tenent Baldassarius, Bonamicus, Löhner, Polaccus, & alii, quos refert, & sequitur à Portu; quibus adherendum esse crediderim, quia tenendo dictam Particulam intra os calicis, securius observabitur Rubrica.

Immissa dicta Particula in Calicem, & prolatis secretò illis verbis: *Haec commixtio, &c.* Sacerdos statim extergit digitos, nempe pollices, & indices utriusque manus super Calicem, eo modo, quo superius diximus, non fricando eosdem digitos super labia Calicis; Gervasi in sua instructione Missæ Privatae *cap. 10. §. Pronuntiatio:* & post ex-

terfionem, pollex dexteræ manus componendus est, ut prius, cum indice ejusdem dexteræ; & pollex sinistrae, cum indice ejusdem sinistrae: deinde, ut præscribit Rubrica *suprà*, Calicem palla cooperit eam accipiendo inter digitos medium & indicem unum pollicis dexteræ manus. Portu in suis adnot. ad superiorem Rubricam *n. 21.* Deinde positus hinc inde nobis super Corporale, genuflexus ante patenam adorat Sacramentum: mox surgit, junctis manibus ante pectus, non superstitare positus, capite inclinato mediocris natione, intelligibili voce dicit: *Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, &c.*

Prædicta immixtio Particulæ Hostiae consecratae in Calicem, ideò statuta est ab Ecclesia, ut Corpus Christi Domini Sacerdoti suo immisceretur: quamvis enim, si Corpus sine Sanguine sit in Hostia consecrata, nec Sanguis sine Corpore in Calice nihilominus, quia seorsim Corpus sub specie panis, & Sanguis sub specie vini conerantur, ideò statutum est, ut unum cum commisceatur. Reperitur autem hæc commixtio etiam in Liturgia D. Jacobi, à Ordine Romano, ab Hittorpio edito, & in antiquissimis Missalibus.

VI. Gavanti. pag. 124. col. 1. lit. y. *Item inferiori Hostia, &c.* Ecclesia Latina sicut explicatum est, dividit Hostiam in tres partes; Græci autem eam dividunt in quatuor; Mozarabes verò in novem partes olim fractâ Hostiâ, una pars servabatur quæ ad finem Missæ; dummodò vera in qua ex Sergio Papa refert Gratianus in *Consecr. dist. 2. cap. 22.* quam proxime servatam fuisse asserit Micrologus *cap. 23.*

VII. Rubr. *n. 2.* pag. 123. & Gavanti pag. 124. col. 2. lit. c. *Agnus Dei &c.* Sacerdos postquam dixerit *Agnus Dei &c.* prout præscribitur à Rubrica *n. 2.* dicitur

primum *Miserere nobis*, disjungit manus, & non prius, ponendo sinistram super Corporale, & percutiendo dextera pectus, cavendo, ne pollice & indice unitis tangat planctam. Deinde non jungit manus, sed iterum percutit sibi pectus, sinistra perseverante super Corporale, in dicendo secundo *Agnus Dei*, ne manus in aere hæreat; & in dicendo tertio *Agnus Dei*, eadem manus super Corporale teneatur; quod idem præstat, dicendo postea *Domine non sum dignus*, Lohner *part. 6. tit. 10. lit. e.* Gervasius *suprà §. Dopo*, & à Portu *suprà in Rubr. 1. hujus tituli in adnot. n. 26.*

VIII. Gavant, pag. 124 col. 2. ead. lit. c. *Sergius statuit, &c.* Quia S. Jo. Baptista Agnum Dei appellavit Christum Dominum, cum primò eum vidit; hinc manavit mos in Ecclesiam, pingendi Christum in forma Agni: sed temerario ausu Synodus Trullana convellere tentavit hunc pium morem; & sancivit, ne imposterùm Christus Dominus sub Agni figura pingeretur. Pseudosynodi tamen prædictæ restitit Romana Ecclesia, quæ veterem usum semper retinuit: imò Sergius I. teste Anastasio Bibliothecario in ejus vita, statuit, ut tempore consecrationis Hostiæ consecratæ, ter decantaretur à Clero, & à Populo, *Agnus Dei, &c.*

In Ecclesia Orientali vetustior est mentio Agni Dei in Missa Sollemni, sed non per modum precatationis. Quidam autem hac Agni Commemoratione in Ecclesia Græca decepti, crediderunt, & tradiderunt, ut ait Card. Bona *lib. 2. cap. 16. §. 5.* in Ecclesia Latina talem mentionem ante Sergium Summum Pontificem coepisse, eamque Concilio Nicæno coævam, imò etiam antiquiorem existimarunt. Macrius in suo Hierolexico v. *Agnus Dei*, docet, quòd Johannes XXII. statuit, ut tertia, & ultima vice dicatur loco *Miserere nobis, Dona nobis pacem*; & hanc pacis postulationem, ori-

ginem duxisse à sequenti eventu, quem relet Rupertus Abbas Montensis in supplemento Chronici Sigiberti - Apparuit B. V. Anno 1183. cuidam fabro lignario, opus facienti in silva, deditque illi sigillum cum imagine sua, & Filii sui, & cum hac inscriptione: *Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, dona nobis pacem*; iussitque, ut ferret ad Episcopum, atque ei diceret, ut qui vellent pacem Ecclesiæ, facerent hujusmodi sigilla, & portarent in signum pacis. Ex hoc igitur eventu censet Macrius contigisse prædictam mutationem. Utrum autem verè Johannes XXII. prædictam mutationem primus instituerit, Card. Bona in dubium vertit; & asserit, nusquam se legisse, à quo Pontifice præscripta fuerit talis mutatio, quam Sacrosancta Basilica Lateranensis nunquam ad praxim deduxit, & usque modò retinet antiquum morem dicendi *Miserere nobis*, etiam tertia vice. Observat autem Angelus Rocca in commentario de campanis, quòd in ipsa etiam Ecclesia Lateranensi, quando Pontifex celebrat, Schola Cantorum dicit ad tertium *Agnus Dei: Dona nobis pacem*: sed hoc accidit, quia prædicta Schola utitur propriis libris, in quibus communis Ritus servatur.

Quando in prædicta occasione occurrit Sacerdoti proferre Sacrosanctum nomen *Jesus*, controvertitur, utrum debeat inclinare caput, sicuti facere tenetur in reliquis Missæ partibus. Sunt qui sustinent, inclinationem simplicem esse faciendam in tali casu, utpote magis conformem Rubricæ: ita Quarti *part. 2. tit. 5. de orat. n. 2.* & Anonymus Italus *pag. 34.* Alii verò censent, nullam faciendam esse inclinationem: qui in prædicta circumstantia Sacerdos tenet Christum Dominum præ manibus; jam stat capite inclinatus versus Sacramentum, ut præscribit Rubrica; & quia eadem Rubrica nullam aliam præscribit in tali circum-

stantia faciendam esse specialem inclinationem, si prædictum Sanctissimum nomen profertur, sicuti expressè præscribit in a-

aliis Missæ partibus. Hanc sententiam tenent Sarnellus super hanc Rubricam, Tenellius, & alii, quos refert à Portu num. 11.

Pro Ritu Missæ Privatæ, ab initio primæ Orationis post ultimum, Agnus Dei, usque ad sumptionem Hostiæ exclusivè.

IX. Rubric. n. 3. pag. 124. *Tunc manibus junctis, &c.*) Dicitur ultimo *Agnus Dei*, Sacerdos manibus junctis super Altare positus taliter, ut minores duo tangant frontem antependii Altaris, non verò Corporale, supra quod debent extendi solum digiti annulares, & medii, sicuti sæpius diximus, & servatis cæteris, quæ in Rubrica n. 3. describuntur, incipit dicere secretò, non mentaliter, sed legendo super Missale, Orationem, *Domine Jesu Christe, &c.* proit in Ordine Missæ, etiam ibi non inclinando caput, cum pronunciat nomen *Jesus*; cum dicendo tales Orationes reperiri debeat mediocriter inclinatis capite, & humeris.

X. Rubr. n. 3. pag. 124. & Gavant pag. 125. col. 2. lit. f. *Pax tecum, &c.*) Finita prima Oratione, si danda sit pax (quamvis regulariter in Missis Privatis hæc non detur, nisi Prælati, aut Magnatibus) serventur exactè omnia ea, quæ tradit Rubrica n. 3. & Gavantus; addendo tamen, quòd Minister, quando accipit pacem à Celebrante, debet esse genuflexus à cornu Epistolæ. Si autem non sit danda pax, quæ dari non debet, si non adesset Minister interserviens Missæ, neque ullus interesset Episcopus, aut alia insignis persona, statim Sacerdos continuat alias subsequentes Orationes, ut in Ordine Missæ: & hæc sunt certæ, & communia apud omnes Rubricistas.

Prædicti Ritus dandi pacem in Missa,

nonnulli auctorem faciunt Innocentium circa Annum 410. Alii verò Leonem PP. & alii tenent prædictum Innocentium osculum pacis Sacerdotibus tantum mandasse; Leonem verò præscripsisse, osculum pacis etiam laicis daretur. Sed hoc ex verbis epistolæ dicti Innocentii ad Innocentium Eugubinum Episcopum, cuius minimè potest, quia in ea cap. 1. sic legitur: *Pacem igitur asseris ante confecta Missæ quosdam Populis impertiri, vel sibi inter sacerdotes tradere, cum post omnia (quæ agere non debet) pax sit necessariò indicenda, in quam constet Populum ad omnia, quæ in Missæ aguntur, acque in Ecclesia celebrata præbuisse consensum, ac finita esse pacis condentis signaculo demonstrantur.* Ecclesia verò Latina in Communionis usque instantiæ horam, pacis signum remittebat quosdam, cujus testis est Augustinus, Liturgia Ambrosiana apud Pamelium, & Tertullianus in *Orat.* In Orientalibus tamen Ecclesiis, in Ambrosiana, & Hispanica, Ritu Missæ bico, pax immediatè ante Præfationem dæbatur; ut patet, tum ex allato Ambrosiana Missæ Ritu, in quo, lecta post Evangelium Antiphonâ, quæ nunc Offerentiam vocatur, Sacerdos Populo dicit, *Pax habete*, & Populus respondet, *Ad te Domine* tum ex præcitata Innocentii I. epistolâ tum denique ex Isidoro, qui inter Orationes quinque Consecrationi præsertendâ, quartam adnotat pro pace concilianda dicendam, cui propterea titulum pro osculo pacis

præfigit; & apud Clementem, Diaconus ante Præfationem dicit, ut omnes se invicem salutent in osculo Sancto. At salvis prædictorum Auctorum sententiis, & opinionibus, rectius dicendum videtur cum Bellotte in suis observ. pag. 623. hunc Ritum ex Apostolis, & primitivæ Ecclesiæ consuetudine originem trahere, qua Christiani fideles mutuis osculis, mutuam caritatem, animorumque in eadem Religione consensum contestabantur. Prædicti mystici pacis osculi, etiam D. Dionysius Areopagita mentionem facit lib. de Celest. Hierarch. cap. de Communi, & etiam D. Justinus apologia secunda ad Antoninum Imperatorem, ait: *Præter huiusmodi, mutuo nos invicem salutamus osculo pacis: qui fusiis post administrationem Eucharistiæ de eodem osculo pacis loquitur: ut videre est apud ipsum, vel apud Bellotte, qui ejus verba refert. Pacis igitur osculum solebat inter Missarum sollempnia, et potissimum de causa exhiberi, ut ait laudatus Bellotte; ut qui in unam Sacramentorum participationem coeunt, unam*

quoque animorum conjunctionem præferrent: unde S. Ildorus cit. de offic. Eccles. lib. 1. cap. 15. ait: *Quarta post hæc insertur pro osculo pacis, ut caritate omnes reconciliati invicem digni Sacramento Corporis, & Sanguinis Christi consocientur: quia non recipit disensionem cujusquam Christi indivisibile Corpus.*

XI. Rubr. n. 3 pag. 124. *Statim subjungit alias Orationes, &c.* Post datam pacem, quando danda est, Sacerdos dicit duas alias Orationes, ut præscribit Rubrica. Hæ tres Orationes ante Communionem dicendæ, quæ reperiuntur in recentibus, non habentur in antiquis Missalibus, nec in Ordine Romano; & idcirco sunt, qui censent, eas à quibusdam Religiosis inventas esse, ut testatur Micrologus, à Bellotte relatus. In eandem sententiam venit etiam Bellarminus lib. 2. de Missa cap. 1. ubi ait: *Tres Orationes ante Communionem non præscripsit Ordo antiquus Missæ, sed devotio Religiosorum invenit.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando à fine prædictarum Orationum, usque ad ablutionem digitorum.

XII. Rubr. n. 4 pag. 125. & Gavant. pag. 126. col. 2. lit. n. *Panem Celestem accipiam, &c.* Si celebretur Missa Defunctorum, omittantur ea, quæ omittenda præscribit Rubrica n. 4. & dicantur pariter ea, quæ ibidem præscribuntur, & de quibus fusiis discurremus in sequenti titulo XIII. Sive autem celebretur Missa Defunctorum, Sive Vivorum, completa ultima Oratione, Sacerdos genuflectit, & adorat iterum SS. Sacramentum: mox surgens, & erectus accipit Hostiam de Patena, indice & pollice dexteræ manus, adjuvante pollice & indice sinistræ, & collocat inter

pollicem & indicem ejusdem sinistræ, non collocando totaliter unam partem super aliam, sed ita, ut ambæ partes Hostiæ forment figuram rotundam, & ponatur illa, quæ est à parte sinistra Celebrantis, & quæ respectu Hostiæ erit dextera, super aliam. Ita tenet Bauldry part. 3. cap. 5. n. 12. Gervasi supra §. Finite, & alii. Deinde supponit Patenam Hostiæ prædictæ eo modo, quo præscribit Rubrica cit. Cavere tamen debet, ne manus sinistra Corporale tangat, sed ea elevata quatuor digitis à Corporali sustineat Patenam; nisi forte propter debilitatem manus necesse foret, quod digitus minis

mus prædictum Corporale tangeret. Angel. *part. 1. n. 93.* Bauldry *suprà num. 2.* & Bonamicus *part. 2. num. 41.* neque in prædicto casu collocat cubitum, seu brachium super Altare, ut docent Bissus, Corsetus, Moncius, Polaccus, & alii communiter relati ab Hippolyto à Portu *Rubr. 4. in suis adnot. n. 8.* Dextera autem, non disjunctis pollice & indice, sed solum tribus aliis digitis, percutit sibi pectus dicendo, *Domine non sum dignus*, ut disponit Rubricit & Ordo Missæ. Minister quoque, & Missæ adstantes in dicta circumstantia percutiunt sibi pectus tribus vicibus, ut facit Sacerdos: Bauldry *part. 1. cap. 17. n. 17.* & in reliquis exactè adimpleat Sacerdos, communicando se ipsum, omnia ea, quæ traduntur à Rubrica, & Gavanto *hic*; advertendo tamen, quòd debet superimponere unam partem Hostiæ alteri, ut commodè os ingrediatur; & erectus cum eadem Hostia, tenens Patenam in sinistra manu signat se manu dextera signo Crucis palmari, tam in recta, quàm in transversa linea. Pennatus *epit. Sac. Rit. part. 2. tit. 10. n. 4.* Deinde positus super Altare cubitis & reverenter inclinatus inclinatione mediocri, ambas simul partes Hostiæ sumit. Bissus *lit. 1. n. 20. §. 69.* Gervasi *suprà §. Dopo, & §. Cio fatto.*

Utrùm ante sumptionem Hostiæ possint exerceri nonnulli virtutum actus, v. g. contritionis, amoris Dei, &c. non conveniunt in hoc Doctores. Negant Dicastillus *disp. 4. dub. 13. n. 269.* Lohner *part. 2. tit. 25. n. 2.* relati ab à Portu *sup. n. 16.* affirmat apud supradictum Dicastillum Gobat. Sed præcitat à Portu negativam sententiam potiùs approbat, quàm affirmativam: quia nulli actus privatae devotionis debent permisceri cum publicis Religionis actibus, nisi ubi permittuntur, v. g. in utraque Commemoratione Vivorum, & Defunctorum; sed hic non permittuntur; cujus rei signum est, quòd post sumptionem præscribitur

meditatio, non autem ante sumptionem unde exceptio firmat in contrarium rubricam. Quando tamen Sacerdos recedatur, aut dubitaret de aliquo peccato, refertim mortali, cujus non instituit confessionem; tunc & posset, & debet de dicto mortali perfectè conteri quantum posset, cum proposito illud subtrahere quamprimum Ecclesiæ clavibus. Idem Portu *suprà*, & omnes communiter.

XIII. Rubr. n. 4. pag. 125. & Gervasi pag. 126. col. 2. lit. r *Reverenter sumit* Sacerdos aperiendo modestè os absque lingua expositione, & supposita Patena, reverenter ambas partes Hostiæ sumit leviter & moderatè mollificabit ambas partes in linguam, & intactas, si poterit, deponet: igitur caveat, ne indecenter deambus comminuat Sacrosanctam Hostiam quod pariter ab iis, qui communicant, conservetur. Angel. *part. 3. suprà §. Mix.* Quod si palato, vel dentibus adhaeret fragmentum aliquod, tunc lingua, non verò inde revellat; & ubi facile non possit, remat Sanguinem, & abluitionibus delevat. Quartus *part. 2. tit. 10. in dubiis dub. 4.* Bissus *lit. H. num. 74.*

XIV. Rubr. n. 4. pag. 125. *Deponit Patenam, &c.* Sumptis modo prædicto modis ab utraque parte, deponit Patenam super Corporale; & erigens se, iunctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem, id est usque ad mentem, jungit eo pacto, quo fecit ad utramque. *Memento*, ut suprà dictum est, & caput aliquantulum inclinat; & sic stans quiescens paulisper in meditatione SS. Sacramenti, deinde disjungit manus, deponit simul super Corporale, indice & pollice reunitis, & dicit submissa, & secreta sequentem Orationem.

XV. Rubr. n. 4. pag. 125. & Gervasi pag. 126. col. 2. lit. (*Quid retribuam Domino &c.*) Et interim, dum hæc dicit, ma-

in dextera apprehendendo pallam inter indicem unicum pollicis & medium, discooperit Calicem: collocaudo deinde pallam super Corporale & velum de more, de pollicis hinc inde super Corporale manibus, genuflectit dextero genu, & genuflexio sit magis devota, & cum majori reverentia, ac alia: Benvenuti pag. 37. tum surgit, & perseverante sinistra super Corporale, accipit Patenam manu dextera inter digiti os medium & indicem unicum pollicis, ut supra dictum est de palla.

Quod si Celebrans cogatur remove Calicem ut perquirat fragmenta, si quæ sunt super Corporale, illum removeat statim ac discooperuit; & postea genuflectat, ne certe cogatur bis genuflectere, quod aliquo faciendum esset: Bauldry part. 3. tit. 10. Rub. 4. n. 3. tum ipsa Patenâ colligit fragmenta super Corporale. Cum autem in hac actione nulla diligentia sit superflua; ad exactius colligenda fragmenta, poterit manu sinistra (pollice & indice simul junctis) posita inter Corporale & tobaleam, levius excutere Corporale parumper elevatum, ut fragmenta in Patenam paulùm inclinatam à parte

inferiori decidant. Denique sumendo Patenam manu sinistra, non ex ea parte, qua fragmenta collegit, eamque super Calicem elevans pollice & indice manus dextera, inquirat fragmenta, quæ Patenâ adherent, eaque dictis digitis immittit in Calicem: Tonellius sup. n. 8. Bonamicus part. 3. n. 42. unde fit, quod non debeat os Calicis tegi, quasi illud obdurando Patena; nec Patena, ut multi male faciunt, debet de manu sinistra in dexteram transferri, ut iterum purgetur indice & pollice sinistra manus; nec invertenda est, aut concutienda ad Calicem cum strepitu, ut inde fragmenta decidant: in extergenda verò Patena, maxima adhibeatur diligentia, ne minimum quid ex fragmentis super ea remaneat. Extergat prout teret digitos suos Sacerdos, sed nunquam eos purget ad Calicis labia, ut in illum cadant fragmenta, si quæ digitis adhererunt: & si advertat aliquod fragmentum ita suis digitis adherere, ut sit difficile illud remove, ipsos perfricando, digitos etiam alterius manus adhibeat, ut fragmentum illud amoveatur, & in Calicem immittatur. Biffus, Bauldry, & Gavantus supra.

Pro Ritu Missæ Privatæ, à sumptione Hostiæ exclusivè, usque adsumptionem, & purificationem Calicis inclusivè,

XVI. Rubric. n. 5. pag. 126. & Gavant. pag. 127. col. 1. lit. t. Pro alio tempore consecranda &c. Sumpta Hostia à Celebrante, si ad hunc Particulæ consecrata pro alio tempore servanda, gerat se Sacerdos sequenti modo. Si dictæ Particulæ non sint consecrata in Pyxide, seu alio vase, sed super Corporale, statim post sumptam Hostiam eas in suo vase ponat, antequam cum Patena colligat fragmenta: si verò prædictæ particulæ consecrata, fuerint in aliquo vase, tunc sumpta Hostia, & facta prima purificatione an-

te ablutionem digitorum, juxta sententiam Bauldry part. 3. tit. 10. Rubr. 7. n. 1. Tonellii lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 5. & Löhner part. 2. tit. 26. n. 3. posito Calice à latere Evangelii, & factis debitis genuflexionibus antè, & post, dictum vas, seu Pyxis, in quo continentur tales formulæ consecrata, debet reponi in Tabernaculo. Non desunt tamen Auctores, qui tenent, prædictum vas, seu Pyxidem, debere servari super Corporale, usque ad finem Missæ, eo modo, quo fit in Feria 5. Cœnæ Domini; in quo casu Sacer-

dos præstare debet genuflexiones, & alia, quæ præscribuntur, quando Sacramentum habetur super Altare: sectatores autem hujus sententiæ sunt Anonymus Italus *suprà* §. Anzi, & à Porta *Rubr. 5. hujus tituli, in suis adnot. n. 1.*

XVII. *Rubr. n. 5. pag. 126. Diligenter advertit &c.*) Sacerdos postquam cum Patena extenderit diligenter Corporale (quæ extensio, sive videat, sive non videat fragmenta, nunquam omitti debet) & eandem Patenam diligenter pariter extenderit super Calicem, junctis pollicibus & indicibus, sumat Calicem, observando ea, quæ præscribit *Rubrica n. 5. & Gavantus, advertendo tamen, quòd illa verba, Calicem salutaris accipiam, &c. non dicuntur, dum colliguntur, vel immittuntur in Calicem fragmenta, sed quando Sacerdos accipit Calicem per nodum, ut sumat Christi Sanguinem; & debet prædicta verba dicere submissa voce, usque ad *Salvus ero* inclusivè. *Cerem. Missæ Priv. cap. 10. §. 25. n. 1. & Gerv. sup. Benvenuti pag. mibi 38. & Pennatus epitome Rit. Missæ Priv. part. 2. cap. 10. tit. 10. n. 2.**

XVIII. *Rubric. n. 5. pag. 126. & Gav. p. 127. col. 1. lit. u. Signo Crucis cum Calice &c.*) Dum Sacerdos se signat cum Calice, caveat, ne se ipsum tangat prædicto Calice; & Patenam non moveat, cum eam solam supponere debeat Calici, hoc est subtus mentum, sed ipsam mentum non tangendo. Priusquam autem Sacratissimum Christi Sanguinem bibat, & purificationem sumat, advertat iterum, quòd proferendo nomen *Jesu*, non tenetur se inclinare, cum jam inclinato capite, & humeris reverenter suscipiat Sacramentum: advertat pariter, quòd dum Sanguinem sumit, debet cavere, ne inconcinne Calicem reclinet; & sumpto Sanguine, nec labia sua, nec digitos suos lambat, ut inepte aliqui faciunt.

XIX. *Gavant. pag. 127. col. 2. lit. y. Vno autem fit purificatio &c.*) Præstitis à Sa-

cerdote omnibus iis, quæ innuuntur in eadem Rubrica, quando sumpsit de Calice totum Christi Sanguinem cum Particula in eodem posita; debet dextera manu Calicem porrigere Ministro, ad accipiendum vinum per purificationem ejusdem Calicis, deponita dextera sinistra manu tenemè adhuc Patenam super Corporale.

Controvertunt Rubricista, utrum illa verba, *Quod ore sumpsimus Domine*, quæ dicit Sacerdos post Sacrosancti Sanguinis sumptionem, debeant ab eodem proferri, ut equam porrigatur Calix ad accipiendum vinum purificationis; an in actu talis porrectionis? Primam sententiam tenent *Toussaint sup. n. 4. Baldassarius, Moncius, & Spleidianus Andreas Penazzi in epitome Sac. Rituum part. 2. tit. 10. n. 5. & cap. 13. n. 11. Secundam verò sententiam teneunt Biff. de Q. n. 20. Bonamic. & Gerv. suprà §. *Epistolæ il Sanguine*, & prædictus à Porta, hæc ratione ducti, quia Celebrans deberet deponere Calicem super Corporale (quod tamen non innuitur à Rubrica) tum quia normam hanc Rubrica præscriberet, quemadmodum præcipit post sumptionem Hostiæ. Decens tamen mihi videtur, quòd post Sacerdos post sumptionem Hostiæ à se quietisper quiescit in meditatione Sacramenti, idem præstet post Sacratissimi Sanguinis sumptionem: & quamvis de hac secundam meditationem nihil loquatur Rubrica; tamen sapienter interpretanda est: quapropter deponit super Altare Calicem non retracta ab eo manu, paulisper, dum facit secundam brevem meditationem, quiescit, & dicit postea *Quod ore sumpsimus, &c.* porrigitque Calicem Ministro in cornu Epistolæ, ut accipiat ab eo vinum, quo se purificet: & sic pergendo inharebit potius primæ sententiæ, quæ est valde pia.*

XX. *Gavant. pag. 128. col. 1. ead. lit. y. Calicem esse bis tantum admoventum, &c.* Nonnulli Doctores præscribunt, quòd de-

centius sit, unico haustu totum Sacratissimum Sanguinem à Sacerdote sumi: ita Tozell. *supra Rubr.* §. n. 3. Bill. *lit. S.* n. 88. Caudal. *lib. 2.* c. 8. n. 9. & Crassus à Gavanto *cit. lit. u.* è contra verò Bauld. *part. 3.* *Rubr.* §. n. 2. Cabrius *cap. 13.* n. 10. Arnaud. & alii allegati ab Hippol. à *Portu Rubr.* §. n. 7. necnon Durandus à Gavanto *cit.* asserunt, quod Celebrans ter distinctis vicibus admoveat ori Calicem, dum sumit Christi Sanguinem, ut facilius totus sumatur. Verùm molle Gavantus optimo consilio mediam tenet sententiam, asserendo, bis, & non plus, nec minus admovendum esse ori Calicem in sumendo Christi sanguine.

Si verò, postquam Sacerdos Sanguinem sumpsit, particula Hostiæ in Calice remanserit, quæstionem movent Auctores, utrum decentius sit talem particulam digito indice dexterae manus amovere, ut facilius sumi queat; an debeat talis particula relinqui, ubi reperitur, ut postea sumatur cum purificatione. Uterque modus approbatur à *Missali iii.* 10. n. 8. *de defect. occurrentibus in Missa*, sed communiter à Doctoribus magis approbatur secundus, quam primus ex prædictis modis.

Dum sumitur à Celebrante Sacratissimus Sanguis, vel etiam prius, Minister deferens secum campanulam, genuflectit, vel in suo loco, vel in medio Cappellæ, & deinde abit ad credentiam, super qua campanulam deponit; & acceptis ampullis, reliquiis super credentia earumdem operculis, pergit ad cornu Epistolæ, & ibi debitam facit reverentiam. *Gervasi in instrum. pro Min. ist. Missa Privata cap. 10. n. 4.*

Verùm si Sacerdos nondum Sanguinem sumpsisset, tunc Minister, si antè surrexisset (quod non approbo) in dicto loco genuflectit, donec Sacerdos sumat totum Sanguinem; quo sumpto surgit, & extendit dextrum brachium, dum Sacerdos porrigit Calicem extra Corporale, sed intra, & lu-

Gavant. *Rub. Miss.*

per Altare: itaque Minister, extensa, ut diximus, manu dextera, sed cum ampullæ quasi oleulo, & capitis inclinatione antè, & post, infundit in medium Calicis vinum in tanta quantitate, in quanta fuit vinum consecratum; de quo tamen Sacerdos debet dare aliquod signum, elevando v.g. patilifer Calicem, & sic admonendo Ministrum, ut retrahat ampullam. Deinde Sacerdos agitatione levi circumagat Calicem super Corporale, cautè tamen, ut colligantur species, quæ remanserunt; quod semper facere laudabile est; præterea in sumenda purificatione observet exactè ea, quæ tradunt Rubrica, & Gavantus *hic.*

XX. *Rubr. n. 5. p. 127. & Gavant. pag. 128. col. 1. lit. 2. Vno, & aqua abluit, &c.* Sumpta purificatione, deponit Patenam in medio Corporalis versus extremitatem anteriorem; vel si magis placet, eam deponat ex parte sinistra Corporalis à parte Evangelii, absque eo quod eam cum Palla tegat (quod multi, adhibito pede Calicis, erroneè faciunt) aut etiam purificatorio denno purificet, absque eo, ut os suum, vel labium exterius Calicis ex illa parte, ex qua bibit, digitis abstergat, aut digitos lambat: Celebrans accipiens cuppam Calicis sex inferioribus digitis utriusque manus, pollicem & indicem sinistrae dextraque manus conjunctos inter se tenens super os ejusdem Calicis, procedit in cornu Epistolæ (facta prius Cruci debita reverentia) ubi elevatum tenens Calicem intra Altare, sed extra Corporale, pollices & indices abluit, existentes super os ejusdem Calicis, prius vino, deinde aqua; non autem vino solo, ut advertunt Corfet. *tract. 1. cap. 1. n. 5.* Bonamic. *part. 1. obser. 5. n. 13.* & Arnaud. *suprà n. 10.* quod non licet absque Pontificio privilegio, quando non est causa sufficiens, quæ excuset. *Cerem. Missæ Priv. cap. 10. §. 26. n. 4.* Pasqualigus *de Missa Sacrif. quest. 209. n. 8.* docet, uti sola aqua in supradicta di-

Uu gitorum

gitorum ablutione nullum esse peccatum: ita etiam Bissus *lit. A. n. 426*. Advertat Minister, quod infundere debet prius vinum, deinde aquam super pollices & indices Celebrantis in medio Calicis, cum quasi osculis ampullarum, & capitis inclinatione, ut supra; Corset, *tract. 1. part. 1. cap. 1. n. 30* Bauld. *part. 1. cap. 17. n. 41*. Gerv. *in instruct. Cerem. pro Ministr. Missa Priv. cap. 10. n. 5*. nec desistet, donec Sacerdos det signum desinendi: deinde facta solita Altari reverentia, ampullas ad credentiam reportat, operculis suis illas regendo.

Si Celebrans alius digitis, prater indices & pollices, tetigerit Hostiam consecratam, aut alia manus parte; tunc digiti, & pars illa cautè abluenda esset: & idcirco in hoc loco Rubrica non dicit lavandas digitorum extremitates, ut dicit ad *Lavabo* post Offertorium; Moncius *suprà §. 157*. & à Portu *suprà n. 11*.

Tum Sacerdos, ut abstergat aptè digitos, revertitur quasi ad medium Altaris, tenens adhuc Calicem prohiè habebat; quem ponet prope Corporale, sed extra illud; & Purificatorum prope Calicem ipsum, *Biss. lit. D. n. 159. §. 5*. Bauld. *part. 3. tit. 10. Rubr. §. n. 6*. Angel. *part. 3. tit. 10. n. 5*. & Gavantus *hac lit. z*. Tum excussis supra, & non juxta Calicem digitis, pollicibus & indicibus, prius dexteram amovet à Calice, interim dicens: *Corpus tuum Domine, quod sumpsi, &c.* nam dicta Oratio dicenda est, dum digiti purificatorio abstergantur: ut patet ex Rubrica, & monent *Biss. lit. S. n. 20. §. 73*. Tonel. *lib. 2. tit. 10. Rubr. §. in notis n. 7. §. Oratio*. Bauldry, à Portu, & alii.

XXII. Rubr. n. 5. pag. 127. *Quo facto, &c.* Nempe, absterfis digitis purificatorio, accedit ad medium Altaris, & non prius; ut docent Bauldry *suprà n. 4*. Bissus *lit. D. n. 149. §. 5*, aliàs, si accederet ad medium Altaris ante digitorum absterisionem, quomodo junctarum manuum digitis humidis, & fluentibus, se se Crucem inclinaret: Itaque

digitis diligentè extersis, deponit purificatorium extra Corporale, sed prope Calicem, & accedens ad medium Altaris purificatoriis manibus, facit capite inclinato profundam reverentiam Crucem; qua facta, manu sinistra accipit purificatorium, dextera vero Calicem per nodum; & supponens purificatorium, quod tenet manu sinistra, Calicem sumit ablutionem unico haustu: *Biss. lit. n. 159. §. 5*. Quòd si post sumptam ablutionem, aut post dictas Orationes, aliquod huiusmodi fragmentum Sacerdos in Patena reperit, potest illud statim fumere: quia tota ista actio reputatur unus actus, una per se sacrificii consumptio, & unicum conviviale Vinitor §. 30. citans Bonaciam de *Ext. rist. disp. 4. quest. 6. part. 2. n. 12* & *Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 6. n. 22*. Deinde pollicem ablutionem deponit Calicem super Corporale, & servat omnia ea, quae praescribit Rubrica *sup. cit.* & Gavantus; advertendo tamen quòd expanso velo super Calicem, accipit bursam sinistra manu; & dextera Corporale prius à se plicatum, ut tenet communis sententia (aliqui enim, inter quos *Laym. part. 6. tit. 4. n. 56*. sustinent, debet plicari Corporale, postquam Sacerdos convolvit Calicem) quod includit intra bursam, & includendo Corporale, teneat, & cubet bursam, ut fecit in *Missâ* initio; nepe ita, ut ejus apertura antrosum, non à lateribus respiciat. Denique manu sinistra velum posita, accipiat Calicem per nodum; dextera verò extensis digitis, & manibus, posita super bursam, Calicem purificatorium collocet in medio Altaris, velumque Calicis ita accomodet, ut à parte anteriore tegat totum Calicem; quòd si ob reverentiam veli contegi nequeat à parte posteriore, cooperiatur totaliter à dicta parte anteriore. *Biss. lit. C. n. 23. §. 1. §. Bauld. part. 3. tit. 10. n. 7*. & à Portu *in hunc institutum Rubr. §. 18*, qui sequitur hanc sententiam ob reverentiam rationem, nimirum, quia illa

ha Rubricæ superioris, *Ut in principio Missæ*, non debent intelligi tantummodo de loco medio, in quo collocari debet Calix, sed etiam de modo: siquidem non solum in principio Missæ, sed ferè per totam actionem, Calix tenetur in medio Altaris; & si alibi aliquando reponitur, hoc fit per accidens, & transeunter. Quòd si terminata Missa non prescribit Rubrica revolutionem veli super bursam; nec alia multa declarantur à Rubrica generaliter loquendo, quæ tamen declarantur ab Auctoribus, qui Sacras Rubricas explanant, & interpretantur; sic v.g. non ex eundo ab hac Rubrica, non significat manum, quæ collocare debet Calicem in medio Altaris; & tamen Angel. *part. 1. n. 117.*

qui cum *Quarti part. 2. tit. 10. in dub. scilicet. 1.* stat acriter pro contraria sententia, exprimit, qua manu deferri debeat Calix in medio Altaris. Hæc, & alia à Portu, ex quibus magis firmatur suprâ tradita nostra sententia, de facienda parva aliqua meditatione post pretiosissimi Sanguinis sumpcionem, & detinendo interim Calicem manu dextera super Altari; antequàm pronuncientur illa verba, *Quod ore sumpsimus, &c.* de quibus *suprà.* Hic omittere non debeo Decretum S. C. datum in nostro Indice sub n. 520. quo confirmatur supradicta nostra sententia de cooperiando Calice in anteriori sui parte, in fine Missæ, prout cooperitus remanet in Missæ initio ante Offertorium.

Pro Ritu Missæ privatæ, servando in distribuenda Communione Fidelibus Missæ astantibus.

XXIII. Rubr. n. 6. pag. 128. & Gavant. pag. 129. col. 1. lit. d. *Si qui sunt communicandi, &c.* Serventur à Sacerdote, & Ministro exactè omnia ea, quæ prescribuntur à Rubrica n. 6. & Gavanto; à quibus repetendis abstinemus, cum unusquisque satis possit instrui legendo supradicta: addere tamen debemus, quòd antequàm Sacerdos sumat Patenam, vel Pyxidem cum Particulis consecratis, debet Calicem, ex quo ipse Sacratissimum Sanguinem sumpsit, palla tegere, eumque collocare à cornu Evangelii, ut aliqui volunt, nimirum Ceremoniale Missæ Privatæ *cap. 11. §. 3.* à Portu *in hunc titulum Rubr. 6. n. 3.* vel à latere Epistolæ, sed semper super Corporale, ut consultit *Castald. lib. 2. scilicet. 14. cap. 7. n. 4.*

Quando tamen Pyxis est in Tabernaculo, & debet ab ipso extrahi, ut fiat Communionis intra Missæ sollempnia, & in dicta circumstantia immediatè post Communionem Sacerdotis; debet ipse aperire ostium Tabernaculi, & statim adorare Sacramentum,

genusflectendo juxta solitum usque ad terram, unico tamen genu; & postea erectus extrahere Pyxidem, eamque collocare super Corporale quam statim aperit, & mox iterum genuflectit, stando versa facie ad Altare, manibus junctis ante pectus, pollicibus & indicibus nondum disjunctis; interim autem Minister dicit *Confiteor, &c.* postea extendit linteum tempore congruo, nempe statim ut Confessionem terminaverit; quæ Confessio debet ab eodem fieri capite inclinato versus Sacerdotem, in plano Cappellæ; vel supra infimum gradum à latere epistolæ, sed non nisi post sumpcionem Sanguinis factam à Sacerdote.

Prædictum linteum putat Gavantus, Baronii, & aliorum opinionem secutus, dictum fuisse Dominicale ex *Can. 42. Concilii Antissiodorensis*, qui sic habet: *Ut unaquæque mulier, quando communicat, Dominicale suum habeat; quòd si qua non habuerit, usque ad alium diem Dominicum non communicet*: veremur tamen, ut communis hæc Antissiodorensis Canonis explicatio, legitima sit: etenim

cum Antissiodorenses PP. *Can. 36.* præcipiant, ne mulieres nudam manum Eucharistiæ submittant; videtur Dominicale, ejus, meminit *Can. 42.* ab eo linteolo, quo mulieres Sacramentum Dominicum excipiebant, omnino distinctum, ni affirmare velimus, Synodi PP. unam, eandemque rem diversis Canonibus imperasse. Secundo si Dominicale non esset à linteolo diversum, quod mulieres accipiendæ Eucharistiæ subiciebant, Synodus Canonem utrumque copulare debuisset hoc pacto -- Non licet mulieri nuda manu Eucharistiã accipere, sed unaquæque mulier, quando communicat, Dominicale suum habeat; quòd si qua non habuerit, usque ad alium diem Dominicum non communicet -- Cum autem PP. Concilii utrumque Canonem accuratè non conjunxerint, argumento est, aliud ipsos *Can. 36.* aliud *42.* voluisse præcipere. Quid igitur erit Dominicale? placet nobis opinio Baluzii, putantis, integumentum capitis fuisse, quo mulieres operiri debebant, cum accepturæ erant Eucharistiã. Huic sanæ interpretationi favet antiqui Codicis lectio ab eodem Baluzio relata in notis ad Gratianum *causa 33. quest. 5. cap. Mulier* -- Si mulier communicans, Dominicale suum super caput non habuerit, usque ad alium diem Dominicum non communicet -- Sic eundem Canonem refert vetus Penitentialia apud Lancium, & Carolus Du Fresne in Glossario. Probabilissimum igitur est, duo hæc ab Antissiodorensi Concilio fuisse prohibita, ne scilicet mulieres nuda manu, neve aperto capite ad Eucharistiæ perceptionem accederent; quam sententiam Doctissimus quoque Boldetus amplectus est *lib. 1. observationum in in cœmeteriis cap. 10. Grancelas de antiquis liturgiis tom. 2. p. 320.* utramque opinionem conciliare conatur, dicendo, quòd Dominicale erat velum album oblongum, quod pendebat sub mentum, & quod deserviebat mulieribus, & ad caput tegendum,

& veluti mappa manibus apprehensa ad Eucharistiã recipiendam.

XXIV. Rubric. n. 6, pag. 128. & *Ger. 129. col. 1. lit. f. Miseratur vestri, &c.* Facta modo prædicto Confessione à Ministris Sacerdos iterum genuflexit more solito, sed unico genu: deinde surgit, & ambabus manibus junctis ante pectus, statim se vertit ad Populum à cornu Evangelii obliquè nempe humeris conversis ad prædictam lateris partem, ita ut facies conversam simul ad Populum, & ad latus Epistolæ, tertigã vertat Sacramento; tum dicit *Miseratur vestri &c.* in quibus dicendis servet ea, quæ præscribit Rubrica cit. & docet Gratianus *hæc* advertendo tamen, quòd dum facit signum Crucis super Populum, quando dicit *Indulgentiam*, debet tenere manum sinistram infra pectus positam: *Biss. lit. C. n. 383. §. 2. G. stald. lib. 2. sup. an. 4.* cavendo semper, ut pollices & indices adhuc conjuncti pariter tangerent: formando verò Crucem prædictam, debet formare lineam rectam plusquam palmarem, & quasi bipalmarem, & dum pronunciat, *Confessionem peccatorum & vestrorum*, facit signum Crucis, pingendo lineam transversalem ejusdem fere longitudinis cum obliqua linea. Dicit *Indulgentiam*, si Minister est communicandus, surgit à cornu Epistolæ ubi fecit Confessionem; & statim accedens ad medium, genuflexit utroque genu in plana terra ante ultimum gradum Altaris, tunc surgit; & accedens usque ad secundum gradum, si tres sint, vel ad primum prope suppedaneum, genuflexit in medio, deserens secum mappam ad præparatam, & non manutergium; quam mappam ambabus manibus tenens impo-
ante pectus, & quasi prope mentum. Tum recepta Sacra Communione, surgit, statim descendit ad ultimum gradum Altaris, & facta ut prius utroque genu genuflexione, retrahit se ad cornu Epistolæ laterale, ubi ubi prius fecerat Confessionem. *Ger. 129. 129.*

XXV. Rubric. n. 6. pag. 128. & Gavant. pag. 129. col. 1. lit. g. *Ecc. Agnus Dei, &c.*) Dicitur *inulgentiam, &c.* Celebrans iterum se vertit ad Altare; & facta genuflexione, accipit manu sinistra Pyxidem, capiens inter indices unicum pollicem, & reliquos digitos Pyxididis nodum firmiter, eodem modo, quo eam capit, quando dicit, *Domine non sum dignus*. Verum manu dextera accipit unam Particulam inter pollicem & indicem & vertit se ad Populum (qui manus suas in formam Crucis componere debet) sed humeris versis ad medium Altaris, etiam si esset Sacramentum expositum, & communicandi in cornu Epistolae, vel Evangelii essent; & dicit, *Ecc. Agnus Dei, &c.* voce clara, elevando aliquantisper Particulam, oculis semper ad Sacramentum intentis; deinde dicit sequentia verba.

XXVI. Rubr. n. 6. pag. 129. & Gavant. pag. 129. col. 2. lit. h. *Domine non sum dignus, &c.*) Tribus vicibus distinctis; sed neque ipse, neque Populus communicandus, debent, dum proferuntur talia verba, percutere sibi pectus, sed solum Minister id praestat nomine totius Populi. Bauldry *part. 3. cap. 3. n. 11.* Gervasi *supra n. 2.* Tonellius *lib. 2. tit. 10. Rub. 6. in notis n. 3.* postea pergit ad communicandos Fideles existentes extra, sed ad cancellos Cappellae, incipiendo ab iis, qui reperiuntur à latere Epistolae; dummodò non adsint aliqui parati, vel alii de Clero, qui tunc Communionem accipiant eodem loco, & modo, quo diximus supra de Ministro Missae intervenienti, quando communicat. Bauldry *supra cap. 8. num. 5.*

Denique porrigendo cuique personae communicandae Particulam, servet ea, quae praeribit Rubrica cit. & tradit Gavantus *lib. 1.* advertat tamen Sacerdos, ut, dum porrigit Particulam communicandis, promoveat se, & supponat aliquantisper Pyxi-

dem, seu Patenam, ne longius cogatur portare Sacramentum, cum periculo, quòd decidant fragmenta. Cavere tamen debet, ne communicandorum halitus avolare faciat Particulas in Patena, vel Pyxide contentas.

Non sunt approbandi illi, qui, accipientes cum Pyxide etiam purificatorium, saepius abstergunt in eo duos digitos, quibus utuntur in porrigendis Sacris Particulis: quia adest periculum, quòd aliquod fragmentum in terram decidat; & hoc praesertim contingere potest, quando est magna copia communicantium. Quapropter, quando praedicti digiti Sacerdotis sunt saliva communicantium humefacti, docet Claudius La Croix, quòd in tali casu Sacerdos debet diligenter revidere suos digitos; & si deprehendat, aliquod iis adherere fragmentum, tunc eos fricando, reponat in Pyxidem dictum fragmentum, & deinde abstergat eosdem digitos purificatorio, quòd in manu sinistra tenet ad hunc finem: verum purificatorio non utatur, quòd adhibet pro Missae celebratione: quia non decet abstergere digitos saliva humefactos cum eodem purificatorio, quo abstergitur Calix; ut optime adverunt *Quart. part. 2. tit. 10. de Orat. Dom. sect. 3. dub. 3. dist. 4. §. Dico tertio*, & *Diana part. 2. tract. 13. resol. 34. §. Quarto*: qui tamen, ne nova introducatur Rubrica deferendi tale purificatorium, suadent Sacerdotem ad adhibendam omnem cautelam, ne humefactos digitos in porrigendis Particulis ori communicantium. Verum quia difficile est hoc inconveniens evitare; idèò absque ullo serupulo introducendi novam Rubricam, in sententia sumillorum, qui tale purificatorium adhibendum esse approbant. Praterire non debeo, quòd S. Carolus Borromeus in instruct. de Sac. Commun. *part. 4. actorum Ecclesiae Mediol.* hortatur in praedicto casu Sacerdotem communicantem, ut redeat ad Altare, & semel

vel bis digitos abluat in vasculo ibi preparato.

XXVII. Rubr. n. 6. pag. 128. *Omnibus communicatis, &c.*) Redit Sacerdos ad Altare, nihil dicens, & servando exactè ea, quæ traduntur à superiori Rubrica: advertendum solum, quòd debet adhuc tenere iunctos pollices & indices, manu dextera super Pyxidis labia adhaerente, ita ut reli-

qui digiti complicantur; pollex verò à index manus dextera supra Pyxidem extendantur; quam quidem Pyxidem, facta Communione, super Altare deponat, dexteraque genuflectat, & deinde eandem Pyxidem cooperiat, & intra Tabernaculum reponat; qua reposita, iterum genuflectat, & surgens, ostium Tabernaculi claudat. Angel. *part. 3. supra §. Casu, Ceremonia Missæ Privatæ supra.*

De ministranda Eucharistia intra Missam Defunctorum.

XXVIII. Gavant pag. 130. col. 1. lit. n. *In Missis Defunctorum non distribuenda esset Eucharistia, &c.*) Celebris, & gravis est quaestio, quæ agitatur inter Doctores Rubricistas, utrum in Missis Defunctorum post Communionem Sacerdotis, liceat Sacram administrare Eucharistiam? Sententiam affirmativam tuentur noster Castaldus in Cerem. nostræ Congreg. lib. 2. cap. 34. n. 8. & in praxi Sac. Cerem. lib. 2. sect. 14. cap. 7. num. 9. Quarti part. 2. tit. 10. num. 6. in explic. literali v. Tertiò, Pignatellus tom. 9. consult. 90. n. 38. Paulus à S. Johanne Evangelista in Ceremoniali Fratrum Eremitarum Discalceatorum Ordinis S. Augustini lib. 3. cap. 16. Benvenuti ad calcem suæ instruct. pro Sacerdote celebrante in Missa Privata, Antonius de Castro in Cerem. PP. Eremitarum S. Augustini Hispanicè edito part. 2. cap. 4. §. 5. n. 311. Franciscus Andreus in Ceremoniali Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captivorum tract. 4. cap. 10. num. 6. vers. *Omnibus communicatis*, quibus addi possent alii multi. Negativam sententiam verò sustinet Gavantus, cui multi adhærent, præsertim aliqui decepti ex supposito Decreto S. R. C. Anno 1701. de quo infra.

Nos autem validis rationum momentis permoti, cogimur adhære primæ senten-

tia, & recedere à Gavanto: unde sentimus, in prædicta Missa Defunctorum locum esse distribuere Communionem Fidelibus, præsertim verò ex Pariculis in eadem Missa consecratis; de aliis verò pro consecratis in alia Missa, & in Tabernaculo asservatis, mentem pariter nostram aperiemus. Probatur autem prædicta prima sententia ex Concilio Trid. sess. 21. ca. 6. ubi habetur: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adhiberentur, non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicarent; quòd ad eos Sanctissimi huius Sacrosancti uberior proveniret, &c.* Ex quibus Sacrosanctæ Synodi verbis colligitur, quòd de mente ipsius sit licita Eucharistia ministratio etiam in Missis Defunctorum: cum enim generaliter ibi loquatur Concilium, comprehendit profectò non solum Missas Vivorum, sed etiam Missas Defunctorum; in quibus pariter optas Fideles adstantes Sacramenti Eucharistici participare fieri.

Huic sententiæ majus etiam robur addit, ex eo quòd in omnibus Missis Defunctorum, postquam Sacerdos Sacra dona suscepit, habetur & dicitur Antiphona, quæ Communionio vocatur: hoc autem nomine inscribitur talis Antiphona, quia Populo communicanda

cantabatur olim, & Psalmus simal concini solebat cum Gloria Patri, atque ipsius Antiphonae repetitione; ut tota actio Communionis laude Dei personante perficeretur: huius rei exemplum habetur in Antiphonario S. Gregorii, & in antiquis Missalibus manu exaratis. D. Augustinus lib. 2. retrat. cap. 11. testatur hanc consuetudinem in Ecclesia Africana ipso vivente coepisse, ut Hyanni ad Alcarea de Psalmorum libro diceretur, cum Populo oblatio Sacra distribueretur. Ordo Romanus à Cassandro, & Hieronimo editus, in prima descriptione Missae, ejusdem Ritus mentionem facit, dicendo: *Mox ut Pontifex ceperit communicari Populum in Senatorio, statim schola incipit Antiphonam ad Communionem, & psallunt usque dum, communicato omni Populo, etiam in parte mulierum, redit in sedem, & repetitur usque qui seunt.* Haec & alia leguntur apud Card. Bona lib. 2. cap. 17. spectantia ad hunc Ritus. Non desunt tamen, qui cantus praedictae Antiphonae, & instituti auctoritatem faciunt Coelestinum Papam I. alii vero Gregorium; sed Straboni incognitus est talis auctor, ut patet ex ejusdem verbis, quae habentur cap. 22. Omnes tamen conveniunt, talem Antiphonam cantari consuevisse tempore celebrandae Communionis, & distribuendi Populo Sacra munera: ex quibus omnibus fit, quodd, cum in Missa Defunctorum habeatur haec Antiphona, quae *Communio* dicitur; in eadem Missa Ecclesia supponat, Sacerdotem, postquam suscepit ipse Sacramentum, posse Populo distribuere idem Sacrum munus.

Rursus in eadem Defunctorum Missa dicitur illa Oratio, quae *Postcommunio* intulatur: talis quoque deprecatio dicebatur olim, quando omnes, vel plerique, qui aderant Sacrificio, communicabant. Haec eadem Oratio dicebatur etiam *Ad complementum*, eo quod per eam, & per alias sub-

sequentes Orationes concludatur Officium Missae. Micrologus autem cap. 51. asseverat: *Quod Oratio post Communionem, pro solis communicantibus solet orare: hinc quia quotidie in Quadragesima Populus non communicabat, omittebatur praedicta Oratio, & loco illius addebatur alia Oratio dicta Super Populum, de qua ait idem Micrologus: Ne ergo Populus ita Oratione, in Communionis careret, adjecta est Oratio Super Populum, in qua non de communicatione, sed pro Populi protectione specialiter oratur. In Dominicis tamen diebus non dicitur: quia genus flexio vitatur, quae huic Orationi antiqui us à Populo persolvebatur, vel potius ideo, quia omnes, juxta attestationem S. Ambrosii, in Dominicis diebus communicare debent, quibus & Oratio post Communionem pro Benedictione sufficere possit.* Ex quo etiam clare evincitur, quod cum dicatur praedicta Oratio, nempe *Postcommunio*, in Missa Defunctorum; possit in tali Missa distribui Fidelibus Sacra Eucharistia.

Aliis etiam rationibus evidentibus, desumptis ex verbis Canonis, & ex Rubrica, quae habetur in parvo Missali Defunctorum, confirmatur haec sententia. In Canone, inquam, qui dicitur etiam in Missis Defunctorum, exprimuntur haec verba -- Ut quotquot ex hac Altaris participatione Sacrosanctum Filii tui Corpus, & Sanguinem sumperimus, &c. -- Haec commixtio, & consecratio fiat nobis accipientibus in vitam aeternam, &c. Deinde, ut dixi, in Rubrica Missalis Defunctorum habentur haec verba post Communionem factam à Celebrante: *Si qui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet: ex quibus omnibus evincitur, nempe, & ex verbis Canonis, & ex verbis Rubricae permissam esse Communionem Fidelium, & participationem Sacramenti Eucharistici, etiam in Missis Defunctorum. Non me latet, mox allatam*

Rubrica

Rubrica dispositionem esse recentem, non antiquam: nam in Missali Defunctorum edito Romæ apud Carolum Vallæ: tam 1609. tempore Pauli V. non continetur præfata Rubrica: dicendum est igitur, insertam Missali Defunctorum fuisse tempore Urbani VIII. occasione recognitionis Missalis ejusdem Pontificis jussu factæ: sed semper verissimum est, & omnino certum, modò in prædicta Mortuorum Missa non prohiberi, sed apertè concedi Communionem Populi tali Missæ assistentis.

Nonnulli contra hanc sententiam opponunt Decretum à S. R. C. emanatum de Anno 1701. in quo denegata videtur præfata Communio intra Missam Defunctorum: sed hoc Decretum, & quodcumque aliud, si emanavit similis dispositionis, profectò suspensâ fuerunt: & reverà in Ordinario, seu Directorio Ecclesiæ, ac Diœcesis Genuesis pro An. 1715. ex speciali mandato Eminentissimi, ac Reverendissimi Domini Laurentii S. R. E. Cardinalis Flisci Archiepiscopi ejusdem Diœcesis, edita fuit sequens notatio, seu monitum, ad evellendos scrupulos, qui insurgere poterant super præfata sententiæ -- Proposito dubio S. R. C. an liceat in Missis Defunctorum Fidelibus Sacram Communionem ministrare, eadem S. R. C. de Anno 1701. respondit negativè -- Verùm quia prædicti Decreti copiam extrâ dari prohibuit dicta S. C. ex novis motivis; & cum constet ex personis fide dignis, & ex attestations plurimorum Sacrarum Cereemoniarum Magistrorum Romæ degentium, ibi prædictum Decretum non observari; ideo, ne Fideles tam salutari, & fructifero Sacramento priventur, & attentis præfata suspensione, & prædictis attestations, declaratur, quòd in Missis Defunctorum Sacra Communio licitè possit ministrari -- Hæc præcisa verba leguntur in supradicto Directorio pag. 5. in principio. Quæ quidem

omnia à laudato Eminentissimo Flisco citata verissima sunt: nam in Congregatione habita die 21. Martii 1711. referentur Decretum, & Eminentissimo Card. Peruzzi Tituli S. Clementis, reproposito dubio, & Decretum, quo prohibetur dari Communionem in Missis pro Defunctis, debet intelligi, ut Sacerdos celebrans talem Missam in quacunque occasione nequeat ab illa Communionem dare, scilicet, nec tempore celebrationis ante Postcommunionem, nec post celebrationem, finito scilicet Evangelio S. Johannis: eadem S. C. respondendum censuit: *Dilata, & ad mentem*. mens fuit, ut Decretum prohibens præfata Communio intra Missam Defunctorum, non extrâ detur. En igitur quæ Decreta prohibentia Communionem, intelligentiùs, & maturiùs discussa, fuerunt suspensa: unde semper locum habet præfata sententiâ, quam etiam laudatus Card. Peruzzi in sua doctissima consultatione, quæ in dicta Congregatione pronunciata, & quam apud me retineo, validissimè argumentis tuetur.

Neque urget contra hanc nostram sententiam, quòd in Missis Defunctorum, antiquitus Sacra Eucharistia non ministrabatur: nam hoc eveniebat, non quia præfata erant Missæ Defunctorum; sed quia tunc Missæ erant Privatae. Communio enim Populi antiquitus non fiebat in Missis Privatâ, sive postea hæc Missæ Privata fuerit Mortuorum, sive Defunctorum, ut ex Albalanzæ notat Gavantus ipse ad *Rubr. 4. tit. 1. c. 6. lit. i.* ubi asserit, Albaspinæum de veter. Ritibus *lib. 1. observ. 17.* asserere eam probabiliorem, ob quam in Missis Defunctorum non dabatur pax, nisi quia Mortuorum Sacra Privata erant non Sollemnia, ex *Canone 4. Concilii Valdensis secundi*; in Sollemnibus autem erat Communio Populi, & ad eam per pacem præparatio; quæ cessabant in Missis Privatâ.

pariter notat Bissus lit. P. n. 91, §. 1. Quia autem postea ex novo Ritu, & Ecclesie instituto, non prohibetur in Missis Privatis, seu Plainis, Sacra Eucharistiae administratio; hinc fit, jam cessasse causam veteris Ritus, non administrandi Sacram Eucharistiam in Missis Mortuorum: & revera Ecclesia nullam facit exceptionem in Rubricis Missalis, & Canonis, pro Missis Privatis Defunctorum; sed generaliter praescripsit tempus, & modum administrandi Sacram Communionem in quibuscunque Missis sive Vivorum, sive Mortuorum, ut ex allegatis Canonis Missae verbis, & ex dicta Rubrica, quae legitur in Missa Defunctorum, & ex argumentis adductis evidenter demonstratum fuit. Praeterire tamen non debeo, quod iste Ritus distribuendi Sacram Eucharistiam in Missis Defunctorum, non est recens, sed antiquus: nam in antiqui libris Missarum Romanae Ecclesiae, & Antiphonario Sancti Gregorii, quod in lucem emisit Card. Thomaeus fol. 227. in Missis Defunctorum adest Antiphona *Communio*, & haec praecitata verba leguntur. -- Pro quorum memoria Corpus Christi sumimus, dona eis requiem sempiternam -- Et in alio loco -- Pro quorum memoria Sanguinem Christi sumimus, dona eis Domine requiem sempiternam -- Pace igitur Auctorum, qui aliud a nobis sentiunt, crederem hanc nostram sententiam citra illum scrupulum ad praxim deducendam esse: & equidem in omnibus Urbis Ecclesis hic Ritus exercetur.

XXIX. Gavant. pag. 130 col. 1. ead. lit. n. Neque etiam in Missis Defunctorum, &c.) Docet hic Gavantus cum Rubrica, quod facta Communione intra Missam, non debet statim dari Benedictio communicantibus; sed in Missa Vivorum debet eis dari talis Benedictio in fine Missae. Cum autem in Missis Defunctorum talis Benedictio, neque dari queat in fine Missae; hinc arguit idem Gavantus, & alii, non posse in pra-

Gavant, Rubr. Miss.

dicta Missa Defunctorum distribui Sacram Eucharistiam Fidelibus. Verum neque haec difficultas satis est ad evertendam nostram sententiam: quamvis enim verissimum sit, post Communionem administratam in Missa Defunctorum, non debere dari Benedictionem a Sacerdote personis a se communicatis, ut optime notant supra laudati nostri Castaldus, & Quarti, in quo conveniunt reliqui Rubricistae, ac Sacrarum Ceremoniarum Arbitri, dicentes, quod in Missa Defunctorum non debet dari Benedictio Communicatis, quia eis sufficit, Auctorem omnium Benedictionum sumpsisse in Sacrosancto Eucharistiae Sacramento; Benedictio tamen antiquitus dabatur a Sacerdote celebrante, immediate post Communionem; ut ex Amalario, & aliis Auctoribus colligit Macrius in Hierolex. v. Benedictio; & etiam nunc talis Benedictio immediate post Communionem intra Missam factam datur solum ab Episcopo, alicubi ubi moris est; & idem notat Gavantus part. 2. tit. 13. pag. 140. lit. u. sed intelligi debet de sollempni Benedictione Episcopali, nimirum per verba, *Sit nomen Domini, &c.* In fine vero Missae antiquitus soli Romano Pontifici licebat benedicere Populum; ut asseverat Radulphus prop. 13. apud cit. Macrium, qui addit infra: *Idem enim Benedictio post Communionem dabatur: ut qui Eucharistiam non susceperant, saltem cum illa Benedictione discederent.* Quinimo antiquitus etiam in Missis Defunctorum dabatur Benedictio Fidelibus praesentibus sub hac forma: *Deus visa vivorum, & resurrectio mortuorum, benedicat vos in Saecula Saeculorum:* ut notat mox laudatus Macrius loc. cit. ex quodam antiquo Missali impresso de Anno 1533. quod eodem teste aservatur in Bibliotheca Cathedralis Viterbiensis. Similem Benedictionis formam ego quoque legi in duobus aliis Missalibus antiquae editionis, primo quidem edito Venetiis Anno 1519. secundo vero pariter Venetiis impresso Anno 1545. quae

Xx

asser-

affervantur in hac nostra Bibliotheca S. Silvestri in Quirinali. Veram quamvis modò Benedictio à quolibet Sacerdote celebrante detur in fine Missæ, præterquam in Missis Defunctorum; & quamvis post Missam, vel ante Missam, fiat Communio; nihilominus, quando Communio ministratur in Missis Defunctorum, sive intra, de qua modò loquimur; sive ante, sive post Missam, de qua inferiù; ipsi Communicantes haud omnino Sacerdotali privantur Benedictio: quia quamvis hæc non eis impertiatur post Communionem à Sacerdote; datur ab eo tamen, antequàm Communionem ministret: quia antecederet ad talem Communionem dicit: *Indulgentiam, absolutionem, & remissionem, &c.* signans, & benedicens Personas, quas communicare vult, signo Sanctæ Crucis. Ex quibus omnibus semper firmum remanet, nihil officere Sacrosanctæ Eucharistiæ administrationi in Missis Defunctorum, quòd in his Missis non detur in fine Missæ Benedictio Personis communicatis.

Ad magis, magisque comprobanda hucusque dicta, & alia inferiùs dicenda, lubet adducere sequentia Decreta emanata à Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ sub Pontificatu Urbani VIII. & quæ habentur, prout hìc damus, in regestis ejusdem Congregationis tom. 1. fol. 23. cap. 4. in quo agitur de Communione.

I. *Avanti di cominciare la Messa, non si faccia senza gran necessità; ed in questo caso s'accenda il cereo dell'elevazione.*

II. *La Comunione dentro la Messa è prescritta nel Missale minutamente: nel fine non si dia la Benedizione, se non in fine della Messa.*

III. *Comunicando fra la Messa de Requiem, si fa cia l'istesso; nè si dia alcuna Benedizione, nè si scordi di coprire fra tanto il Calice con la solita palla.*

IV. *Chi comunica, finita la Messa si tenga la pianeta, ed il manipolo, come pre-*

scrive il Ritual Romano; nè il Chierico scriva il cereo dell'elevazione, sino che sia finita la Comunione.

V. *Il pannicello, che si dà per la Comunione, sia destinato à quest'uso; nè si dia il velo del Calice, e molto meno il sacro letto dell'ampollette d'asciugare le mani al sacerdote.*

XXX. Usque modò in tuenda præfata sententia locuti sumus de administratione Eucharistiæ intra Missam Defunctorum, et Particulis in eadem Missa consecratis. Non oritur dubium, utrùm eadem Sacra Eucharistia possit intra Missam Defunctorum ministrari etiam ex Particulis præconsecratis in alia Missa, seu in Tabernaculo contentis? Aliqui, inter quos supracit. Abbas Benvenuti, concedunt quidem, licet Eucharistiæ administrationem in primo casu, nempe ex Particulis consecratis in eodem Sacrificio; non verò in secundo, nimirum ex Particulis præconsecratis; quæ quorundam opinio cum sit noviter adinventæ, nec ab Historicis Rubricatis, sive antiquis, sive recentibus excogitata, non videtur admittenda: nullibi enim præscribitur, quòd Communio intra Missam Defunctorum facienda debet fieri ex Particulis in eodem Sacrificio consecratis. Quapropter, cum omnes Rubricæ, & omnes auctoritates, quibus comprobatur licita talis administratio Eucharistiæ intra Missam Defunctorum facienda, loquantur generaliter, & nunquam limitate de his Particulis in eodem Sacrificio consecratis, procul dubio intelligendæ sunt tales Rubricæ, & auctoritates, etiam de Communione facienda ex Particulis præconsecratis.

Neque suffragatur eidem limitationi, quod Particulæ præconsecratae non spectant ad Sacrificium, sed ad actionem ab eo separatam, quæ est actio communicandi: quia si hæc limitatio valeret, locum haberet non solum in Missis Defunctorum, sed etiam in Missis Vivorum; quòd tamen admitti professum

potest, cum nullus Auctor, loquendo de Communionem faciendam in Missis Vivorum, prædictam limitationem præscribat; imò ex inveterata praxi omnium Ecclesiarum, administratur indifferenter Communionem intra Missam Vivorum ex Particulis etiam præcedenter consecratis, extrahendo Pyxidem è Tabernaculo.

Rursus nihil confert Auctoribus contrariæ opinionis allere, quòd Communionem facta ex Particulis in eadem Missa consecratis, esse participatio Sacrificii, cui inter sunt Communicantes, quæ ex Concilio Tridentino sess. 23, de Sacrif. Missæ cap. 6. maximè commendatur; non sic autem esset Communionem facta ex Particulis præconsecratis, & extrahitis è Tabernaculo Altaris: nam Tridentina Synodus solùm optat, ut in singulis Missis stantes communicarent; & non præscribit, quòd dicta Communionem intra Missam fieri debeat ex solis Particulis in eadem Missa consecratis, ut sic Communicantes sint participes Sacrificii; sed verba Concilii, quæ hoc loco attendenda sunt, ita præcisè loquuntur: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles stantes, non solum spiritali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicarent; quòd et eos Sanctissimi huius Sacrificii fructus uberior proveniret.* Ueberior autem fructus, ut asserit Johannes Sanchez in *select. disput.* 30. n. 8. & deducit ex verbis Concilii, provenit potius ex Sacramentali perceptione, quam ex sola Spirituali; & Vasquez de *Euchar. disp.* 112. num. 4. errorem putat in fide, asseverare, eosdem effectus percipi ex Sacramento Eucharistia in voto, atque in re suscepto; ut notat Barbosa in Concilio Tridentinum *ut. sessione 21. cap. 6.* Caterùm uberior fructus non percipitur potius ex Communionem de Particulis in eadem Missa consecratis, quàm de Particulis præconsecratis in alia Missa, ut certum, & inconcussum est apud omnes Theologos, & Catholicos; & in rigore

Theologico loquendo, non rectè dicitur, quòd Fideles Communicantes intra Missam ex Particulis in eodem Sacrificio consecratis, de eodem quoque Sacrificio participent, sicuti rectè dicitur de Sacerdote Missam celebrante: nam Fideles Sacrificio astantes, quamvis dicantur suo modo idem Sacrificium offerre; non tamen dici possunt Sacrificantes, sicuti Sacerdos; indeque est, quòd neque de eodem Sacrificio necessariò participare debent, sicut ipse Sacerdos, seu Sacrificans participat. Et quamvis Fideles ipsi communicent ex Particulis in eadem Missa consecratis; non tamen inde dicuntur participare de Sacrificio, sed de Altari, seu de Victima oblata: & reverà, quando Sacerdos, peracta Consecratione, recitat illam Canonis Orationem: *Supplices te rogamus, &c. prosequitur, dicendo hæc verba: Ut quorquos ex hac Altaris participatione, Sacrosanctum Filii tui Corpus, & Sanguinem sumpsimus, omni Benedictione Cælesti, & gratia repleamur.* Quibus verbis, sicuti insinuat antiquus mos Ecclesiæ, communicandi Fideles intra quamcunque Missam, ut docet Scortia de *Sacrif. Missæ lib. 4. cap. 10. num. 6.* ita significatur, dictos communicantes fieri participes Altaris, seu Sacrosanctæ Victimæ in eodem oblata. Sumunt igitur quidem communicantes de Altari Sacramentum Eucharistia, non Sacrificium; ut optime docet Clericatus de *Sacrif. Missæ decis. 31. sub n. 22.* quod sub aliis terminis docent etiam communiter alii Theologi: quapropter, cum semper salvetur participatio de Altari, participatio eiusdem uberioris fructus in Communionem facta ex Particulis in eadem Missa, sive ex Particulis præcedenter in alia Missa consecratis, & in Tabernaculo servatis; hinc fit, non posse assignari discrimen, rationemque, cur Communionem intra Missam Defunctorum possit fieri ex dictis Particulis in eadem Missa consecratis, & non ex Particulis præconsecratis in alia Missa. Firmum itaque remanet, in

Xx 2

Missæ

Missam Defunctorum licitam esse administrationem Eucharistiæ ex Particulis præconsecratis in altera Missa, & in Pyxide contentis.

Postquam hæc ita scripseram, legere mihi occurrit ad Calcem Kalendarii pro Ecclesia Abbatiæ Sanctæ Mariæ Pacis de Urbe Canonico Regularium Lateranensium pro præfenti Anno 1736. hoc Decretum. - Sa erdos in Missa de Requiem non potest Pulo ministrare Eucharistiã cum Particulis existentibus in Pyxide; potest tamen ministrare Particulas à se consecratis in eadem Missa. S. R. C. die 2. Augusti 1705. - Statim ut hoc perlegi, omnem adhibui diligentiam in evolvendis registis S. R. C. in quibus nunquam potui tale Decretum reperire: unde pro certo habeo, esse supposititium; & eo magis suadeor, quia, si verè emanasset à S. R. C. innotuisset profecto Eminentissimo Cardinali Ferrari, qui, ut supra diximus, Anno 1711. diligentissime examinavit hanc quæstionem: quapropter illud adduxisset, ut evidenter comprobaret suam sententiam pro ministranda Eucharistia intra Missam Defunctorum; neque S. C. aliud tunc resolvisset, nisi confirmationem ejusdem Decreti, ut submoveret omne dubium super quæstione proposita. Ex quo igitur S. C. tunc nihil aliud resolvit, nisi prohibitionem extrahendi Decreta, quæ non permittebant prædictam Communionem intra Missam Defunctorum; iterum dico, pro certo tenendum est, præfens Decretum allegatum in memorato Kalendario esse supposititium: quapropter ejus secunda pars non confert ad comprobandam primam nostram sententiam; prima nihil officit huic secundæ nostræ opinioni.

XXXI. Discussis duabus quæstionibus de Communionem ministranda intra Missam Defunctorum ex Particulis in eadem Missa consecratis, & ex Particulis præconsecratis, seu in Tabernaculo contentis; nunc procedimus ad aliud dubium breviter discutendum, utrum nempe eodem modo liceat

Sacerdoti celebranti Missam Defunctorum ante, vel post eandem Missam, Sacram Eucharistiã Fidelibus administrare? Hinc habio Auctor appendicis ad Ordinarium PP. Cappuccinorum editæ Panormi 1724. §. 1. respondet, quod nedum intra Missam, sed etiam ante, & post Missam Defunctorum liceat Sacram administrare Eucharistiã: rationabilis causa adstet, juxta prædicta precium Celebrantis; & id notatum, ac notum asserit in Ordinario PP. Cappuccinorum Anno 1721. in notationibus Fellician. 16. pag. 27. ubi etiam notatum fuit, quod nunquam datur Benedictio communicatis live ante, live post Missam Defunctorum; cum in his Missis non detur; quæ quidem sententia non danda tali Benedictio, etiam in Communione, est ferè communis, ut patentur Gavantus part. 2. tit. 10. lit. n. pag. 130. & tit. 13. lit. n. pag. 139. Tomellus & alii à nobis supra allegati. Sed recedendo modo ad propositi dubii resolutionem, respondendum esse crediderim, ante, & post Missam Defunctorum abstinendum esse in ministranda Communione Fidelibus: quæ extra Missam, in paramentis nigris, non est distribuenda Communione; cum juxta dispositionem Ritualis Romani, de Ordine ministrandi Sacram Communionem, præscribitur, in administratione Sac. Eucharistiæ, videlicet extra Missam, utendum esse fopelliceo, & desuper stola coloris Officium diei convenientis, in quo fit Communionem. Non recurrendo igitur ad rationem ab his allegatam, nimirum, quod in Missa Defunctorum non debet administrari Eucharistia ex particulis præconsecratis, sed ab hac aliam à nobis adductam; crederem sufficienti ratione probatam iri hanc nostram, & iterum communem sententiam, quod ante, & post Missam Defunctorum debet Sacram abstinere à distribuenda Eucharistia Fidelibus; cum non sit conveniens, neque decens, extra Missam in paramentis nigris, tale Sacramentum administrare; hæc

requiritur semper, vel color conveniens dicitur, ut præferibit Rituale Romanum, vel color albus, valde conveniens Sacramento Eucharistiæ; ut censent multi Doctores, inter quos principem locum obtinet D. Carolus in *Synodo Provinciali L. part. 1.* loquens de hoc Sacramento ministrando alio tempo-

re, quam in Sacrificio Missæ, & dicit: *Superp. lisco, stolaque alba, & ubi Ritus Ambrosianus est, rubra utatur; ex quibus patet, extra Sacrificium nullo modo utendum esse colore nigro in prædicti Augustissimi Sacramenti administratione.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando post factam Fidelium Communionem.

XXXII. Gavant pag. 130. col. 2. lit. p. *Auda itiam, quod purificanda sit Pyxis inna Missam, &c.* Si nulla remanserit Particula in Pyxide post Populi Communionem, Sacerdos purificet Pyxidem ab omni fragmento, faciens illud cadere indice manus dexterae in Calicem; deinde purificet Pyxidem vino, infundendo postea in Calicem; ut docet hic Gavantus, seu alius additor suis Commentariis, & omnes coamminer. Acriter reprehendendi sunt illi, qui purificant quidem Pyxidem, sed nec digitis, nec vino, sed solo utuntur purificatorio; quoniam si remanserit in Pyxide fragmentum aliquod, melius est, ut ibi persistat, quam ut purificatorio dispergatur; quod posset, imò debet, tunc solum adhiberi, quando Pyxis jam fuisse purificata vino ab omni fragmento. Ceremoniale Missæ Privatæ *suprà*, Gervasi in instruct. Missæ Priv. cap. 10 §. *Che se pii* Pyxide extensa, absque ulla genuflexione, reponatur super Altare extra Corporale. Angel. *part. 3. suprà §. Casu, & §. Si in Pyxide.* Si verò remanserint aliquæ Particulae sive

super Corporale, sive super Patenam, sive in Pyxide, & non adsit Custodia, seu Tabernaculum, in quo Pyxis reponi possit; tunc sine alia genuflexione, illas reverenter Celebrans absumit, & postmodum purificat Pyxidem, ut *suprà*, Cerem. Missæ Priv. *suprà*, Angel. *part. 3. suprà §. Si dicitur.*

Si Sacerdos deberet mutare Particulas recenter consecratas in Pyxide cum aliis, quæ in alia Pyxide conservantur in Tabernaculo; facta sumptione Sanginis, & palla cooperto Calice, ac parumper ad cornu Evangelii remoto, semper tamen super Corporale, aperit Custodiam, genuflectit, extrahit Pyxidem, & aperta utraque Pyxide, denuo genuflectit; deinde absumptis Particulis antiquioribus, & purificata Pyxide, injectis in Calicem Missæ omnibus fragmentis, immittit recenter consecratas Particulas in Pyxidem purificatam, illam claudit, & sine osculo pedis, vel alterius partis, ut multi male faciunt, reponit in Tabernaculo, & antequam illud claudat, genuflectit. Cerem. Missæ Priv. *suprà §. Si quis.*

Ritus Communionem distribuendi ante, & post Missam.

XXXIII. Si verò Sacerdos communicet ante Missam (quod tamen non decet fieri, nisi aliqua iusta causa urgente) deposito Calice à parte Evangelii, & bursa in loco consueto, explicatoque Corporali, prope quod collocabit in cornu Epistolæ purificatorium, postea Tabernaculum aperiet; factaque genu-

flexione, Pyxidem extrahet, quam reverenter deponet super Corporale, & eam aperiet, ac iterum genuflectet; & stabit ad Altare conversus, donec finita fuerit Confessio; quam nomine omnium faciet Minister genuflexus in latere Epistolæ, dicens *Confiteor, &c.* Hac terminata rursus genuflectat Sacerdos,

Xx 3

ante

antequam se convertat ad communicandos: vel si facta jam fuerit Confessio, quando Pyxidem aperuit; tunc statim, manibus junctis ante pectus, vertit se ad communicandos, & cetera præstabit, prout diximus *suprà* num. XXIV. & XXV. Minister autem, postquam deposuerit birretum Celebrantis in loco consueto, & Missale super pulvinum, linteum extendet, & accendet intortitia, facietque Confessionem genuflexus à latere Epistolæ, ut mox innuimus.

Si verò communicandum sit in fine Missæ; finito ultimo Evangelio, Celebrans accedit ad medium Altaris, remouet, & deponit Calicem coopertum velo à cornu Evangelii extra Corporale, aperit Tabernaculum, & cetera præstat, ut diximus *suprà*. Minister pariter extendit linteum, si non est extensum, facit Confessionem, &c. Advertat tamen idem Minister, quòd quando facienda est Communio post Missam, non debet extinguere intortitia statim peracta purificatione, & ablutione digitorum Sacerdotis, ut solet fieri, quando non est facienda Communio post Missam.

Peracta Communione, reversus ad Altare, & deposita Pyxide super eodem, Celebrans statim genuflectit, deinde surgit, & dicit voce submissa Antiphonam, *O Sacrum convivium, &c.* quæ tamen non est de præcepto, sed tantum de consilio: unde si quis eam omitteret, non peccaret: ita Baruffaldus in suis comment. ad Rituale Romanum tit. 23. de Euchar. §. 13. n. 68. deinde dicit *Ps. Panem de Cælo, &c.* & tempore Paschali, sicut etiam infra Octavam Corporis Christi, tam Antiphonæ, quam versui additur *Alleluja*: deinde dicit Orationem, *Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, &c.* Quò verò ad *Dominus vobiscum* dicendum ante Orationem, licet prius esset in usu; nunc tamen ejus recitatio in administratione Eucharistiæ, seu in ejus repositione, sublata fuit; ut apparet ex instructione particulari Clementis

XI. pro expositione quadraginta Horarum, & ex Decreto emanato die 16. Junii 1653. & dato in nostro Indice sub n. 399.

His dictis, Sacerdos diligenter adverte, ne fragmentum aliquod digitis adharere, & faciat id, quod *suprà* diximus de Communione intra Missam: deinde genuflectit, surgat, Pyxidem operculo, & parvo cooperto cooperiat; abluat, & extergat digitos, quibus tetigit Sacramentum non descendens intra Altare: Tonell. Bauld. Cerem. Miss. Priv. *sup.* ideoque in vasculo crystallino, vel argenteo, aqua pleno, ad hunc finem parato, cum suo purificatorio super Altare, per tabellam Secretarum purificabit digitos Cerem. Missæ Priv. *suprà*, & Baruffaldus *suprà* §. 16. n. 63.

Quò verò ad ablutionem *supradictam* loquendum, id quòd Rituale Romanum precipit, videtur grave, & incommodum, nepe ut sumatur à sacerdote si celebrans, vel ab iis qui communicaverint: certe contrarius est, cum facile haberi possit, ut illam ablutionem reponendi in Sacramentum, ut communiter fit ab omnibus; non quocumque vice occurrit ista purificatio, sed quando aqua ibi parata non omnino maneat videtur. Baruffaldus *suprà* n. 74. Ablutis digitis, ut *suprà*, aperit Tabernaculum, genuflectit, reponit Pyxidem dextera manu (sinistra, nisi casualiter impediatur, collocata super Altare extra Corporale) iterum genuflectit, antequam Tabernaculum claudat, deinde clave item illud obserat; quia hæc Sacris Canonibus præscribitur, ne à quocumque aditus ad Tabernaculum habeatur. Baruffaldus *suprà* n. 76.

Adnotandum occurrit, quòd *supradicta* Pyxis reponenda est in Tabernaculo, etiam si Particulis esset vacua, sed non purificata à fragmentis. Si verò communicatio fiat intra Missam, tunc purificatur à fragmentis, ut *suprà* dictum est, & ad Sacristiam asportatur à Clerico. Baruffaldus *suprà* n. 77.

Clauſa Pyxide in Tabernaculo, ſtans Sa-
cerdos verſus Altare, elevat oculos verſus
Crucem, & extendens manus, atque jun-
gens, à Portu ſuprà v. 6. caputque inclinans Cruci
inclinatione minimarum maxima, dicit vo-
ce clara ordinaria: *Benedictio Dei omnipo-
tentis, &c.* & poſtea, junctis manibus,
covertens ſe ad communicatos, benedicit,
Caſtaldus, Tonellius ſuprà, manu dextera,
poſita ſiniſtra infra pectus, dicens, *Patriſ,
& filii, & Spiritus Sancti*, ut in Miſſa, &
concludit illis verbis, *Defenda ſuper
nos, & manet ſemper*, & Miniſter ge-
neratus reſpondebit *Amen*; Tonellius
ſuprà, quæ Benedictio debet dari tam an-
te, quam poſt Miſſam manu, & nunquam
Pyxide (prode multi male faciunt, præfer-
tim apud Moniales) quibus communica-
tis, ſi intra Miſſam Communionem ſump-
ſerint, non debet dari alia Benedictio,
quam illa quæ dicitur in fine Miſſæ, ne fiat
expreſſe contra Rubr. 6. hujus tit. Cer. Miſſ.
Præ. ſuprà. Si verò extra Miſſam Commu-
nionem ſumpſerint, male opinantur illi,
qui in prædicto caſu cenſent, quòd Sacer-
dos Monialibus, poſtquam illas communi-
caverit, debeat dare Benedicti onem cum Sa-
cramento in Pyxide contento, hac ratione
moti, quia non convenit, quòd Sacerdos

ad præſentiam Chriſti, qui eſt fons Benedi-
ctionis, dextera ſua benedicat: hoc enim
non obſtante certum eſt, quòd poſtquam
Sanctimoniales fuerint communicatæ, repo-
ſita Pyxide ſuper Corporale, ſeu palla, Sa-
cerdos ſtans adhuc ad fenestellam, ſiniſtra
pectori admota, dextera verò manu exten-
ſa, impertiri debet Sanctimonialibus Bene-
dictionem eo modo, quò benedicit Fideles
peracta Communione: nam cum Sacramen-
to, benedicuntur tantum infirmi, qui pro
viatico communicantur; ut habetur in Ri-
tuali Romano de Ordine miniſtrandi Sacram
Euchariftiam: neque ratio pro contraria
ſententia allata, officit huic Ritui: ſiqui-
dem Sacerdos, qui celebrat in Altari, in
quo eſt expoſitum Ss. Sacramentum, & in-
tra Miſſam dat Benedicti onem. Rurſus idem
Sacerdos, Miſſa peracta, ſi diſtribuit Sacram
Euchariftiam, completa Communione, eo-
dem modo dat Benedicti onem Populo, ac ſi
eſſet in Altari, ubi Sacramentum non eſt
expoſitum. Corſett. *traſt. 2. part. 2. cap. 4.
ſcã. 3. num. 1.* Tonell. *lib. 2. tit. 10. Rubr.
6. in adnot. num. 6. §. Moniales*; Biſſ. *lit. B.
num. 66 §. 3.* ex quibus evincitur, quòd
Monialibus debet dari Benedictio conſue-
ra, manu dextera, etiam ſi Sacramentum ſit
præſens.

Ritus miniſtrandi Euchariftiam extra Miſſam.

XXXIV. Denique prætere non debe-
mus, quomodo ſe gerere debeat Sacerdos in
diſtribuendi Communione extra Miſſam.
Ante omnia igitur Sacriſta mappam munda-
dam ante communicandos extendat, & va-
ſculum vel vitreum, vel argenteum ad pu-
rificandos digitos Sacerdotis ad credentiam
deferat, vel melius ſuper Altari collocet.
Aliqui addunt, quòd debet etiam vaſculum
nummum, vel plura cum vino, vel aqua præ-
parare ad purificationem eorum, qui Com-
munionem ſumpſerint. Rurſus ſuper Al-
tate pariter debet deferre burlam cum

Corporali, & purificatorium in cornu E-
piſtolæ, unâ cum clave Tabernaculi, &
accendere duas candelas ſuper Altare, &
intortitium à cornu Epistolæ, & etiam aliud
à cornu Evangelii, ſi fuerit dies feſtivus.
His peractis, Sacerdos lotis priùs manibus, in-
dutus ſuperpelliceo, & ſola coloris Officii
illius diei convenientis, ut præſcribit Ritu-
ale Romanum loc. à nobis ſupracit. vel
ut alii docent, coloris albi, ut ſuprà pariter
innuimus; & præcedente Miniſtro ſuperpel-
liceo induto, pergit ad Altare capite cooperto,
& manibus junctis ante pectus; quòd cum
perve-

perve-

pervenerit, detegit caput de more, & genuflectet super infimum illius gradum, & Minister cum illo aliquantulum retro in plano Cappellæ: tum ascendet ad oram suppedanei (Ministro interea super infimo gradu genuflexo) super quam genuflexus orabit aliquantulum, ac statim surgens ascendit ad Altare. Minister autem mappam (si id Sacrista non præstiterit) ante communicandos extendet, incipiens à latere Epistolæ; deinde super infimum gradum lateralem in cornu Epistolæ flectet genua, conversa facie quasi ad medium Altaris; & si Sacerdos opus habeat parvo scabello ad extrahendam, vel reponendam Pyxidem, opportunè ministrabit, ac removebit.

Sacerdos interim extrahet Corporale de bursa, eaque ad latus Evangelii deposita, illud extendet, ac prope ipsam collocabit in cornu Epistolæ purificatorium: postea Tabernaculum aperiet; & facta genuflexione, Pyxidem extrahet, & cætera omnia præstabit, prout supra diximus de Communionem faciendam intra Missam, vel immediate post Missam; stando tamen ad Altare conversus, si nondum fuerit finita Confessio (quam, ut diximus, faciet Minister nomine omnium communicandorum genuflexus in latere Epistolæ, dicens *Confiteor, &c.*) ac rursus genuflectet, antequam se convertat; vel si finita sit Confessio, statim conversus ad communicandos, dicit, *Misereatur vestri, &c.* aliaque præstabit, ut diximus supra num. XXIV. & seq. unde videantur ea omnia, quæ ibi à nobis tradita sunt. Postquam autem fecerit abluitionem digitorum in supradicto vasculo (vel antè, de quo infra) & eorundem abluitionem cum purificatorio, Pyxidem cooperiat, & recondet in Tabernaculo; factaque rursus genuflexione, clave obserabit: postea se convertet ad communicandos iunctis manibus; & stans in medio, extensa dextera, tenens hanc pectori admotam, benedicet ipsos dicens, *Benedictio Dei omni-*

potentis, Patris, &c. ut supra innotuit, quando de Communionem facta immittitur post Missam. Deinde Sacerdos plicabit Corporale, illud reponens in bursa cum purificatorio; ipsam verò bursum super Altare à latere Epistolæ. Si verò Altaris cancellis extensum non fuerit, & pauci sint communicandi; poterit Minister singulis communicandis præbere quod sudarium, ad hoc paratum.

Interim Minister extinguet prius titia; & plicata mappula, si committari poterit, ascendit deinde ad suppedaneum & reverenter accipiet bursum de factaque genuflexione, dum Sacerdos nabit se Cruci, descendet in planum, procedens aliquantulum ipsam Sacerdotem, simul genuflectunt sicuti in accessu, & postrecto Sacerdoti birreto, quo tunc regesuum, ipso verò Ministro procedente capite, ambo revertuntur in Sacrum.

Duo adnotare debemus hoc loco, primum nos circa Benedictionem dandam personis communicatis, sequi sententiam Bernardi Angeli Carucci, quam tradidit in Cerem. ad usum PP. Minorum Conventuum, quæ convenit cum ea, quæ habetur in Cerem. PP. Observantium *part. 1. cap. 6. &c.* & quæ pariter traditur à Dominico Plana in Cerem. Cler. Reg. Minorum; citant prædictam Benedictionem esse impermissam, postquam Sacerdos reposita Pyxidem clausitque in Tabernaculo. Alius tamen Ritus præscriptus in Cerem. PP. Capellanorum, in quo *lib. 3. cap. 27.* citato præter nostro Castaldo in margine, hæc habetur: *Post Communionem, Pyxide super Corporale posita, ac suo operculo lecta, ante ipsam genuflectens, ad communicatos se convertens, & benedicens, dicat, &c.* Hic Ritus non datur à Francisco Magio in *diss. 6. p. 32.* præ habetur in suo Galateo religioso; & cognoscitur à nostris Patribus, ut ipse ait, non obliuiscimus qui solum post Sacramentum intra Cibarium clausum, ad Populum conversi, Benedictionem

nem impendunt; & idem Magius asserit, nostrum Castaldum mutasse sententiam in praxi Cerem.

Aliud quod notare debemus, est de ablutione digitorum, quæ juxta nonnullos fieri debet, non recondito Sacramento, & Benedictione jam data; sed antequam Sacerdos Pyxidem in Tabernaculum inferat, ut securius, firmiusque eandem accipere, ac clavem stringere, & digitis obvolvere queat; id quod docuit Paulus à Sancto Johanne in Cerem. Augustinensium Discalceatorum lib. 3. cap. 16. §. De modo communicandi Populum extra Missam, his verbis: *Facta Communionis, Celebrans revertitur ad Altare, ponit Pyxidem super Corporale, sed diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digiti adhaerit, illud deponat in Pyxidem, illamque operculo, & velo cooperit, & digitos quibus tetigit Sacramentum, abluat in vasculo vitreo, & abstergat purificatorio Postea genuflexus, reponit Sacramentum in Tabernaculo.* Alii vero, nimirum Fantonius in Cerem. Carmelitarum lib. 2. Rubr. 55. num. 7. nec non Ramerius in Rituali Coelestinorum lib. 5. cap. 7. præscribunt, prædictam ablutionem digitorum esse faciendam, postquam Pyxis est in Custodia reposita; & postquam Tabernaculum est clausum; quam sententiam pariter legi in Cerem. Monastico lib. 3. cap. 15. §. 3. n. 5. ubi habetur: *Quod recondita Pyxide intra Tabernaculum, eoque obserato, & facta Benedictione, Sacerdos accedens versus cornu Epistolæ, Ministro fundente aquam, abluat*

ille digitos, quibus tetigit SS. Sacramentum, & eos extergit purificatorio. Postrema hæc opinio magis nobis arridet: dicimus tamen, ablutionem digitorum faciendam esse ante Benedictionem.

Denique adnotandum superest, esse consuetudinem in aliquibus Ecclesiis, quod dum Sacerdos communicat Populum, Minister dextera manu tenens vas cum vino, vel aqua, sinistra verò mappulam, pergens aliquantò post Sacerdotem, porrigit purificationem communicatis, & mappulam ad os abstergendum.

Hucusque sermonem habuimus de Ritu servando in distribuenda Communione ante Missam, post Missam, & extra Missam: sed adnotare lubet, quod mos antiquus Communionem ministrandi erat semper intra Missam; de qua re eruditè agit Vannespensius part. 2. tit. 5. cap. 3. n. 4. & seq. ubi n. 11. & 12. adstruit, quod per duodecim, & ultrò Secula observatum fuit, quod Communio intra Missam, non verò extrà distribuere, & quod Eucharistia in Ecclesiis conservaretur pro usu infirmorum tantum; redditque rationem n. 10. quia scilicet Populus unà cum Sacerdote concurrat ad Sacrificium offerendum; ideoque plures Orationes in Missa sunt utrique communes, unde & Populus debet in Missa de eodem Sacrificio particeps esse. Nunc progredimur ad examinandos Ritus, & variã genera antiquarum Communionum.

De variis generibus, & Ritibus antiquæ Communionis.

XXXV. Nomen Communionis quamvis hodie significet solam Eucharistiæ participationem; hæc tamen vox latè olim patebat, & præter Eucharistiã alia multa significabat: super hac re plurima, ac eruditissimè congesta, & disputata sunt à Doctissimis viris Gabriele Albaspino lib. 1. observat. Johanne Morino lib. 2. Ecclesiasticarum exercitationum, Gavani, Rubr. Miss.

Jacobo Sirmondo in historia publica penitentia, Card. Bona lib. 2. rerum Liturgicarum cap. 19. n. 3. ubi ait, quod antiquitus duo præsertim erant genera Christianæ Communionis, Communio scilicet commercii, sive mutæ cum cæteris Fidelibus societatis, & Communio Eucharistiæ, quæ prioris perfectio, finis, & centrum est. Illa habitu dinem habet ad

Yy

Cor-

Corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia; hæc verum Corpus ejusdem respicit, quod sumitur in Eucharistia. Illa dicebatur Communio sine oblatione, utpote consistens in sola participatione Orationum, & consortio Fidelium; hæc Communio cum oblatione iis concessa, qui Corporis, & Sanguinis Domini participes erant, Quoniam verò Ecclesia ex Populo constat, & Clero; ideò Communio, quæ respicit Corpus Christi mysticum, in laicam dividebatur, & Ecclesiasticam; cujus postrema tot erant species, quot Ordines Ecclesiastici. Fit inde, ut eùm aliquis Ordinis sui munia, in pœnam alienjus delicti obire non poterat, is Communionem privari dicebatur, quia cum cæteris, in iis, quæ sui Ordinis erant, communicare non posset: de qua Communionem plures Canones antiqui loquuntur, dum jubent Clericos Communionem privari. Cùm verò aliquis ob capitale crimen perpetuò deponeretur, laica tantùm Communionem donabatur, detrusus in Monasterium, statuente Agathensi Concilio *Can. 50. Si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus capitale crimen admisit . . . ab officii honore deponitur, in Monasterium detrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam Communionem tantummodo accipiat.* Quid rei fuerit laica Communio, disputant eruditi. Scholastici plerique nil aliud esse putant, quàm perceptionem Eucharistiae sub unica specie: sed omnino falluntur: nam ut optime observat Antonius Bellotte observ. ad Ritus Eccles. Laud. pag. 639. utriusque speciei usus permittitur Populo, etiam diu postquam in Ecclesia adversus graviter delinquentes Clericos, pœna Communionis laicæ decreta fuit. Erat igitur laica Communio jus societatis, & communicationis cum cæteris Fidelibus, in rebus tam Sacris, quàm civilibus, more laicorum. Itaque Clerici laica Communionem multati extra septa Altaris communicare cum plebe debebant sub una, vel sub duplici specie, juxta consuetudinem Ecclesiarum: atque in hanc Bonæ, & Bellotte sententiam descendunt ut

plurimum eruditi. Sunt qui Communionem peregrinam, de qua eadem Synodus Agathensis *cap. 2.* aliarque Synodi, cum laica Communionem confundunt: sed vulgò Auctores unam ab alia fecernunt, & merito: quatenus laica Communionem plebæbatur, ad Ordinis sui Officia redire non poterat, cum esset pœna iis imposita, qui perpetuò deponerentur; qui autem Communionem peregrinam donabantur, gradum suum recipere poterant pœnitentia peracta. Id docet nos *Can. 2.* ejusdem Synodi Agathensis: *Contumaces Clerici, pœnae dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur: & si quis prioris gradus sine superbia, Communionem fortasse contempserit, aut Ecclesiam frequentare, vel Officium suum implere neglexerint, peregrina eis Communionem tribuatur; ita ut, cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula, gradum suum, dignitatemque recipiant.* Quid verò fuerit hæc peregrina Communio, dissident Scriptores. Putant Sirmondus, & Albalpinus locis citatis, tunc peregrina Communionem Clericis fuisse multatos, cùm in eo loco, & statim collocabatur, quo poni solebant Clerici peregrini, qui sine literis commendationis extra propriam Dioccesim peregrinabant: excipi enim benigne consueverant, & scriptis Ecclesiarum ali; nemo tamen Clericorum eum illis tanquam cum Clericis communicabat. Displicuit tandem hæc opinio Albalpino; sed mentem suam in altera editione aperire non potuit morte præventus. Gabriel Henao *lib. de Sacrif. Missæ part. 3. disp. 28.* ait, Communionem peregrinam fuisse, ad quam Clerici admittebantur, quibus in pœnam alienjus peccati peregrinationes sive perpetuæ, sive ad tempus impeditæ erant; quam sententiam non approbat Cælius Bona, cùm nullo fundamento nitatur. Eodem alii, in hoc sitam fuisse Communionem peregrinam, ut, qui ea multabatur, inter Clericos inferioris Ordinis communicaret. Sic e. g. Episcopus ea multatus non cùm Episcopis, sed cum Presbyteris; Presbyter non

cum Presbyteris, sed cum Diaconis communicare debebat. Arrisit hæc sententia Dupin in sua Bibliotheca Ecclesiastica; & fortasse exteris esset probabilior, si aliquo testimonio probari posset, peregrinos Clericos hoc pacto communicasse. Quidquid sit, certum est ex Concilio Agathensi, Clericorum nomen, hac Communione pleborum, ab Ecclesie matricula erasum fuisse. His observatis veniam ad Ordinem, quo antiquitus Fideles ad Eucharistiae perceptionem accedebant. Primò Celebrans se ipsum communicabat, deinde Episcopos si qui aderant, vel Presbyteros simul cum eo Missam celebrantes; tum Diaconos, atque Subdiaconos, & Clericos, Monachos, & Diaconissas, Sacras Virgines; novissimè Populum, adjuvantibus Presbyteris, & Diaconis, primùm viros, postea mulieres: constant hæc ex Ordine Romano, & ex Euchologio Græcorum. Quod spectat ad locum, Celebrans in medio Altaris, alii Presbyteri in circuitu, Diaconi retro Altare communicabant; Subdiaconi, & Clerici in limine Sanctuarii,

reliqui extra cancellos: excipe tamen Imperatorem in Ecclesia Græca ex Canone Trulano 69.

Postremum genus Communionis erat illud, quod vetus Ecclesia per eulogias fieri iussit. Nomine eulogiae venit panis, qui consecrationi supererat in particulas dissectus; & in fine Missæ à Sacerdote distribuebatur iis, qui ob aliquod impedimentum non poterant Sacramenti Eucharistici participes fieri: testantur hoc tum Græci, tum Latini Scriptores, Theodorus Balsamon in *Can. 2. Concilii Antiocheni*, Simon Thessalonicensis *lib. de Divino Templo*, Nicolaus Cabasilas in expositione Liturgiæ, Gemma Animæ *lib. 1. cap. 67*. Durandus in *Rational. lib. 4. cap. 53*. Quæ de causa fuerint eulogiae institutæ, agit Cardinalis Bona *lib. 1. cap. 23. §. 12*, qui pariter *lib. 2. cap. 17*. doctissimè, suo more, tractat de variis antiquis Ritibus communicandi etiam infantes, viros, mulieres, deferendi domum Sacramentum Eucharistiae, & alia huiusmodi: unde præfatum Auctorem curiosus lector adire potest.

Pro Ritu Missæ Sollemnis à fine Orationis Dominicæ, usque ad ultimam purificationem Celebrantis.

XXXVI. Rubr. n. 8. pag. 130. *Et dimitte nobis debita nostra, &c.* Dum Celebrans dicit in Oratione Dominica, *Et dimitte nobis*, Diaconus, & Subdiaconus, facta genuflexione Sacramento unico genu retro Celebrantem suis in locis, accedunt ad Altare in cornu Epistolæ, Diaconus quidem à dextera Celebrantis, Subdiaconus verò à dextera Diaconi. Biss. *lit. D. n. 123. §. 39*. Interim quia primus Ceremoniarius assistit libro, secundus Ceremoniarius, & eo deficiente primus Acolythus accedit ad cornu Epistolæ super infimum Altaris gradum; & cum eo pervenerit, unico genu flectit, ut facilius, & commodius surgere possit; Biss. *lit. M. n. 222. §. 1. & lit. A. n. 214*. Bauld. *part. 3. cap. 11.*

art. 8. n. 11. & part. 1. cap. 14. art. 3. n. 21. & postea ibidem stat.

XXXVII. Rubr. n. 8. pag. 130. & Gavant. pag. 131. col. 1. lit. q. *Patenam Diacono, &c.* Subdiaconus verò stans ut supra, porrigit Patenam nondum detectam Diacono; Lehner *part. 3. tit. 3. n. 13*, qui removens eam partem veli, quæ est super Patenam, eam à Subdiacono offerente capit. Castald. *lib. 1. sect. 7. cap. 1. n. 18*. Bauld. *part. 3. supra, & part. 1. cap. 12. art. 1. n. 54*. Tum Diaconus, extensa super Altare Patena purificatorio, ponit eam in dextera Celebrantis, inter pollicem & indicem unitos ex una, & medium digitum præfati Celebrantis ex altera parte, quando iste dixerit *Amen* post Orationem

nem Dominicam, & incipit: *Libera nos quafumus Domine, &c. Cerem. Epif. lib. 1. cap. 9. §. 5. & lib. 2. c. 8. §. 74.* ofculando prius Patenam, deinde manum dexteram Celebrantis: *Cerem. Epif. fup. lib. 1. c. 9. §. 5.* Bauld. *part. 3. fup. & Biffus lit. D. fuprà §. 39.* qui Celebrans poftèa eadèdem Patena fe fignat, & profequitur, ut in Miffa Privata.

XXXVIII. Rubr. n. 8. pag. 130. & Gavant. pag. 131. col. 1. lit. r. *Discooperit, & cooperit, &c.*) Diaconus verò ftans à dexteris ipfius Celebrantis, infervit eidem pro difcooperiendo, & cooperiendo Calice, nempe quando in Oratione *Libera nos, &c.* Celebrans dixerit ultima verba: *Et ab omni perturbatione fecuri:* & dum fupponit ille Patenam Hoftiæ, Diaconus difcooperit Calicem; *Cerem. Epif. lib. 1. cap. 9. fup.* Caftald. *lib. 1. fect. 7. cap. 20. n. 20.* deponendo pallam fuper Corporale, ut aliàs; & poftquàm Hoftiæ divifæ particulam in Calicem immiferit Celebrans, Diaconus Calicem cooperit. *Cerem. Epif. fuprà;* Caftald. *fuprà.* Advertat Diaconus, ne teneat pedem Calicis, dum Celebrans frangit Hoftiam, ut aliqui gratis faciunt. Bauld. *part. 3. fuprà n. 11.* Biff. *fuprà.* Præfatus Diaconus etiàm genufletere debet unico genu cum Celebrante ad adorandum Sacramentum, hoc eft primum poftquàm difcoopererit Calicem, deinde poftquàm cooperuerit; & deinde furgens ftat: Bauld. *part. 3. & part. 1. fuprà n. 55.* Caftald. *fuprà.* nunquam tamen, dum genuflectit, manus fuper Altare ponat, ad differentiam Celebrantis, Biff. *fuprà §. 39.*

XXXIX. Rubr. n. 8. pag. 131. *Subdiaconus reddita Patena, & depofito velo, &c.*) Subdiaconus verò reddit Patenam Diacono, & deponit velum oblongum, quod ab humeris epif. pendebat, & quod accipere debet ambabus manibus fecundus Ceremoniarius, vel primus Acolythus; *Cerem. Epif. lib. 1. cap. 10. §. 6. & lib. 2. cap. 8. §. 75.* qui facta genuflexione utroque genu, ut vult Hip-

pol. à Portu *part. 2. de Miffa Sollem. tit. 14. Rubr. 8. in adnot. n. 10.* vel etiam utroque genu, defert illud ambabus manibus ad candelentiam, ibique plicatum fuper eam ponit tum Subdiaconus ibidem, nempe ad dexteram Diaconi genuflectit; Bauldry *part. 3. fuprà.* & redit ad fuum plani medium retro quàm Celebrantem per gradus anteriores Altaris, ibique ftat facie ad Altare verfa, *Cerem. Epif. lib. 1. cap. 11. §. 6. & lib. 2. cap. 8. §. 77.* Caftald. *lib. 1. fect. 7. cap. 1. n. 18.*

XI. Rubr. n. 8. pag. 131. *Et cum dicitur Pax Domini, &c.*) Cùm Celebrans dicit *Pax Domini*, Subdiaconus genuflectit in loco fuo fuper infimum gradum in medio ubi erit, & accedit ad finiftram Celebrantis, & ibi ftat ac pervenit ad ejuſdem finiftram, genuflectit iterum apud Altare, eodem tempore quo poft coopertum Calicem, tam Celebrans quàm Diaconus fuis in locis genuflectunt. Caftald. *lib. 1. fuprà n. 19.* Bauld. *part. 3. fuprà n. 12.* & Benven. *§. Cùm Celebrans: inter primus Ceremoniarius accedit iuxta bilitum ad cornu laterale Evangelii, genuflectens utroque genu.* A Portu *fuprà n. 10.*

XLI. Rubr. n. 8. pag. 131. & Gavant. *ibid. col. 1. lit. f. Dicunt Agnus Dei, &c.*) Tam Celebrans, & Miniſtri inclinati fimul in oratione modica, junctis manibus ante pectus, dicunt fimul, *Agnus Dei, &c.* fimul voce: Caftald. *lib. 1. fect. 7. fuprà;* & dicitur cuncti prima vice *Miferere nobis*, diftinguunt manus, finiftram infra pectus ponunt, & altera percutiunt pectus, eamque pariter percuti adnotam tenent, ufquedum percutiunt pectus fecunda, & tertia vice ad alia verba *Miferere nobis, & Dona nobis Pacem.* Biff. *lib. 1. c. n. 197. §. 50.* & Benvenuti *fuprà tit. 10.* Idem facit Celebrans, qui tamen, dum ibi percutit pectus, finiftram ponit fuper Corporale de more. Gavant. Biff. *tit. 10. c. 10.* Bauld. *part. 3. fuprà.*

Primus pariter Ceremoniarius, & reliqui Miniſtri inferiores, inclinati circa Altare, ut

dicta circumstantia percipiunt sibi pectus. Bauldry, Bissus, & Benvenuti *suprà*. Ex qua consuetudine, qui sunt in Choro, illud etiam eodem modo dicunt, inclinati versùs Altare inclinatione mediocri. Observandum hic est, Rone multos etiam Cardinales in Cappella Pontificia, dum Celebrans tria producit signa Crucis cum particula Hostie, dicens *Pax Domini. &c.* signare in fronte, ore, & pectore, sicuti facere solent, qui assistunt Missæ Privatae in principio Evangelii: verum hoc fit ex particulari devotione, nec ad Ritum Ecclesiasticum pertinet; ut expressè tradit Nicolaus de Bralio *suprà* n. 2.

Subdiaconus dicto *Agnus Dei*, & facta ibi ad Altare genuflexione unico genu Sacramento, redit retro Celebrantem, non descendens in suum locum in plano, sed stans in secundo gradu Altaris (ubi Diaconus stare debet, quando est retro Celebrantem) ut commo- deus ab ipso Diacono pacem recipere valeat, Bissus *suprà* §. 51. Nicolaus de Bralio *suprà* n. 3. Interim primus Ceremoniaris accedet ad librum, facta priùs genuflexione. A Por- tu *suprà* n. 15.

XLII. Rubr. n. 8. pag. 131. *Diaconus verò à dexteris genuflexus expectat pacem.*) Diaconus autem statim genuflexit utroque genu in sup- pedaneo à dexteris Celebrantis, & sic remanet per totam primam Orationem, *Domine Jesu Christe qui dixisti. &c.* quam de more dicit Celebrans submissa voce. Bissus, Nico- laus de Bralio, Benvenuti *suprà* §. *Dicto, &c.*

Facta supradicta Oratione *Domine Jesu, &c.* vel circa haem ejusdem, ut simul cum Cele- brante osculari possit Altare, sese erigit; & manibus ante pectus junctis, non autem super Altare positis, illud osculatur, sed extra Cor- porale, dum Celebrans illud osculatur in me- dio, positis manibus super Corporale. Bralio, Benvenuti, Bissus *lit. D. n. 123. §. 41.*

XLIII. Rubr. n. 8. pag. 131. & Gavanti. *ibid.* col. 1. lit. t. *Et à Celebrante complexus, accipit pacem.*) His peractis Celebrans dat pa- cem Diacono; sed antequàm ei pacem offe-

rat, non debet Sacramento genuflexere, nec id iterum facere, quando oblata pace, ad Sacra- mentum se convertit; quia Rubrica, & Aucto- res præscribunt genuflexionem solam, quan- do Celebrans accedit, aut recedit à medio Al- taris, in quo est Sanctissimum Sacramentum expositum; nec ullus de tali genuflexione faci- enda mentionem facit. Lohner *part. 2. tit. 24. de Ritu Sollem. n. 2.* Celebrans igitur ter- minata dicta prima Oratione, & osculato Al- tari, Diaconum amplectitur, ita ut brachia bina super humeros ejus ponat; Arnaudus *part. 2. tit. 10. n. 26.* Lohner *part. 2. supra n. 1.* aut saltem manus suas quasi super humeros Diaconi deponat. Bauld. *part. 3. cap. 11. art. 8. n. 13.* Benven. *suprà*, à Portu *suprà* n. 18. Si tamen alieubi viget consuetudo, ut qui dat pa- cem, solùm manum dexteram super sinistram humerum accipientis, sinistram verò sub axil- lis ponat, poterit & illa retineri. Lohner *part. 2. supra n. 1.* à Portu *suprà* Porro Diaconus supponit brachia sua sub brachiis Celebrantis, eique caput inclinat ante, & post amplexum, acceptamque pacem. Bissus *lit. D. n. 123. §. 41.* Bauld. *part. 3. cap. 11. art. 8. n. 13.*

XLIV. Rubr. n. 8. pag. 131. & Gavanti. *ibid.* col. 1. lit. u. *Sinistris genis*) Et appropin- quat sinistram genam sinistrae genae Celebran- tis, ita ut genae leviter se tangant; De Bralio *suprà*, Christiani *señ. 1. cap. 11. n. 14.* interim Celebrans dat pacem dicens, *Pax tecum;* cui Diaconus responderet, *Et cum Spiritu tuo.* Non desunt tamen, qui præscribunt, in prædicto casu sinistras genas, quas sibi invicem ad- moveant, offerens, & accipiens pacem, ap- proximandas esse sine contactu. Ceremonia- le Monasticum *lib. 2. cap. 5. n. 14.* quo factò, & dictò, Celebrans ad librum conversus, pro- sequitur alias Orationes, ut in Missa Privata. Diaconus autem accepta pace, & facta genu- flexione in eodem suppedaneo, in quo pacem recepit, vertit se ad Subdiaconum per latus suum sinistrum, advertens ne tergavertat Sa- cramento; Bauldry *part. 3. supra n. 14 & part. 1. cap. 12. art. 1. n. 57.* cui tunc Diaconus

nus non se inclinât: quia qui pacem defert, quicumque sit, nulli quantumvis supremo Principi (etiam si esset Imperator, vel Rex) reverentiam facit; antequam eipacem det, sed solum post datam pacem. Ceremoniale Episcop. lib. 1. cap. 24 §. 5. & Gavantus lit. y. & alii Rubricistæ communiter. Subdiaconus tamen Diacono se inclinât, quia qui pacem accipit, pro qualitate personæ, plus vel minus inclinât se, antequam accipiat pacem. Gavant. *suprà*, Bauld. *part. 3. suprâ*, Bralion *suprà* n. 4. & alii communiter. Itaque Diaconus superimponens brachia sua brachiis Subdiaconi, dicit, *Pax tecum*: à Portu *suprà* n. 22. Bauld. *part. 1. c. 12. art. 1. n. 57*. Subdiaconus verò, sinistram suam genam sinistrae Diaconi jungens brachia sua brachiis Diaconi supponit, respondetque, *Et cum spiritu tuo*. Bauldry *part. 1. cap. 13. art. 1. n. 35*. Turrinus *part. 1. sect. 3. cap. 2. §. Subdiaconus*, Bralion *suprà* num. 4. Tandem mutuò dicti Ministri se inclinant, quia in fine post datam pacem, tam deferens illam, quam recipiens, pro personarum qualitate se inclinare debent. Cerem. Episc. lib. 1. cap. 24 §. 5. Si autem recipiens pacem sit major dante illam, puta Canonicus Cathedralis, respectu Beneficiati; tunc aut parùm, aut nihil inclinatur. Turrinus *suprà*. Observandum itaque est hic, quòd quotiescunque datur, & recipitur pax, ea omnia servari debent, quæ diximus de Diacono, & Subdiacono, scilicet, ut dans pacem, nullatenus ante dictam pacem caput inclinet; sed bene qui eam recipit, (dammodò accipiens non sit major, ut mox cum Turrino est adnotatum) deinde quòd dans pacem superimponat brachia sua brachiis, seu ambas manus suas scapulis recipientis; nisi tamen recipiens dignior esset, quàm dans, quia tunc dans pacem supponit brachia sua recipienti illam, Bauldry *part. 1. cap. 13. art. 1. num. 36*, & à Portu *suprà* n. 22. Demum mutuò se inclinant inclinatione unicuique debita proportionaliter, hoc est

plus, vel minus secundum qualitates personarum. Cerem. Episc. Gavantus, Bralion, Arnaud. Christiani *suprà*, & alii communiter. XLV. Rubr. n. 8. pag. 131. & Gavantus *ibid.*, col. 2. lit. x. *Subdiaconus accepta pax à Diacono, &c.* Subdiaconus post sumptam pacem à Diacono, genuflectit cum Ceremoniario, vel alio comite, qui à sinistris Subdiaconi incedere debet eodem modo, quo ipsum Subdiaconum comitatur ad ante, ut post cantatam Epistolam. A Portu *suprà* n. 24. Deinde surgent ambo; & Subdiaconus habens, ut dixi, comitem à sinistris, pacem defert in Chorum, quem in medio salutatur à utraque parte. (prohibetur enim salutatio determinatæ personæ, cui danda est pax, sed non salutatio Chori, quæ profectò non est commenda; Bissus *lit. S. n. 196. §. 20.*) & ad dignitorem de Choro accedit; cui tunc sine ulla reverentia propter venerationem pacis, osculum eo modo, quo *suprà* adnotavimus Ceremoniale Episc. *suprà* §. 2. Castald. *lib. 2. sect. 2. cap. 3. n. 1.* qua data debitam eireverentiam facit: & tunc ille dignior præbet pacem sequenti sui ordinis à parte sui Chori, & sic alteri successivè usque ad ultimum sui Chori. Cerem. Episc. *suprà* §. 6. Gavant. Castald. *sup.* & alii. Interim Subdiaconus transit ad alteram partem Chori: sed observet, quòd dum transit ex una parte Chori ad alteram pro danda pace, Altari genuflectere debet cum suo comite in medio, ut in eo genu: & si transeat ante proprium Episcopum, similiter genuflectet; nisi tamen Subdiaconus esset Canonicus Ecclesie Cathedralis, quia tunc tantùm profundè se inclinare debet: si verò transeat ante aliquem Prelatum, illum salutatur sola capitis inclinatione. Bissus *lit. S. num. 196. §. 21.* Sciamus etiam Subdiaconus transierit ad aliam Chori partem, digniori stanti in primo loco, pacem pari disciplina, ut prius, defert, & hic dignior tradit suo viciniore, & viciniore alteri, & sic deinceps usque ad ultimum. *removet*

remoniae Episc. Gavantus, & Castaldus
supra.

Hinc habetur, quod Subdiaconus defert
pacem tantum duobus, nempe digniori ex
utraque parte Chori. Ubi tamen sunt di-
stinctae praebendae, & plures ordines Cleri-
corum, datur semper pax à Subdiacono ab
utraque parte Chori, primo, & digniori
cujusque Ordinis, v. g. si in Cathedralibus,
aut Collegiatis Ecclesiis sint distincti ordi-
nes, & praebendae, datur primò Digni-
tatis, deinde primo Canonico Presby-
tero, & postea primo Canonico Diacono,
deinde primo Canonico Subdiacono,
& post aliis per ordinem; & semper qui prius
accepit, postea dat subsequenti ejusdem or-
dinis. Cerem. Episc. supra §. 6. Bissus lit. S.
n. 196. §. 21. Gavantus, Arnaudus, Chri-
stiani, Castaldus supra; Bauldry part. 3. su-
pra n. 17. à Portu supra n. 25.

Si sit etiam aliqua notabilis distantia inter
Clericos ejusdem ordinis, Subdiaconus eam
etiam dabit primo, qui est remotus ab aliis
sui Ordinis; ne ipsi Clerici cogantur discer-
tere ad recipiendam, & dandam pacem.
Bauldry part. 3. supra n. 18.

Si adsit Episcopus, qui non habeat Pres-
byterum assistentem, convenit ut Diaconus
pacem à Celebrante acceptam, statim Episcopo
deferat; & postea eam dabit Subdiacono,
& hic Clero, & aliis, ut supra, Baul-
dry supra.

Si adsit aliquis supremus Princeps laicus,
vel Prorex, aut Gubernator Provinciae, vel
Magistratus, modò sit ex majoribus, & per-
petuis, ab ipso Subdiacono eis communica-
tur pax cum osculo, eodem prorsus modo,
quo communicanda est omnibus de Clero;
quò & eis defertur eodem ordine, quo fue-
runt incensati; ita ut si fuerint incensati an-
te Clerum, ante illum etiam pacem recipiant;
Bralion supra cap. 8. n. 9. idque totum sa-
tis aperte colligi potest ex Ceremoniali E-

pisc. lib. 1. cap. 23. de ordine thurificandi §.
30. & cap. 24. §. 3. & ex praxi Capellae
Papae; & ut legi potest in Ceremoniali
Romano Marcelli Corcyrensis lib. 2. Hic
mentio facienda est de Decreto, quod ha-
betur in nostro Indice sub n. 81. in quo
statuitur, quòd Diaconus, & Subdiaconus ac-
cipiunt pacem ab Episcopo celebrante, sta-
tim post Diaconos assistentes.

XLVI. Gavant, pag. 131. col. 2. lit. y
Laicis verò datur per instrumentum, &c.) Si
aliis laicis nobilioribus, vel Magistratibus
minoribus danda sit pax, defertur pax
cum instrumento pacis, seu tabella argen-
tea, aut ex pretiosa aliqua materia confecta,
in qua sit imago Crucifixi, & non per Pa-
tenam vice tabellae, quia prohibetur à S.
Pio V. neque per osculum; Bissus lit. I. n.
183. §. 2. Bauldry part. 3. supra n. 19. Bra-
lion supra n. 10. & tunc, dura dicitur *Agnus
Dei*, Ceremoniarius, aut unus Acolythus, acci-
pit de credentia cum velo coloris convenien-
tis (quod ejus manubrio appenditur) instru-
mentum; & dum Diaconus genuflexus expectat
pacem, ipse pariter genuflexus post illum jux-
ta Altare cum ipso Diacono, quando tempus
est, surgit. Accepta autem pace à Cele-
brante, Diaconus, facta genuflexione, il-
lam prius dat Subdiacono, ut supra dictum
est; & post datam pacem ipsi Subdiacono,
Ceremoniarius, vel Acolythus offert Diacono
instrumentum, quod osculatur (quia tale
instrumentum pacis osculandum est vel à
Celebrante, vel ab eo, qui immediatè, ut
est Diaconus, ab eodem Celebrante pacem
accepit; quam secundam sententiam tenent
Bauldry, & à Portu) dicens *Pax tecum;*
& Ceremoniarius, seu Acolythus respon-
det, *Et cum spiritu tuo.* De Bralion supra
num. 10. Bauldry part. 3. supra num. 19.
Bissus lit. S. num. 196. & lit. I. num. 183.
§. 2. Deinde Ceremoniarius, seu Acolythus
à sinistris Subdiaconi incedens, defert se-
cum dictum instrumentum; ut illud suo

tempore eidem Subdiacono tradat, scilicet quando Subdiaconus illud daturus est osculandum laicis, statim accipit: Bauldry part. 1. cap. 13. art. 1. n. 37. (& post quodlibet osculum, si pluribus insignibus viris exhibeatur prædictum instrumentum, ipse velo, quod, ut supra adnotavimus, manubrio erit appensum, leviter extergit, reverentiz causa, ubi deosculatio facta est; Bralion supra, Lohner part. 2. tit. 24. de Rit. sollemni, n. 4.) qui accedens ad supradictos viros nullam faciens reverentiam, nisi post deosculationem, dicit *Pax tecum*, & illi respondet, *Et cum spiritu tuo*. Bralion, Lohner, à Portu de Missâ Sollemni Rubr. §. n. 27. Bauldry supra: & notandum, quod illi, qui accipiunt pacem per instrumentum, non debent stare, ut omnino stare debent illi, qui per osculum pacem accipiunt, ut supra dictum est, sed manent genuflexi. Turrinus part. 1. sect. 3. cap. 2. §. Si pax laicis.

XLVII. Gavant. pag. 131. col. 2. ead. lit. y *Ordo verò dandi pacem, &c.* Hic declarat Gavantus, quod ordo dandi pacem est idem, qui servatus est in incensatione: unde etiam in danda pace personis laicis, idem ordo servandus est, quo fuerunt à Diacono incensati; sed pax laicis datur singulis per instrumentum, ad differentiam pacis datæ per osculum, quæ datur primo solum cujuscunque Ordinis: Diaconus tamen non debet unquam offerre pacem laicis, neque Domino loci; ut notat Gavantus ex Decreto S. R. C. dato in nostro Indice sub n. 145.

Diaconus data pace Subdiacono, statim transit ad sinistram Celebrantis, seu ad librum, incedens per secundum gradum, & non genuflectens in medio, ut malè faciunt multi; sed in accessu ad Altare, seu ad sinistram Celebrantis genuflectit unico genu, & statim surgens, ibi eidem assistit; & cum Celebrans dicit, *Domine non sum dignus*, Diaconus profundè se inclinat, & manu sinistra infra pe-

ctus posita, percutit dextera pectus Celebrantis se communicat, ad utramque speciem profundè se inclinat vertit in stare manibus junctis; tempore vertendi in medio stat erectus. Bauldry part. 3. tit. 2. §. 2. n. 21. Lohner part. 3. tit. 2. §. 2. n. 2.

Subdiaconus data pace, ut supra, & in manu facta reverentia utrique parti Celebrantis suo comite, redit ad Altare; & statim in medio super infimum Altaris gradum genuflectione unico genu cum suo comite, surgit unà cum ipso, & statim dat pacem eadem Ministro comiti, qui illam distribuit, & cetera genuflectione unico genu Altari, & cetera (à Choro ab utraque parte) primo Ministro, qui primus dabit eam subsequenti, & cetera, & sic successivè: tum transit ad alteram partem cum reverentia debita, ut supra, pacem pari disciplina dat etiam primo Ministro alterius partis Clericorum, ut supra, qui eam subsequenti tribuit. Bissus lit. c. 196. §. 13. Bauldry part. 3. supra n. 22. notandum, quod si pacem acceperit à Subdiacono, Ceremoniaris post datam pacem à colytha (qui eam distribuet aliis Clericis, ut mox diximus) recipit se ad cornu Epistolæ. Lohner part. 3. tit. 4. n. 12.

Subdiaconus data pace suo comiti, dicit ad Altare, se conferens ad dexteram Celebrantis; ubi facta genuflectio unico genu Sacramento, surgit, inclinat se, cum Celebrans dicit *Domine non sum dignus*; & manu sinistra infra pectus posita, percutit pectus dextera, ut Diaconus, & facit id, quod diximus supra de Diacono, & cetera, etiam genuflectit ante utramque Communionem cum Celebrante.

XLVIII. Rubr. n. 8. pag. 131. *Soldanus, quando opus est, Calicem discooperit*. Subdiaconus Calicem discooperit, & cetera, dum Celebrans incipit, *Quid retribuam Domino, &c.* Deponendo pallam super Corporale de more. Bissus supra; Bauldry part. 3. supra n. 22.

Dum Celebrans Sacrum Sanguinem sumit, vel etiam citius, primus Acolythus de credentia maturè deservit ampullas aquæ, & vini, & accedit ad latus Epistolæ; & quando opus est, eas successivè porrigit Subdiacono sine osculis: Subdiaconus verò infundit vinum in Calicem manu dextera ad matrem Celebrantis pro ejus purificatione, cum reverentia prævia, & osculis ampullæ tantam, porrigente ipso Celebrante Calicem super Altare, non extrâ. In fuso vino pro purificatione, Subdiaconus infundit vinum pro ablutione manu dextera super pollicem & indices Celebrantis; eoque infuso, & reddita ampulla vini Acolytho, eadem manu dextera accipiens ampullam aquæ, infundit eandem aquam super eosdem digitos, eo modo, quo facit in administratione vini (prædicta autem oscula in Missis Defunctorum omittuntur, ut dicemus suo loco) eandem reddit etiam ampullam aquæ eidem Acolytho, qui utramque acceptam reportat ad credentiam sine genuflexione, sed cum consueta inclinatione. Bauldry *part. 1. supra*, & à Portu *sic, 10. de Miss. Sollemni, num. 30.*

XLIX. Gavant. pag. 132. col. 2. lit. a Si non redierit Subdiaconus, suppleat Acolythus, &c. Quod si Subdiaconus adhuc sit impeditus in distribuenda pace, ita ut nondum redierit ad Altare pro ministrandis ampullis Celebranti (licet melius esset, quod in meditatione SS. Sacramenti, sumpta Hostia, ipse Celebrans remaneret, donec rediret Subdiaconus ad discooperiendum Calicem; Brailion *supra n. 13. Bauldry part. 3. supra n. 23.*) quis debeat interim loco Subdiaconi inservi-

re, in dubiis vertitur à Rubricistis. Gavantus hoc loco vult, hunc defectum Subdiaconi supplendum esse ab aliquo Acolytho; Bauldry verò *part. 3. supra num. 23.* & Brailion *supra n. 13.* volunt id esse præstandum à Diacono; & dicunt in hoc casu, Diaconum, postquam Celebrans sumperit Sacram Hostiam, debere, facta genuflexione in loco, in quo est à sinistris Celebrantis, accedere ad ejus dexteram; sed dum hæc agit Diaconus, Ceremoniarum libro assistit loco illius; Brailion *supra*; & iterum facta genuflexione unico genu Sacramento, inservire ad discooperiendum Calicem, quando opus est, & ministrare ampullas; & addunt, tunc Diaconum debere recedere, & recipere se ad librum, facta genuflexione in accessu, & recessu, quando Subdiaconus ad Altare redierit, ad quem spectabit in reliquis inservire modo jam dicto: unde videtur liberum esse cuicumque amplecti Gavanti, vel Bauldry, & Nicolai de Brailion placitum, cum præfati Auctores nullam de hoc Ritu reddant rationem. Mihi tamen congruentior videtur opinio Bauldry, & Nicolai de Brailion, hoc est, quod Diaconus in supradicto casu transeat ad dexteram Celebrantis: tum quia id colligi potest ex Ceremon. Episc. *lib. 1. cap. 10. de officio Subdiaconi §. 6.* tum quia non videtur conveniens, quod Acolythus ministret ampullas Celebranti in Missis Sollemni, cum hoc spectet ad Ministros Sacros: & quamvis tot frequentes accessus, & recessus Diaconi ex una parte ad aliam videantur importuni, ut rectè docet Biffus *lit. S. num. 196. §. 25.* tamen in hoc casu videntur tolerandi.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, & Pontificalis, servando in danda pace, & distribuenda Communione Cleri, & aliorum Fidelium.

L. Rubr. n. 9. pag. 132. In Missa Pontificali, Assistens accipit, & deservit pacem, &c.) Gavanti. Rubr. Miss.

Quando in Missa Sollemni, præsertim Pontificali, adest Presbyter assistens cum pluviali, dicto

Zz

dicto

dicto *Agnus Dei*, accedit ad dexteram Celebrantis (Diaconus verò ad librum) & ibi eodem Ritu, quo Diaconus, ab eo scilicet Celebrante recipit pacem, & eam ipsemet distribuit, ut Subdiaconus, qui tunc accedit ad eandem dexteram, & assistit Celebranti, ut supra dictum est; & regulariter, juxta sententiam Gavanti, quicquid Crassum, dat illam prius Diacono, qui paululum se retrahit ab Altari, ut illum recipiat; & immediate post, illam dat Subdiacono. Id inquam regulariter observator, præsertim si Diaconus sit Canonicus Ecclesie Cathedralis, & non sit in Choro. Iiquis Prælati, cui secundum consuetudinem, pax sit prius deferenda; in quo casu Assistens, illam etiam distribuet in Choro, antequam det ipsi Diacono, cui illam dabit reversus ad Altare; & tunc, qui illum comitatus est, eam recipiat à Subdiacono, postquam illam ipse receperit à Diacono. Hæc omnia docet de Bralio *supra n. 8.* verum Castaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 11. n. 7.*

vult in prædicto casu pacem accipi immo etiam à Diacono, & dari per eum Subdiacono, qui porat illam prius ad Cherum, & tunc eundem dat Cappellano assistenti ad Altare, ut Ceremoniarum; cui sententia adhibetur Ceremoniale Fratrum Minorum *Obsequia part. 2. cap. 12.* in quo tamen adnotatur hoc verum esse, dummodo Cappellanus assistat Generali; quia si assistit Generali, tunc ipsemet Assistens accipit immediate pacem à Celebrante.

Adnotare debemus, quòd in nova Gavanti editione *post Rubricam n. 9. in fine tit. n. 132. col. 1.* addita sunt sequentia verba: *in eo presente Subdiaconus dabit pacem Diacono post datam pacem in Choro. Congreg. lit. 17 Jun. 1606. & 15 Martii 1608.* quæ tamen verba reddunt sensum confusum, & non propria Gavanti verba, quia non repetuntur in antiquis ejusdem editionibus: unde alio sunt addita.

Ritus ministrandi Eucharistiam intra Missam Sollemnem

LI. Rubr. n. 9. pag. 132. & Gavanti *ibid. col. 1. lit. c. Si in Missa Sollemni fiat Communio, &c.* Quando in Missa Sollemni facienda est Communio, postquam Celebrans sumpserit Sanguinem, & antequam in Calice ponatur vinum pro purificatione, cooperit Calicem palla, illumque retrahit aliquantulum versus cornu Evangelii, ut tamen semper sit super Corporale, & lapidem Sacrum. Bralio *supra cap. 9. n. 2.* Diaconus verò, si ad sinistram pro libro assistat, transit ad dexteram; Subdiaconus autem, si pacem dedit in Choro, & sit ad eandem dexteram, transit ad sinistram, facta tamen ab utroque in accessu, & recessu genuflexione unico genu Altari. Advertat autem Subdiaconus; dum est in via, ut gradum superiorem cedat Diacono. Bissus *lit. S. §. 24.* idè in accessu ad cornu Evangelii, seu ad sinistram, transeat per planum; Bauldry *part. 3. supra art. 10. n. 1.*

& Diaconus per secundum gradum; quicquid ad dexteram Celebrantis pervenerit, facta ibidem genuflexione, ut supra, Pyxidem Particularum, si in Missa sint consecrata, collocat in medio Altaris, ubi ponatur Calix; qua posita eam discooperit, & iterum genuflectit. Bauldry *supra, Bralio supra num. 3.*

LII. Gavanti pag. 132. col. 1. eod. tit. *Quòd si ea extrahenda sit de Tabernaculo, &c.* Si verò Pyxis extrahenda sit de Tabernaculo, tunc Celebrans, ut relinquat locum medium Diacono, recedit cum Subdiacono versus cornu Evangelii, & ibi ambo utroque genu super suppedaneum prope Altare genuflectunt. Bissus *lit. C. supra §. 52.* sicut etiam alii Ministri, qui sunt circa Altare, genuflectunt, quod & faciunt omnes communicandi. Bauldry *supra; de Bralio supra n. 4.* Canonici verò, & Clerus, si non sunt communicandi

nicardi, non debent genuflectere, sed stare debent. Ceremoniale Episc. lib. 2. cap. 29. § 3. Diaconus autem (ablata prius per eum tabella Secretarum, & tradita alicui Acolycho, qui eam deponit super credentiam, vel in alio loco decenti) aperit Tabernaculum, ac mox unico genu genuflectit, & statim surgit, ac Pyxidem à Tabernaculo extrahit, quam ponit in medio Altaris super Corporale: deinde illam aperit, cujus operculum super Altare ponit, & postea iterum unico genu Sacramento adorat, & surgens recedit à medio: ac mox Celebrans cum Subdiacono surgit, & redit ad medium Altaris; Subdiaconus verò stat à sinistris illius super hypocaudium, & Diaconus descendit in pinnam (sed advertat, ne terga vertat Sacramento) versus cornu Epistolæ; & ibi non genuflexus, sed stans inclinatus versus Celebrantem aliquantulum tantum; Ceremoniale Episc. lib. 2. cap. 39. §. 1. & Bralio supra (eò quod forè ad verba, *Et tibi Pater, & te Pater*, debeat profundè inclinare) manibus junctis dicit *Confiteor* alta voce, seu cantat; Cerem. Episc. supra; si sit Communio generalis, vel consuetudo. Bissus supra, Bauldry part. 3. sup. art. 10. num. 3.

LIII. Gavant, pag. 132. col. 1. ead. lit. c. Qui dicit *Confiteor*, &c.) Finita Confessione, Celebrans, qui stabat facie ad Altare conversus, genuflectit unico genu Sacramento; postea conversus non penitus ad Diaconum, sed paululum ad communicandos versus cornu Evangelii, ne terga Sacramento vertat; Bissus lit. 5. supra §. 3. de Bralio supra n. 6. dicit *Miserere vestri, &c. Indulgentiam, &c.* eodem modo, quo faciendæ est Communio in Missa Privata, &c. ut supra exposuimus, dextera producit signum Crucis, cui Diaconus, adhuc inclinatus, respondet *Amen*, Bissus supra. &c. Verùm si Diaconus cantet *Confiteor*, tunc Celebrans retrahat se à cornu Evangelii, versa facie ad cornu Epistolæ, & Subdiaconus stabit post ipsam Celebrantem, dum Diaconus cantat

Confiteor; quo cantato, Celebrans dat voce intelligibili absolutionem, ut supra; qua finita, statim mutat locum; Cerem. Episc. lib. 2. cap. 29. §. 3. videlicet Celebrans cum Subdiacono vertit se cum debitis genuflexionibus ad Altare, & reliqua facit ut supra.

Dum dicitur à Diacono, vel cantatur *Confiteor*, duo Acolythi, extendunt tobaleam, sive mappam, quam hinc inde à lateribus quasi jacentem sustinent, ante Celebrantem genuflexi, ambabus manibus per quatuor angulos, donec peracta sit Communio Clericorum, & non aliorum; quia laici, ut diximus etiam supra, Communionem ad cancellos accipere debent, super quos debet extendi linteum, Bauldry part. 3. supra num. 5.

Si Diaconus, & Subdiaconus Communionem accepturi sunt, ille facta genuflexione post datam absolutionem, accedit ad partem Epistolæ, ubi genuflexus super secundum gradum Altaris, expectat Communionem; Subdiaconus verò ante Confessionem accedit ad partem Evangelii, ubi etiam genuflexus supra gradum Altaris, viciniorem superiori, in medio expectat, Bauldry part. 3. supra n. 5. de Bralio supra num. 7.

Post hæc Celebrans accepta Pyxide cum genuflexione solita, clara, & integra voce profert verba, *Eccce agnus Dei, &c. & ter, Domine non sum dignus, &c.* (ad quæ non necesse est ut aliquis pectus suam percutiat) deinde prius præbet Communionem Diacono, tum Subdiacono genuflexis ante, & supra dictum linteum, Bauldry part. 3. supra n. 6. & post sumptam Communionem, supradicti Sacri Ministri descendunt gradus Altaris, & faciunt genuflexionem Sacramento, & pergunt ad Credentiam, ubi se purificant ex Calice ad id præparato, & cum manutergio ibidem posito os tergant.

LIV. Gavant, pag. 132. col. 2. ead. lit. c. Dum alios Celebrans communicat, &c.) Facta autem

autem sua purificatione, iterum Diaconus, & Subdiaconus accedunt ad Altare per platum, ubi faciunt genuflexionem Sacramento unico genu: tum ascendunt gradus Altaris, Diaconus quidem in cornu Epistolæ pro ministranda purificatione, Bislus *lit. M. n. 150. §. 6.* cum aliquo Calice illis, qui communicaverunt, loquendo tamen de Clericis, qui Clerici Calicem nuda manu non debent tangere, sed mappa cooperta; Bralio *suprà num. 12.* imò melius purificant se ex alio vase, in quo sit vinum aqua mixtum, vel juxta Ceremoniale Episcop. solum vinum, sicut etiam docet de Bralio *sup. num. 11.* Præterea magis debet, ut etiam Clericis hujusmodi purificationem ministraretur ab aliquo Acolytha, & etiam possunt Clerici purificationem sibi sumere in cornu Epistolæ ad credentiam; & tunc accepta Communionem recedant per latus Epistolæ ad eandem credentiam, ut ibi purificationem accipiant; semper autem exeant à Communionem per latus Epistolæ cum debita genuflexione. Bislus *lit. D. num. 123. §. 43.* Bauldry *part. 3. supr. num. 10.* Subdiaconus autem stet ad dexteram Celebrantis. Bislus *lit. M. supr.* si Diaconus ministrat purificationem, ut *suprà*; si verò ministratur ab aliquo Acolytha, tunc Diaconus stabit ad dexteram Celebrantis manibus junctis, & Subdiaconus ad sinistram, pariter manibus junctis; vel etiam Diaconus Patenam sub mento communicandorum tenere poterit: experientia enim necessitatem hujusmodi Ritus evidenter probat, præsertim quando magnus est numerus communicandorum. Bauldry *part. 3. supr.* Sed in hoc recepta loci consuetudo est attendenda.

Si verò Diaconus, & Subdiaconus non accipiant Communionem, quia videlicet sunt Sacerdotes, & Missam celebrant, vel celebrare volunt, aut alia de causa; tunc data absolutione à Celebrante, statim hinc inde assistunt ad latera ipsius; ubi conversi ad SS. Sacramentum illi profunde

se inclinant, dum Celebrans dicit *Domine non sum dignus.* Decet tamen, ut semper Dominicus saltem, & Festis diebus, dicitur Ministris Sacri communent, nisi sint Succedentes, Ceremonia e Episc. *lib. 2. cap. 31. & Concilio Tridentino sess. 23. cap. 13.* non ex Bauldry *part. 3. supr. num. 11.* & aliis. Interim à Choro cantatur Antiphona quæ dicitur Communionem; nam cum talis Antiphona cantetur in signum gratiarum actionis, & lætitiæ de suscepta Communionem, ut tradit etiam Christiani *sect. 1. cap. 11. & 28. lit. i. de mysticis expositionibus;* non debet cantari nisi immediate post susceptionem Celebrante Sacratissimum Sanguinem. A *lit. tu supr. Rubr. 9. in adnot. num. 3.* Bralio *suprà num. 15.* De antiquo Ritu canendi prædictam Antiphonam agit Card. Bona *lit. 2. cap. 17.* & nos quoque mentionem fecimus *suprà*, agentes de Communionem sacrae Missis Defunctorum, sed *lit. 10. n. 27.*

Post Sacros Ministros, Celebrans præbet Sacram Communionem aliis Clericis (qui accedunt ad Altare cum debitis genuflexionibus) etiam Acolythi, sibi ipsi licentibus; Cerem. Cler. Reg. S. Pauli *lit. 2. cap. 17.* si alii non sint, qui illud teneant, si autem communicandi sunt Acolythi Existentes, substituunt sibi alios, donec Communionem acciperint; vel Ceremoniam curet, ut alii substituantur. Gavantus *lit. c. §. Qui verò gestant intorticia, & Bauldry part. 3. supr. num. 6.*

LV. Gavant. p. g. 132. col. 2. eadem *lit. c. Sacerdotes cum stola de collo pendente communicant.* Si qui Prælati inferiores Episcopo, Sacerdotali tamen charactere insigniti, sint communicandi, aut alii etiam Sacerdotes; accedunt post Ministros Sacros cum habitu tamen Choralis, & stola de collo pendente (ita ex Concilio Bracarense advertit Gavantus *hic*) eisque Diaconus in cornu Epistolæ stans, præbet purificationem in aliquo Calice, sicuti & alius de Clero præbet, ut *suprà* diximus, præ-

secationem in aliquo Calice, si sint in Sa-
cris. Bauldry num. 7.

Bisus & Bauldry locis infra citandis, as-
serunt, quod si Prælati insignes sint com-
municaturi in Missa Sollemni, communicent
ante Ministros Sacros; & si esset Cardinalis
& R. E. sive Diaconus, sive Presbyter, vel
etiam Episcopus consecutus, qui rationabi-
li de causa propter infirmam valetudi-
nem sic communicandus, hoc modo ad Commu-
nionem procedit, videlicet: procedunt
Mazzeri s; & Ceremoniarius, sequitur
Cardinalis, vel Episcopus, & postea Di-
gnores de Choro in suo habitu Choralis bi-
ni simul procedentes, ultimò sequitur ex
sua familia dignior; Cardinalis verò, vel
Episcopus ob reverentiam Sacramenti cau-
dam sibi teneat. Bisus *lit. P. n. 184*. Baul-
dry *part. 3. sup. n. 8*.

Cum ad Altare pervenerit, adorat Sa-
cramentum genuflexus super pulvino, ante
infimum Altaris gradum: tum ascendit ad
Altare (duo Acolythi teneant linteam ex-
tensum; Bisus *suprà* §. 1. vel præfati duo
digniores mantile sustinere poterunt ante pe-
ctus ejus; Bauldry *suprà*.) & accipit à Cele-
brante Communionem, non tamen oscu-
latur ejus manum, sed solum faciem post
Communionem, dummodo Celebrans etiam
sit Prælati; nam ceterum nec manum, nec
faciem osculatur. Bauldry, & Bisus *suprà*.
Advertendum tamen occurrit, quod Cele-
brans pro Communionem harum personarum,
non præmittit *Misereatur vestri*, &c. nec
Absolutionem, &c. nec *Eccce Agnus Dei*,
&c. nec *Domine non sum dignus*, &c.
(neque Minister præmittit Confessionem)
sed absolute has personas communicat; &
qui Cardinalem, vel Episcopum comitati
fuerunt, non genuflectunt: nam Cerem.
Episc. lib. 2. cap. 29. §. 3. vult genuflecti eos
solum, qui sunt communicaturi, ceteros ve-
rò stare; Bisus *suprà* §. 2. licet contrarium di-
cat Bauldry *part. 3. suprà n. 8.* qui senten-
tiam suam saniori iudicio submittit.

Postquam Celebrans Cardinalem, vel

Episcopum communicaverit, dignior ille,
qui Cardinalem, vel Episcopum comitatu-
s est, stans ad sinistram Celebrantis, accipit
aliquem Calicem (non illum, quo utitur
Celebrans, ut vult Bauldry *part. 3. sup. n. 9.*)
à Presbytero assistente, si adsit, vel eo defi-
ciente, à Diacono; & habens in sinistra am-
pullam cum vino puro, de eo ponit in Cali-
cem (facta prius præpustatione ab aliquo ex
familiaribus Cardinalis in alio vase) quem
Calicem simul cum vino Cardinali offert,
qui os suum cum illo purificat: mox alius of-
ferat manutergium mundum ad tergendum
os. De inde surgit Cardinalis, cui Celebrans
se profundè inclinat, & Cardinalis mediocri
inclinatione respondet, & ad suum locum
revertitur eodem ordine, quo venerat. Bis-
sus *suprà* §. 3. Bauldry *suprà* allegans auctori-
tatem Paridis Crassi *lib. 2. cap. 49.* Sed hic
auctor *cit. loc.* non loquitur nisi de Cardinali
Legato, de quo ait, quod: *Si ab Episcopo
Cardinali celebrante communicandus erit, tunc
Legatus à duobus dignioribus Canonicis paratis
in medio associatus, sequente suo primo Præla-
to, ibit eandem per terram trahens, ad Altare,
ubi ante infimos gradus genuflexus, super pul-
vino adorabit: deinde ascendet ad Celebrantem
stantem; & stans capite inclinato, communi-
cabit medius inter duos duos Canonicos genu-
flexos, tenentes aliquod gremiale, sive manti-
le ante pectus ipsius Legati: qui non osculabi-
tur manum Celebrantis ante sumptionem Ho-
stie; sed post illam osculabitur Celebrantem in
facie: post sumptionem verò Sacramenti, &c.*
Hæc laudat s Paris de Crassis Scriptor ante
compilationem Rubricarum Missalis reformati,
factam à S. Pio V. qui nullum ver-
bum facit de non præmittendis illis preci-
bus, *Misereatur vestri*, *Absolutionem*, &c.
nec de præmittenda Confessione faciendâ à
Ministro ante Communionem: quapropter
Ceremoniarum Magistri bene examinent,
utram omnia, quæ tradunt Bisus, & Baul-
dry, in prædicto casu sint admitenda, & ad
praxim deducenda.

LVI. Gavant. pag. 132. col. 2. ead. lit. c. *Laici verò extra Chorum, &c.*) Facta Communionem Clericorum, Celebrans descendit ad cancellos, ubi laicos communicat, ante quos Acolythi extendunt linteum, nisi jam sit appositum, ut supra; eisque Clericus aliquis porrigit purificationem, praesertim ubi viget talis consuetudo. Bauldry part. 3. *supr. num. 11.*

Ut igitur Communio honestius fiat, duplex adhiberi debet mappa ad Altare, una pro Ministro, altera pro communicandis: non enim decet, ut manutergium Celebrantis ad Communionem deserviat, nec prorsus purificatorium, & à fortiori, nec velum Galicis adhibeatur. Bauldry part. 3. *supr. n. 13.* & Congreg. Visit. Apostolicæ, cujus Decreta attulimus supra, ubi egimus de Communionem ministranda intra Missam Mortuorum.

Finita omnium Communionem, Celebrans, si erat ad cancellos, redit ad Altare, tenens digitos, pollicem nempe, & indicem dexterae manus, super Pyxidem, nihil dicens; & dum ascendit, Ministri Sacri elevant hinc inde anteriores illius vestes; & ibi ad Altare collocat Pyxidem super Corporale in medio, genuflectit Sacramento unico genu, surgit, & diligenter advertit, si aliquod fragmentum digitis adhæreat, quod in Pyxidem excutit. Diaconus facta genuflexione unico genu, cooperit Pyxidem in medio

Altaris (cui Diacono idè locum cedit Celebrans, qui interim manet in cornu Evangelii, Subdiacono post illum, aliis Ministris suis in locis genuflectentibus) reponit in Tabernaculo; & antequàm illud claudat, iterum genuflectit unico genu Sacramento. Deinde clauso Tabernaculo, reponit in suo loco tabellam Secretarum, quam ei aliquis Acolythus porrigit. Biss. lit. D. n. 123. §. 44. de Bralio *supr. n. 16.* Bauldry *supr. num. 14.* Celebrans autem hic, sicut in Missis Privatis, ut diximus, non dat Benedictionem, quia eam daturus est in fine Missæ. Bissus lit. C. *supr. §. 55.* quæ tamen Benedictio, ut pariter diximus, nullo modo datur in Missis Defunctorum.

LVII. Gavant. pag. 133. col. 2. lit. a. *Quod si remaneat Sacramentum in Altari, &c.*) Si verò in Altari, in quo celebratum non sit Tabernaculum pro SS. Sacramento, & post Communionem relictae sint reliquæ Particulæ, quæ immediatè, commode, & convenienti Ritu non possint transferri ad Altare, ubi est Tabernaculum, nisi finitæ Missæ; tunc observanda erunt in reliqua Missa à Celebrante, quàm à Ministris ea, quæ dicuntur, cum de Ritu speciali Missæ Fertæ in Cœna Domini, & de Missa coram SS. Sacramento exposito, sermonem habebimus. Videantur etiam Bissus lit. D. n. 123. §. 44. & Bralio *supr. §. 17.*

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. XI. De Communionem, & Orationibus post Communionem dicendis Pro Ritu Missæ Privatæ, à purificationem Celebrantis, usque ad Benedictionem dandam in fine Missæ.

I. Rubr. n. 1. pag. 133. & Gavant. ibid. col. 1. lit. c. *Liber Missalis deservitur per Ministrum ad cornu Epistolæ, &c.*) Minister

Missæ Privatæ post extinctum cereum cingulo extinctorio, genuflectens in medio Cappellæ, ascendit per gradum anteriorem

ad cornu Evangelii, unde desert librum clausum cum cussino, si cussini non sint replicati, ad cornu Epistolæ, iterum genuflexions in medio supra gradum suppedanei proximiorum, per quem transit; & deposito libro, per lateralem Epistolæ partem, descendit, & redit per planam, genuflexions adhuc in medio, ad cornu Evangelii. Bauldry part. 1. cap. 17. num. 42. & 43. Corsetus tract. 1. part. 1. cap. 1. Gerv. in instruct. pro Ministro Missæ Priv. cap. 10. num. 7. Collocato libro ut ad Introitum, ipsum aperit in folio, in quo Celebrans Communionem lecturus est. Bauldry supra num. 43. & Gervasi supra: tum Minister facit debitis genuflexionibus, ut supra, genuflexet super infimum gradum à parte Evangelii; ut initio Missæ, ubi apte respondet Sacerdoti celebranti. Lohner, Bauldry, Corsetus, & Gervasi supra.

II. Rubr. n. 1. pag. 133. *Deinde Celebrans stans junctis manibus, &c.*) Celebrans verò antequam discedat à medio, iturus ad cornu Epistolæ, Cruci sese inclinat inclinatione minimatum maxima; Angel. part. 3. tit. 11. num. 1. Gervasi in instruct. Missæ Priv. cap. 11. & deinde junctis manibus procedit ad cornu Epistolæ, ubi clara ordinaria voce legit Antiphonam, quæ dicitur *Communio*, absque capitis inclinatione, aut alia reverentia. Lecta autem prædicta Antiphona, Celebrans stans semper junctis manibus ante pectus, vadit ad medium Altaris; ibique manibus extensis, & hinc inde super Altare positus usque ad pulsus exclusivè, osculatur illud in medio; & eo osculato, jungit de novo manus ante pectus, vertit se à sinistro latere Altaris, quod est dexterum Sacerdotis, & postquam se vertit, consistit in medio, & circuli, & Altaris; & extendens, ac jungens ante pectus manus, non inclinando caput, aut manus Populo, nec innitendo Altari, quod relinquit à tergo, dicit; ut alibi explicatum est, *Dominus vobiscum: tum*

junctis iterum manibus ante pectus, per eandem viam redit ad librum naturaliter ambulando, ideoque sinistrum latus ad Altare convertendo. A Portu part. 1. de Missa Priv. tit. 11. Rubr. 1. in adnot. num. 7. & dicit Orationes post Communionem eodem modo, numero, & ordine, quo supra dictæ fuerunt Collectæ, præmittendo solitam particulam *Oremus*, cum debita Cruci inclinatione minimatum maxima. Lohner part. 6. & part. 3. num. 159. Angel. part. 3. supra, Gervasi supra. §. *Ricongiunte*; voce clara, & ordinaria.

III. Rubr. n. 1. pag. 133. & Gavant. ibid. col. 1. lit. f. *Claudit librum manu dextera, &c.*) Quibus Orationibus finitis, Celebrans per se claudit librum manu dextera, cum illius sit claudere, cujus fuit adaperire: Gavantus, & omnes alii Rubricistæ cum ipso: ita verò claudit dictum librum, ut pars foliorum medium Altaris respiciat, & per consequens partem Evangelii, non autem Epistolæ; Lohner, Gerv. & Angel. supra. & part. 2. num. 123. & quidem post conclusionem Orationis omnino completam (si unica tantum dicenda sit) aut post conclusionem ultimæ Orationis, si plures dicendæ sint: Castald. lib. 2. sect. 8. n. 2. Tonell. Gerv. supra. & alii communiter: hinc errant illi, qui propterantes, librum claudunt indecorè ante finem Orationis, aut etiam ante finem conclusionis, eamque memoriter recitando absolvunt in via, quasi ex impatientia finis, dum pergunt ad medium Altaris. Quarti part. 2. tit. 11. Rubr. 1. n. 3. Lohner part. 2. tit. 28. n. 6. Vinitor part. 2. tit. 11. §. 1. à Portu supra num. 9.

Porro liber relinquatur clausus super cussinum transverso modo, non recto, ut initio Missæ; Angel. part. 2. supra; quod placet, si diutius liber relinquendus sit super cussinum, v. g. quia succedere debeat Communio in fine Missæ: tunc enim
vel

vel ipse Sacerdos, vel Minister (quod magis probatur, ne Celebrans diutius immorari debeat circa librum) sic Missale transferat; aliter pollet permitti proüt jacet, nimirum apertus, si aliud Evangelium sit legendum ab Evangelio consueto S. Johannis. Tonellius *lib. 2. tit. 11. Rubr. 1. num. 1.* Bauldry *suprà.*

Caveat Sacerdos, ne recedat à cornu Epistolæ, antequàm finierit conclusionem, & Minister responderit *Amen*; Quarti, Tonellius, Bauldry *suprà*: pergat autem ad medium Altaris junctis manibus ante pectus, convertendo latus dexterum ad Altare, ut ambulet naturaliter, ubi illud deosculatur deponendo manus hinc inde super ipsum: & deinde vertit se, ut alibi dictum est; & aperiendo, conjungendoque manus, ut alibi, voce clara ordinaria dicit: *Dominus vobiscum.*

IV. Rubric. n. 1. pag. 133. & Gavantus *ibid.* col. 2. lit. h *Ite missa est*) Dicto, *Dominus vobiscum*, stans junctis manibus ante pectus versus Populum erectus, clara, & ordinaria voce, dicit, *Ite missa est*, absque ulla capitis inclinatione. Moncius §. 165. Angel. *part. 3. sup. Polac. part. 1. §. 23.* In die Paschatis, & per totam Octavam, adduntur duo *Alleluja*, quæ replicari debent à Ministro, statim ac respondit *Deo gratias*: tum Sacerdos per eandem viam, eadem corporis compositione, & manuum conjunctione revertitur ad Altare.

Per prædicta verba, *Ite missa est*, quibus completur Missa, fiebat à Sacerdote dimissio Populi, ut diximus in nostris Observationibus, & Additionibus ad Gavanti Commentaria in *lit. 13. part. 1. num. 1. & seqq.* Verùm juxta recentiores Ritus terminatur Missa per prædicta verba, *Ite missa est*, quotiescunque in illa dicitur Hymnus Angelicus, ut adnotat Gavant. *ibidem lit. m.* è contra verò quotiescunque non dicitur talis Hy-

mnus, completur Missa per *Benedictum Domino*, ut etiam nos ibidem cum eodem Gavanto adnotavimus.

V. Gavant. pag. 133. col. 2. lit. i *Itur versus Altare.*) Quando autem terminatur Missa per dicta verba *Benedicamus Domino*, ea proferuntur à Sacerdote, non à Populo, sed ad Altare converso; ut notant Rubr. n. 1. & Gavant. *hic.* Prædicta verò verba sumpta sunt, vel ex Apollonio vel ex Psalmista, vel ex Hymno trium Patrum, ubi dicitur: *Benedicamus Patri & Filium, &c.* & dicuntur versus Altare, quia ibi peculiari modo Dominus adest, ut ex Micrologo notat Gavantus. Ceterum quamvis per illa verba *Ite missa est*, dimittatur Populus; tamen iste non discedit, neque discedere debet, nisi prius à Celebrante Benedictionem suscipiat. Ita statuitur *cap. Convenit de Consec. distind. 5.*

VI. Rubric. n. 1. pag. 133, & Gavant. *ibid.* col. 2. lit. l *Requiescant in Pace.*) Tertio modo completur Missa, dicendo, *Requiescant in pace*; & hoc contingit in Missa Defunctorum; quæ verba pariter dicuntur versus Altare, quia sermo est de absolutione, ut notat Gavantus *hic*, & dicit Celebrans *Requiescant in pace*, semper in numero plurali, licet pro uno celebretur Missa; nimirum liberentur à pena, & ut in æternam requiem conquiescant Defunctorum Animæ, quæ in Purgatorio torquentur. Hujus Ritus mentionem facit Durandus *lib. 4. cap. 45.* & ante ipsum Stephanus Edvensis de Sacramento Altaris *cap. 18.* & ut finis hujusmodi respondeat principio, in quo pro Defunctis æterna postulatur requies: & quia Missa pro illis singulariter applicatur, & circa in ejus principio, medio, & in fine requies in pace æterna desideratur, & postulatur, dum dicitur *Requiescant in pace*, & responderetur *Amen*, id est fiat quod postulatur.

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando in Oratione supra Populum,
quæ dicitur à Feria IV. Cinerum, usque ad Feriam IV.
majoris hebdomadæ.

VII. Rubr. n. 2. pag. 134. & Gavant. ibid. col. 1. lit. m. *Humilitate capita vestra Deo.* Terminata conclusione Orationum, quæ dicuntur à Celebrante post Communionem, antequam dicat *Dominus vobiscum*, in Quadragesima à Feria IV. Cinerum, usque ad Feriam IV. majoris hebdomadæ inclusivè, in Missa Feriali, non verò in Missa de Festo, seu Votiva, additur alia Oratio *Super Populum* hoc modo. Sacerdos stans adhuc in eodem loco, ante librum in cornu Epistolæ, dicit, extendens, ac jungens manus, voce clara ordinaria (inclinante se Ministro genuflexo; quam inclinationem incipiat statim ac Celebrans dicere incipit, *Humiliate capita vestra Deo*, Vinitor, part. 2. tit. 16. num. 40. Lobner. part. 3. tit. 9. n. 12.) *Oremus: Humiliate capita vestra Deo*, caput eodem tempore semel tantum versus Crucem inclinans inclinatione minimarum minima. A Portu supra tit. 11. Rubr. 2. in adnot. num. 2. Bifolius lit. S. num. 20 §. 75. Postea extensis manibus ante pectus, sicut ad Orationem, stans erectus versus Altare ibidem in cornu Epistolæ, subjungit eadem voce Orationem *Super Populum*; qua finita cum sua conclusione, claudit librum: mox jungens manus ante pectus, redit ad medium Altaris; ubi eo in medio osculato, vertit se ad Populum, & dicit, ut supra, *Dominus vobiscum*, & cætera prosequitur de more, ut dictum est supra §. 75.

Gavantus lit. n. assignat rationem, ob quam in Quadragesima dicebatur ista Oratio supra Populum; & inhærens sententiæ Honorii in Gemma Animæ lib. 1. cap. 6. ad-

struit, quòd sub finem Missæ distribuebantur Eulogiæ, de quibus supra mentionem fecimus: & quia hic panis benedictus non licebat in Quadragesima dispensari ob jejunium; loco Eulogiarum dicta est alia Oratio super Populum, En verba Honorii: *Statutum est, ut panis post Missam benediceretur, & Populo pro Benedictione Communionis partiretur: sed quia hoc in Quadragesima fieri non licuit, propter Jejunium, Orationem super Populum dicit Ecclesia instituit, ut per hanc particeps Communionis sit: de hoc enim, ut subnectit Cardinalis Bona afferens hanc auctoritatem lib. 2. cap. 20. n. 2. Fideles semper solliciti fuerunt, ut secum invicem unionem, & communicationem servarent, vel Eulogiæ, seu Antidori, quod loco doni dabatur, perceptione; vel saltem mutuo Orationum consortio: hæc Cardinalis Bona. Ex quo autem Dominicis diebus non servabatur jejunium, Eulogiæ profectò dispensabantur; & idcirco diebus Dominicis non dicebatur Oratio super Populum loco Eulogiarum. Aliam rationem, ob quam dicebatur hæc Oratio diebus sollemnis jejunii, assignat Micrologus cap. 51. cujus verba nos supra adduximus num. 28. agentes de Communionem ministranda intra Missam Mortuorum.*

In veteribus autem Sacramentariis Gregorianis, & in nonnullis MSS. in plerisque Missis, etiam extra Quadragesimam, leguntur hujusmodi Orationes super Populum; quas ex veteri Anglicano Missali suæ Bibliothecæ Ecclesiasticæ tom. 3. part. 2. inferuit Cornelius Schultingus.

Pro Ritu Missæ Sollemnis, servando à digitorum Celebrantis
ablutione, usque ad ultimam Orationem.

VIII. Rubric. n. 3. pag. 134. & Gav. ibid. col. 1. lit. o. *Diaconus desert librum*, &c. Dum Gavant. Rubr. Miss.

Celebrans sumit ablutionem digitorum, & antequàm ea sumpta pergat ad cornu Epistolæ, ut

A a a

ut

ut facere solet in Missa Privata, ut ibi legat Antiphonam, quæ dicitur *Communio*; Diaconus, qui adhuc est in cornu Evangelii, accipit ambabus manibus Missale clausum, super cufinum positum (nam illius est habere curam Missalis: Biss. lit. m. num. 270.) illudque defert ad cornu Epistolæ; ambulans per secundum gradum, in medio genuflectit unico genu Altari: Missale verò ponit in cornu Epistolæ apertum in folio, in quo Celebrans præfatam Antiphonam legere debet, & quam idem Diaconus Celebranti indicat digito; & ibi in cornu Epistolæ, præfatus Diaconus manet assistens Celebranti, quousque eam legit; Biss. lit. D. n. 123. §. 45. Castald. lib. 1. sect. 7. c. 5. n. 24. & lib. 2. sect. 9. c. 1. n. 24. juxta quem assistit pariter Ceremoniarius, qui tamen non debet præstendere Celebranti Communionem: quia Ceremoniarius supplet vices Diaconi, quando alibi detentus non potest assistere libro, cum solus Diaconus in reliquis assistat libro. Ex Gavanto hac lit. o.

Lecta Communione à Celebrante, Diaconus vadit retrò post Celebrantem ipsum in cornu Epistolæ supra secundum gradum; & statim procedit cum eodem per eundem secundum gradum ad medium Altaris semper post ipsum, ubi stat versus Altare, dum Celebrans versus Populum dicit *Dominus vobiscum*: tum redit per eundem secundum gradum ad cornu Epistolæ, ubi post Celebrantem stat manibus junctis, usque ad finem Orationis, vel Orationum, si plures sint dicenda. Biss. lit. D. sup. Benven. sup. §. Diaconus. Dum Celebrans cantaturus Orationem, vel Orationes revertitur ad cornu Epistolæ, juxta aliquos primus Ceremoniarius accedit propius ad librum, ibique Celebranti Orationem, vel Orationes ostendit, & finita ultima conclusione cedit librum. Bauld. part. 1. c. 1. art. 1. n. 38. & part. 3. supra n. 3. Kohner part. 2. tit. 28. de Ritu sollem. n. 2. Verùm prædicta omnia debet præstare Diaconus; ut docet Castald. tum in Praxi Cerem. lib. 5. sect. 7. n. 24. tum in Cerem. nostræ Congreg. lib.

1. cap. 29. n. 20. necnon Cerem. Monast. lib. 2. cap. 4. §. 1. n. 35. Bissus, & nos paulo ante cum Gavanto; qui Diaconus post ultimam conclusionem claudere poterit librum ad majorem Sacerdotis celebrantis dignitatem: licet ut enim in principio illum non aperiat, nec in fine claudere debet: Gavantus tamen Celebrans: qui tamen liber claudi non deberet, si aliud Evangelium ab illo confusio Johannis legendum esset.

IX. Rubric. n. 3. pag. 134. & Gavantus col. 1. lit. p. *Subdiaconus vero vadit, &c.* Subdiaconus postquam reddidit ampullas Acolytho, accedit ad cornu Evangelii per primum (aut infimum gradum si sint plures; Lohner part. 3. tit. 3. n. 14. à Portu supra) cedens superiorem gradum Diacono pariter eum libro traheunt, genuflectit in medio Altaris retrò post Diaconum eodem tempore, quo hic genuflectit, Gavantus hic, Corsetus trad. 1. part. 1. cap. 3. n. 19. Biss. lit. S. n. 19. §. 25. cum pervenerit ad dictum cornu Evangelii, extergit Calicem purificatorio, (non enim debet Celebrans post sumptam abluitionem præstare, sicut nec Calicem vestire) post idem purificatorium super Calicem patenam desuper Patenam, quam cooperit parva tela; deinde velo parvo Calicem tegit, super quem ponit bursam, quæ habet intus Corporale, & super bursam revolvit velum parte anteriori. Biss. lit. S. sup. Benven. supra Diaconus p. mibi 63. & ideo revolvit velum in hoc casu à parte anteriori supra bursam, quia Calix statim deferendus est ad credentiam, ut infra dicemus.

Advertendum, quòd cum Celebrans sumit abluitionem, aliquis Acolythus deferat debet ad Altare suprædictum velum Calicis illudque Subdiacono porriget ad tegendum Calicem, ut supra. Deferat autem prædictus Acolythus hoc velum plicatum per primum Presbyterii, genuflectens unico genu in medio; Biss. lit. V. n. 13. §. 5. Benven. supra §. Insuper vino; & per gradus laterales Evangelii

gelii ascendat ad coram ejusdem. Bauld. part. 3. cap. 14. art. 3. n. 26. Tum Ceroferrarii cereos accensos in majoribus candelabris extingunt, si fuerint accensi ante Consecrationem, præmissis in medio genuflexionibus Altari, cavendo ne eidem terga vertant. Bauldry part. 1. cap. 14. In defectu verò Ceroferriariorum, si nondum advenerint è Sacristia, alii Clerici supplebunt prædictas vices. Bauld. sup.

X. Rubr. n. 3. pag. 134. & Gavant. ibid. col. 1. lit. q. *Vel super credentia, &c.*) Calix instructus ut supra omnino ab Altari removeatur, & ad credentiam deferatur: Gavant. & à Postu sup. num. 6 unde ipse Subdiaconus, non verò Ceremoniaris, debet illum deferre ad credentiam per viam breviorē, adeoque per gradus anteriores Altaris, facta tamen in medio super infimum gradum genuflexione Altari unico genu. Gavantus hic, & Ceremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 8. §. 78. Pergit autem Subdiaconus tunc solus sine comite; Gavantus, Billus lit. S. & Bauldry part. 1. cap. 1. art. 1. num. 39. tenens dictum Calicem sinistra per nodum, & dextera posita super bursam, ne aliquid decidat; & statim ut super credentia illum reposuerit, partem veli anteriorem, quæ erat revoluta super bursam, explicans, ea cooperit anteriorem Calicis partem, ita ut non tegat credentiam, sed eadat aptè super illam. Bauldry, Benvenuti supra, & Billus.

Advertendum occurrit, quòd quamvis Rubrica n. 3. dicat Calicem à Subdiacono aptatum, collocandum esse vel super Altare, vel super credentiam; usus tamen obtinuit, quòd ad credentiam deferatur, ut mox diximus: & reverà magis decet; ut notat Gavantus, necnon Billus lit. S. supra §. 27.

Subdiaconus, explicato velo ante Calicem, sine genuflexione vadit ad cornu Epistolæ in plano per viam breviorē, ut adit ad Oratorem, vel Oratorem, si plures dicendæ: Ceremoniale Episc. lib. 1. cap. 10 §. 6. Gavantus, & Arnaudus: ibique Ministri Sacri

post Celebrantem stant in directum manibus junctis, sese inclinantes cum Celebrante.

XI. Gavant. pag. 134. col. 2. ead. lit. q. *Celebrans dictis Orationibus, &c.*) Cantatis omnibus orationibus cum suis conclusionibus, Celebrans relicto Missali aperto, quòd claudere debet Diaconus, ut dictum est supra, redit ad medium Altaris modo consueto, eumque sequuntur Ministri, & de more dicit, *Dominus vobiscum*, respondente Choro, *Et cum Spiritu tuo.*

XII. Rubr. n. 3. pag. 134. & Gavant. ibid. col. 2. lit. r. *Vertit se ad Populum, &c.*) Tunc Diaconus facta genuflexione versus Altare unico genu in loco, in quo est; Gavantus hic, Benvenuti supra, Corsetus tract. 1. part. 1. cap. 4. n. 18. à suo latere sinistro ad dextrum convertit ad Populum faciem; Castaldus lib. 1. sect. 7. cap. 5. n. 25. renes autem ad Celebrantem, vel aliter, juxta dispositionem Altaris; & regulariter stans prout Celebrans Cerem. Episc. lib. 1. cap. 9. §. 7. & lib. 2. cap. 8. §. 79. (non se retrahens ad cornu Evangelii, quòd solum præcipitur esse faciendum, dum est Sacramentum supra Altare extra Tabernaculum; Billus lit. D. n. 123. §. 47.) cantat tono competenti manibus junctis, *Ite missa est*; Castaldus supra, Bauldry part. 1. cap. 12. supra n. 44. quòd submissa voce dicere non debet Celebrans. Gavantus, hic, Benvenuti supra, Bauldry part. 1. & 3. supra, & Bralio supra cap. 10. n. 2. Præfatus verò Celebrans, dum Diaconus cantat *Ite Missa est*, stat adhuc versus Populum; & Subdiaconus non se movet, sed stat in suo loco in plano versus Altare. Billus supra. Dicto *Ite Missa est*, Celebrans, & Diaconus vertunt se ad Altare, ibique Celebrans dicit de more: *Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.* Ceremoniale Episc. lib. 2. cap. 8. §. 79. Gavantus, & Billus supra. Si verò non dicatur *Ite Missa est*, sed vel *Benedicamus Domino*, vel *Requiescant in pace* in Missa Defunctorum; tunc Diaconus, dum hæc dicit, non vertit se ad Populum, sed stat versus Altare (sicut

A a a 2. uti

uti stare debet Celebrans) manibus junctis, & cantat *Benedicamus Domino*; & in utroque casu Chorus respondet *Deo gratias*; & ad *Requiescant in Pace*, idem Chorus respondet *Amen*.

XIII. Rubr. n. 3. pag. 134. & Gavant. ib. col. 2. lit. f. *Dicit ut supra: Humiliate, &c.*) In Quadragesima, ut diximus, scilicet à Feria 4. Cinerum, usque ad Feriam 4. majoris hebdomadae inclusive, in Missa tantum de Feria, additur altera Collecta super Populum; cui pramittit, stans in cornu Epistolae de more Celebrans, alta voce cantando, *Oremus*: quo dicto Diaconus adhuc stans in cornu Epistolae post Celebrantem, vertit se ad Populum per latus suum dexterum, id est versus cornu Epistolae, nulla facta prius genuflectione, quia non est in medio Altaris; & ibidem manens, Biss. *supra*, & Gavantus hic, ad Populum conversus cantat manibus junctis, & demissis oculis: *Humiliate capita vestra Deo*: quo dicto, per eandem viam vertit se ad Altare, & ibi stat à tergo Celebrantis inclinatus ad

Orationem (quam dicit cantando Celebrans manibus junctis ante pectus; Bissus lit. *Deo* 123. §. 46. & alii; ad quam Orationem etiam Subdiaconus caput inclinare debet, stans pariter manibus junctis. Ministri vero riores, & Chorus, ad supradictam Orationem manent adhuc genuflexi, etiam manibus junctis, & capite inclinato. Bauldry *part. 3. §. 4. n. 4.* & Bissus *lit. C. supra §. 60.*

Observandum est hic quod sicut Celebrans non debet dicere submissa voce, *Stemisse* ut supra adnotavimus, cum adest Diaconus qui ea verba cantando profert; ita nec debet debet idem Sacerdos submissa voce: *Humiliate capita vestra Deo*: alia vero est ratio de *Benedicamus Domino*, aut *Requiescant in pace* (quod Diaconus dicit versus Altare) nam in illo Celebrans non solum alios, sed etiam se ipsam tatur ad benedicendum Domino; in hoc vero pro Mortis orat, ideoque utrumque etiam dicit submissa voce. Nicolaus de Bralio *cap. 10. num. 2.*

Novae Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. XII De Benedictione in fine Missae, & Evangelio S. Joannis.

Pro Ritu Missae Privatae, à Benedictione danda, usque ad Missae finem.

I. Rub. n. 1. pag. 135. & Gav. ibid. col. 1. lit. t. *Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.*) Dicto *Ite missa est*, Celebrans per eandem viam revertitur ad Altare in medio: si vero dixerit *Benedicamus Domino*, cum jam sit ad Altare versus, ibi junctis manibus super eomanens, & capite inclinato, & humeris mediocriter pariter inclinatis, ita tamen, ut supradicta capitis inclinatio sit inter minimas maxima (sic corporis habitudo conciliabitur cum Rubricae verbis, quae de sola capitis inclinatione aperte loquuntur; à Portu *part. 1. de Missa Privata tit. 12. Rubr. (in adnot. n. 2.)* dicit ibidem Sacerdos secreto Orationem *Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.* Si memoriter non retineat hanc

Orationem, vel eam retinendo memoret periculum aberrandi evitet, legat illum in bella, cavendo, ne corpus indecore contorqueat propter Calicis impedimentum; sed si opus sit, Calicis velum decenter aliquantulum moveat, ut commodè legere possit. Bauldry *part. 2. supra §. Si mentis, à Portu n. 1.*

II. Rubr. n. 1. pag. 135. & Gavant. ibid. col. 1. lit. u. *Osculatur, &c.*) Dicto *Placeat tibi*, extensis manibus hinc inde super Altare positus, ipsum Altare in medio osculatur: ita erigens se, adhuc stans erectus versus Altare, elevat ad Caelum oculos, id est ad Crucis imaginem; Bauldry *part. 3. c. 6. n. 1. Tercellus lib. 3. cap. 1. §. 15. n. 2. Gervasi cap. 12. §.*

manus usque ad humeros, & non supra extendens: deinde statim jungens eo pacto, quo facit ad *Dominus vobiscum*, Bistius lit. 8. num. 20. §. 78. caputque Cruci inclinans inclinatione minimarum maxima, dicit voce clara ordinaria, *Benedicat vos omnipotens Deus*: à Porta supra n. 7. quibus verbis prolatis, junctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertit se ad Populum à sinistro latere ad dexteram, extensa manu dextera cum digitis unctis, mana verò sinistra posita infra pectus.

III. Rubr. n. 1. pag. 135 & Gavant. ibid. col. 2. lit. y *Semel, &c.*) Benedicit Populo unicum producendo signum Crucis, ut notat Gavantus hic, ad differentiam Episcopi, qui ter benedicit: sed in Benedictione impertientià, ita voces distribuat, ut efformet primam lineam rectam, dicendo *Pater, & Filius*; secundam autem transversam, pronuntiando *Et Spiritus Sanctus*. Anonymus Italus cap. 12. Gervasi supra. Prædicta linea recta ducitur à fronte ad pectus, brachio nec prorsus protenso, nec nimis jacente; secunda verò linea transversa, vult Tonellius, quod formetur palma Sacerdotis, pectus aliquantulum respiciens, refutans Bonamici opinionem part. 1. lib. 9. sententis, ita formandam hanc lineam transversam, ut palma manus terram directe respiciat: sed magis mihi arridet Casald. lib. 2. scilicet 8. cap. 8. & Quarti in hanc Rubricam sententia, dicentium, etiam secundam lineam transversam ducendam esse manu recta eo modo, quo cum Eucharistiæ Sacramento super Populum formamus Crucem. Fuerunt olim, ut refert Stephanus Durandus de Rit. Eccles. Cathol. lib. 2. c. 46. n. 10. qui duobus digitis conjunctis Cruces exprimebant, ut indicarent duas in unica persona Christi naturas contra Monophysitas, qui, ut unicam in Christo docerent naturam, uno digito Crucem formabant. Prædicta autem aliquando fuit praxis PP. Prædicatorum in formandis signis super oblata in eorum enim Ordinario lib. 1. part. 6. præscriptum legitur: *Faciat Crucem cum duobus digitis, ita*

quod index sit desuper, & medius subter. Alii verò tribus digitis hæc signa exprimebant, quod signanter super oblata fieri olim consuetum in Ecclesia Romana, colligitur ex Innocentio III. de Mysteriis Missæ lib. 2. cap. 45. & hujusce Ritus ratio fortasse erat, ut SS. Trinitatis mentio fieret. Dum Sacerdos dat Benedictionem, modo mox à nobis exposito, laici solent se signare; quod & facit Minister, ut notat Gavantus, & Bauldry part. 3. tit. 12. Rubr. 1. in notis n. 1. & part. 1. cap. 17. n. 43. licet n. 44. per errorem contrarium dicat, Bist. supra. Alii tamen sustinent, à recipientibus Benedictionem tale signum Crucis non esse tunc formandum: sed primæ sententiæ magis communi libentius adharemus; quæ magis infrà patebit n. XV. ubi agemus de hoc Ritu servando in Missa Sollemni. Minister persistens in genuflexione, respondeat post datam Benedictionem clara voce *Amen*.

IV. Rubr. n. 1. pag. 135. & Gavant. pag. 136. col. 1. lit. z *Circulum perficiens, &c.*) Deinde circulum perficiens Sacerdos, accedit ad cornu Evangelii manibus ante pectus junctis de more; Bistius lit. 8. sup. Gervasi supra §. *Rinnit*; ubi dicit intelligibili voce, facie cornu Evangelii respiciente, *Dominus vobiscum*; & eadem voce clara ordinaria respondet Minister, *Et cum spiritu tuo*. Tum Sacerdos signat pollice dextero, sinistra deposita super Altare, primò librum, vel tabellam Evangelii, aut Altare, si nec liber, nec tabella adit, dummodò non sit expositum SS. Sacramentum, de quo infrà. Gavantus lit. 2. Ca-brinus cap. 8. §. *Liber*, Tonellius lib. 2. tit. 12. Rub. 1. n. 1. §. *Hic advertit*, Gervasi supra §. *Arrivato*. Si in fine Missæ legendum sit aliud Evangelium diversum ab Evangelio S. Johannis: tunc Minister deferat librum ad cornu Evangelii: ideoque quanto Sacerdos dicit, *Placeat tibi, &c.* surgit, & transiens ante medium Altaris genuflectit; & ascendens per partem anteriorem graduum à parte Epistolæ, accipit Missale; & transiens per graduum suppedaneo proximior genuflectit; & sur-

gens deponit libram in Altaris cornu, quem admodum detulit, & deposuit aliàs pro legendo primo Evangelio: quæ omnia ita tempestivè peragere debet, ut genuflexus reperiri possit ad Benedictionem in plano ante medium Altaris. Bauld. part. 1. cap. 17. num. 44. à Portu sup. n. 15. Gervasi in instruct. pro Ministro Missæ Private cap. 11. num. 2.

Signato libro, sive Altari, ut supra, Sacerdos posita manu sinistra infra pectus, pulpa pollicis dexteri digiti, & extensa totaliter dextera manu, junctis quatuor reliquis digitis, format primum signum Crucis in fronte, secundum in ore, tertium in pectore, & non ex parte cordis, ut faciunt multi; has easdem tres Cruces sibi format in fronte, ore, & pectore Minister: Bauld. sup. à Portu supra n. 18. idem præstant etiam circumstantes. Postquam Sacerdos dixerit *Initium, &c.* vel *Sequentia, &c.* Minister responderet: *Gloria tibi Domine:* deinde Sacerdos junctis manibus legit Evangelium *In Principio, &c.* vel aliud.

V. Rubric. n. 1. pag. 135. & Gavant. pag. 136. col. 1. lit. a *Et Verbum caro factum est, &c.* Cum verò pervenerit ad illa verba, *Et Verbum caro factum est*, genuflectit manibus hinc inde

super Altare positus, unico tamen genu, versus Altare, id est versus cornu Evangelii. Biss. sup. §. 78. Gerv. in instruct. Missæ Priv. sup. §. 4. rivato, Minister quoque genuflectit unico genu in suo loco facie ad Altare conversa. Bauld. part. 1. sup. Corlett. tract. 1. part. 1. cap. 1. §. 31. ac mox surgens Sacerdos, stans manibus junctis, Evangelium prosequitur eadem voce eodemque corporis habitu. A Portu pag. 21. Biss. sup. &c. Terminato Evangelio, Sacerdos non osculatur librum, nec tabellam, si iis usus est, nec Altare. Gavantus huiusmodi Biss. sup. Moncius sup. §. 166. & alii coronantur. In fine prædicti Evangelii respondet Minister *Deo gratias* voce alta, & ordinatur.

Hoc loco consignandum est Decretum Jo. Stans ad dictum Evangelium S. Johannis, datum die 5. Julii 1631. & datum in nostris dice sub num. 258. in quo sancitur, quod qui præ timore, vel balbutie non pronunciat Evangelium S. Johannis, quod legitur in fine Missæ, sed ejus loco aliud fuerit recitatum, debet à Missarum celebratione suspendi, quousque illud rite pronunciat fuerit.

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando quando Missa celebratur coram Summo Pontifice, Cardinale, &c.

VI. Rubric. n. 3. pag. 136. & Gav. ib. col. 1. lit. b *Et Legato, &c.* Sacerdos si celebrabit coram Summo Pontifice, Cardinale Legato Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha, aut Episcopo in sua Civitate, vel Diocesi, etiam in Ecclesiis Regularium, & privilegiatis, sive Archiepiscopo in sua Provincia; dicto *Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.* dicet: *Benedicat vos omnipotens Deus,* ut supra: postea convertet se ad Summum Pontificem, si coram eo celebrabit; & genuflexus petet licentiam benedicendi: tum surget, & prosequetur dicendo: *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus,* dextera benedicens astantes, non tamen

in medio, ubi est Pontifex, sed versus partem Evangelii: quod si versus illum est Pontifex (qui tamen regulariter medium locum occupare debet) tunc versus aliam partem benedicat, intentionem suam ad illa alibi existentes dirigens. Si autem coram Cardinale, vel alio Prælato supra nominato celebraverit; tunc eodem modo dicit Benedictionem, ac si celebrasset coram Summo Pontifice; non tamen genuflectit, sed inclinatus profundè, quasi licentiam petat, ut aliquam universalem regulam tradamus, observandum est, quod in ordine ad Prælatum, quantum

quando ipsis competit Evangelium osculari, et etiam coram eis facienda Confessio in cornu Evangelii; Bissus *sup. lit. S. §. 12. & 13. & §. 79.* & Benedictio in fine Missæ danda est, ut mox exposuimus: & hoc quoad Summum Pontificem, & Cardinales, semper & ubique est observandum. Quò verò ad

alios Prælatos, si sint extra suam Civitatem, Provinciam, vel Dioccesim, fiat, ut moris est, nullo in hoc habito eorum respectu, ac si præsentibus non essent Biss. *sup. Benvenuto in instr. pro Sacerdote celebrante in Missa Privata pag. 53.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando in Missis Defunctorum.

VII. Rubric. n. 4. pag. 137. & Gav. *ibid. col. 1. lit. d. Præmissa Benedictione, &c.* In Missis verò Defunctorum, quia Benedictio non datur, Celebrans dicto *Placeat tibi San-*

cta Trinitas, &c. osculatur Altare, & accedit ad dicendum ultimum Evangelium, *Rubr. n. 4.* & Gavantus *ibidem.*

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando coram Summo Pontifice, Cardinale, &c.

VIII. Rubric. n. 5. pag. 137. & Gav. *ib. col. 1. lit. e. Facti reverentiam &c.* Finito autem ultimo Evangelio in fine Missæ, Sacerdos si celebravit coram Summo Pontifice, vel aliis Prælatibus supra nominatis, stans adhuc in cornu Evangelii ad Altare, convertit se per latus suum dexterum, id est versus cornu Epistolæ; & ita conversus, Summo Pontifici genuflectit, si coram eo celebravit: aliis verò Prælatibus supra nominatis, conversus ad eos, stans in eodem cornu Evangelii, facit tantam profundam reverentiam; quam reverentiam etiam facere potest dictis Prælatibus, licet non fiat in propria Provincia, vel Diocesi, Minister etiam stans in plano

à parte Epistolæ, responso *Deo gratias*, facit genuflexionem, vel reverentiam profundam prout convenit. Quoad personas seculares, servanda erit eorum dignitas, & consuetudo locorum legitime introducta. Biss. *lit. S. supra §. 80. Quarti part. 2. tit. 12. §. 5. Notatur*, docet cum Castaldo *in praxi lib. 2. sect. 2. cap. 4. num. 8.* decens esse non solum, ut fiat reverentia Episcopo extra propriam Dioccesim, sed etiam magno Principi, vel Principissæ, finito Evangelio in fine Missæ; & quamvis prædicta reverentia non sit illis debita ex vi Rubricæ; tamen non prohibetur: unde permitti potest, sicut & usus confirmat.

Pro Ritu Missæ Privatæ, servando à Sacerdote post Missam celebratam.

IX. Rubr. n. 6. pag. 137. & Gavant. *ib. col. 1. lit. f. Extinguantur candelæ, &c.* Finito ultimo Evangelio, Minister cum debita genuflexione transiens per medium Cappellæ, ascendit per gradus laterales ad cornu

Evangelii, ubi tunc (& non prius: Gavantus *hic*) extinguit candelam existentem in illa parte; deinde cum nova genuflexione in transitu per planum medium ejusdem Cappellæ, accedit quoque per gradus laterales

ad partem Epistolæ, ut ibi extinguat candellam alteram. *Quarti part. 2. tit. 12. Rubr. 6. in dubiis dub. 2. Vinitor part. 2. tit. 16. num. 42. Gerv. in instruat. pro Ministro Missæ Privata cap. 11. num. 4. & alii communiter.* Debet autem extinguere utramque candellam congruo extinctorio semper, & nullo alio modo, nisi necessitas urgeat: *Bonamic. part. 3. num. 97. & 98. Lohner part. 3. tit. 9. num. 13. Corsett. tract. 1. part. 1. cap. 1. n. 31. Synodus Fulginaten. Episcop. Battistelli cap. 20. §. 10. num. 34. Gervasi sup. & alii ferè omnes: postmodum accipit Missale, & birretum eo pacto, quo accepit in principio Missæ, & vadit in cornu Epistolæ apud ultimum gradum, in plano stans prope Celebrantem. Corsett. sup. n. 33. Bonamic. sup. num. 98. Vinitor, & Gerv. sup.*

X. Rubric. n. 6. pag. 137. & Gav. ibid. ebl. 1. lit. g. *Accipit sinistra Calicem, &c.*) Interim Sacerdos, lecto Evangelio ultimo, & facta debita reverentia supra nominatis, si facienda sit, ut mox diximus, junctis manibus ante pectus accedit ad medium Altaris; ubi stans adhuc in suppedaneo, facit reverentiam Crucis, postea revolvit partem anteriorem veli super bursam: *Gav. sup. Biff. lit. S. sup. §. 81. deinde sinistra manu accipit Calicem in nodo, ponens dexteram super bursam, ne aliquid decidat, ut initio Missæ: tum aliquantulum retrahens se versus cornu Evangelii, vertit se per latus suum dexteram, id est facie conversa versus cornu Epistolæ, & descendit per gradus Altaris tali modo, ut non vertat directè terga Crucis; caveatque dum descendit, ne conculcando albam, se, & Calicem confundat; Angel. part. 3. §. Responsa; & cum fuerit in plano Cappellæ, iterum se vertit ad Altare per eandem suam partem dexteram; à Portu tit. 12. Rubr. 7. in adnor. num. 4. Anonymus Italus §. Disceso; & stans in plano ante infimum Altaris gradum, facit reverentiam profundam Crucis, vel genuflexionem Sacramento, Ministro*

semper genuflectente. *Corsett. sup. num. 33. Bauld. part. 1. cap. 17. num. 45. Gerv. in instruat. pro Ministro &c. cap. 11. num. 41. Portu sup. num. 7. postea; & non prius, accipit birretum, hoc est, capit dignitas dexterae manus medio & indice, dexterumque retu cornu elevatum: Bonamic. part. 3. n. 97. serv. 13. num. 1. Corsett. tract. 1. part. 1. cap. 1. num. 9. Minister autem illud ponit manu, & non ex Missali, & cum quasi ipsius osculo, & capitis inclinatione accipit post. Bauld. Corsett. à Portu, & Gerv. sup.*

XI. Gavant pag. 137. col. 1. lit. h. *Accipit birretum, &c.*) Celebrans autem à Ministro recepto birreto, caput cooperit, tantè agens, ne de Calice aliquid decidat: tum precedente Ministro eodem modo, quo venerat, vadit ad Sacristiam capite cooperito.

XII. Rubric. n. 6. pag. 137. & Gav. ibid. col. 2. lit. i. *Trium puerorum, &c.*) facta reverentia Altari, & cooperito capite, Sacerdos incipit Antiphonam *Trium puerorum, &c.* quæ Antiphona in Missis duplicibus, est sub Ritu Duplici, & quando dicitur tantum Oratio juxta Rubricas, duplicatur. v. g. in Missis Votis Sollemnibus, vel in re gravi, &c. insuper tempore Paschali dicitur *Alleluja*. *Lohner part. 2. tit. 31. num. 3. Vinitor part. 2. tit. 1. §. 9.* Aliqui verputant, quod etiam in Missa Defunctorum sub una Oratione prædicta Antiphona duplicanda, & etiam sit addendum *Alleluja* tempore Paschali, quia hoc sequitur Officiarius non Missam. Terminata Antiphona *Trium puerorum, &c.* sub Ritu Duplici, vel Semiduplici, prout convenit, dicit Sacerdos Canticum *Benedicite, &c.*

Si in via obviam ei fiat alius Sacerdos paratus, adinvicem se consulunt cooperito capite, & procedat unusquisque per partem suam dexteram. Quod si duo, vel plures eundem locum accedunt (putà ad Sacristiam) tunc dignior præcedat. *Biff. sup.*

In reliquis servet ea omnia, quæ facienda nota vimus tum à Sacerdote, tum à Ministro, in ingressu ad Altare. Bonamic. part. 2. num. 50. Bauldry sup. à Portu sup. n. 8.

Si Sacerdos accedat ad Sacristiam pro deponendis paramentis, ut omnino fieri debet, quando commoditas adest; tunc cum ad Sacristiam pervenerit, faciat profundam reverentiam Cruci, vel imagini principali, quæ ibi adest; & deposito Calice, discooperiat caput; Castald. lib. 1. c. 16. n. 24. & Biff. lib. 1. §. num. 20. §. 82. & capite discooperto alios saluter Sacerdotes, qui sunt in Sacristia, juxta sententiam Tonellii, quam refert Biffus loc. cit. qui tamen existimat, hanc reverentiam aliis Sacerdotibus faciendam esse cooperto capite: deinde exiit Sacerdos, adjuvante Ministro, Sacras vestes, ordine retrogrado, scilicet primò planetam, deinde stolam, manipulum, cingulum, albam, & amictum, osculando Crucem mediam earum vestium, quas osculatus est, dum eas induit, etiam si Missa fuerit Defunctorum, scilicet Crucem stolæ, manipuli, & amictus. Gavantus h. t. lit. 1. Biffus lit. P. num. 28. §. 12. Tonell. lib. 2. tit. 12. ad Rubr. 6.

Minister, cum pervenerit ad Sacristiam, sistens se in ingressu, inclinat se Sacerdoti, & expectat donec transeat: Castaldus lib. 1. sect. 4. cap. 1. num. 28. Bauldry part. 1. suprà n. 46. Gervasi supra num. 7. postmodum inclinans se profunde simul cum Sacerdote Cruci, vel imagini Sacristiæ, procedit ad reponendum Missale loco congruo. Aliqui addunt, quod præfatus Minister accipere debeat à Sacerdote birretum cum nova reverentia; sed magis placet sententia Castaldi, & Biffi supra dicentium, quod Sacerdos ipse, deposito Calice, discooperit caput, & birretum deponit: igitur præfatus Minister reposito Missali, sistit se ad sinistram Celebrantis, eumque adjuvat in deponendis paramentis.

XIII. Rubr. n. 6. pag. 137. & Gavant. Gavant. Rubr. Miss.

pag. 138. col. 1. lit. 1. Illis se exuit, &c.) Si verò Sacerdos dimissurus sit paramenta ad Altare, in quo celebravit, ob defectum Sacristiæ, vel alterius loci congruentis; tunc finito ultimo Evangelio, accedit ad mediam Altaris; & ibi facta reverentia Cruci, post eam iterum redit ad cornu Evangelii, ubi deponit paramenta modo supra à nobis descripto, nimirum ordine retrogrado; Gavantus h. t. lit. 1. & Biffus supra lit. S. num. 20. §. 82. & interim dicit Antiphonam Triam puerorum, cum Cantico, ut supra diximus.

Advertendum superest, quod ubicunque se spoliet, ne albam, ut illam exuat, à parte posteriori extrahat supra caput, sed prius dimoveat à brachio sinistro. Moncius supra §. 172.

XIV. Gavant. pag. 138. col. 2. ead. lit. 1. Lavet etiam manus, &c.) Depositis Sacris vestibus, Celebrans lavat manus; quod tamen non fit ad tollendam aliquam maculam, quia potius ex contactu Sacramenti novum quoddam esse Sacrum manibus Celebrantis adhæret; sed potius fit ad deponendum illud esse Sacrum, priusquam Sacerdos manibus contrectet alias res profanas: Quart. part. 2. tit. 12. in dubi's conscientie dub. 4. ablutio tamen manuum in honesto loco projici deberet ad majorem Sacramenti reverentiam. Item conveniens esset, ut particulare manutergium pro Sacerdotibus in Sacristia apponeretur: & etiam Scriptores citandi maxime laudant quarundam Ecclesiarum consuetudinem, parandi scilicet in Sacristia duo manutergia, quorum unum inserviat Sacerdotibus pro abstergendis manibus ante Missam, & alterum post Missam: & quidem valde laudabilis est horum consuetudo, cum majorem reverentiam erga Sacramentum demoret. Gavantus h. t. Bauld. part. 3. de Ritu servando tit. 12. ad Rubr. 6. Tonellius lib. 2. tit. 12. ad Rubr. 6. Biffus tom. 2. lit. M. n. 26. §. 4.

Ceterum, si talis lotio manuum omittatur, nulla committitur venialis noxa: quia præcipitur

pitur quidem manuum lotio ante Missam, non verò post Missam; quæ tantùm sit ex quadam decentia. Quartus *suprà* §. *Respondeo*, Bissus *suprà* lit. *M*. Tandem Sacerdos ge-

nuflexus in loco consueto, gratias agit, pro ut in tabella. Angel. *part. 3. supra* §. *Deputatus*, Gervasi in instruct. *Missæ Priv. cap. 23. Dopo averà, &c.*

Pro Ritu Missæ Sollemnis, à Benedictione, usque ad finem.

XV. Gavant. post Rubr. n. 7. pag. 138. col. 1. §. *Ad Benedictionem Celebrantis.* Postquam Celebrans conversus jam ad Altare dixerit *Placeat, &c.* prout in Missali, osculatur Altare; & dum hoc peragit, daturus Benedictionem, omnes genuflectunt, & ad Benedictionem se signant; Gavantus *ead.* §. *Ad Benedictionem*, Bissus *lit. C. num. 197. §. 61. lit. M. num. 150. §. 7. Bauldry part. 1. cap. 1. art. 1. num. 38. Benvenuti §. Ea Oratione finita; profundè in super se inclinantes. Lohner part. 3. tit. 2. §. 2. num. 5. & tit. 3. num. 14. & tit. 5. num. 13. & tit. 7. num. 10.*

XVI. Gavant. pag. 138. col. 1. eod. §. *Nisi sint Canonici, &c.* Ad dictam Benedictionem, omnes genuflexi esse debent in suis locis præter Canonicos: Gavantus *hic*, Nicolaus de Bralio *suprà* cap. 10. num. 3. & hic Ritus sancitus est etiam in Decreto edito die 4. Maji 1613. dato in nostro Indice sub n. 136. in quo habetur -- Canonici, & Dignitates non tenentur ad Benedictionem Episcopi genuflectere; sed tantùm caput inclinare -- Consonat huic Decreto aliud pariter datum in nostro Indice sub num. 269. Ceremoniararius genuflectit in cornu Epistolæ; Bauldry *part. 1. cap. 1. art. 1. num. 38.* Clerici verò genuflectunt in plano locorum suorum; Castaldus *lib. 2. sect. 9. cap. 1. num. 15.* à Portu *part. 2. de Missa Sollemni tit. 12. Rubr. 7. in adnot. num. 2.* profundè se inclinantes. Lohner *suprà.* Subdiaconus autem genuflectit in superiori gradu versus cornu Evangelii, respiciendo Altare; Diaconus verò in eodem gradu versus cornu Epistolæ; si adsit

Assistens, genuflectit in superiori gradu laterali in cornu Evangelii. Bralio *suprà* li. verò Ministri Sacri essent Canonici Ecclesie Cathedralis; tunc ad Benedictionem non genuflectunt, juxta Decretum mox allegatum sed tantùm profundè se inclinant: semper enim omnes dextera manu (sinistra intra pectus posita) se signant ad hanc Benedictionem signo Crucis à fronte ad pectus de more Gavantus, & Bauldry *part. 3. cap. 11. art. 1. num. 5.* Bissus *suprà*, Benvenuti *suprà.*

XVII. Rubr. n. 7. pag. 138. & Gavantus *ibid.* col. 2. lit. m. *Ministrante Subdiacono librum, &c.* Facta Benedictione, Subdiaconus statim surgit, & accedit ad cornu Evangelii, ibique hastinet tabellam Evangelii Johannis: si verò sit dicendum aliud Evangelium, in eo casu Subdiaconus, dum Celebrans dicit, *Placeat Tibi Sancta Trinitas, &c.* genuflectit in suo loco ubi est: mox accedit ad cornu Epistolæ, accipit Missale, & illud fert ad cornu Evangelii: sed advertat, ut in medio genuflectat, quando Celebrans ad Benedictionem; non tamen se signat, qui habet præ manibus librum; & data Benedictione statim surgit, & ponit Missale in cornu Evangelii; sed ita tempestivè omnia faciat, ut Celebrans non debeat ipsum expectare.

Diaconus verò, dum legitur prædictum Evangelium, vel S. Johannis, vel aliud, juxta Gavanti sententiam, necnon Bissi *lit. D. n. 123. §. 48.* stat quasi medius inter Celebrantem, & Subdiaconum, aliquantò post Celebrantem: sed juxta sententiam Nicolai de Bralio *suprà* num. 4. post datam Benedictionem

nem à Celebrante, Diaconus debet accedere propius ad Altare, paulò versùs cornu Epistolæ.

Cum dicitur, *Et verbum caro factum est*, &c. in Evangelio S. Johannis, vel eam legitur Evangelium Epiphaniæ in fine tertiæ Missæ in die Nativitatis Domini, ad illa verba, *Et procidentes adoraverunt eum*, omnes unicuique genu flectunt, Celebrans quidem versùs librum; Gavantus *hic*, Cabrinus *cap. 5. num. 39.* Bauldry *part. 1. & 3. supra num. 6.* Diaconus verò, & omnes alii etiam in Choro, genuflectunt versùs Altare: Nicolaus de Brallion *suprà*: sed Gavantus vult, non solum Celebrantem, sed etiam duos alios Ministros genuflectere debere versùs librum, seu tabellam: excipiant tamen aliqui Subdiaconum ab hac genuflectione, si tabellam, vel librum sustineat: ita Bauldry *part. 1. cap. 13. art. 1. num. 44. & part. 3. supra art. 9. num. 7.* Verùm magis arripet modus loquendi Gavanti, qui dicit sine ulla exceptione, quòd omnes ad similia verba genuflectere debeant, maxime quia, ut notat Billus approbando Gavantum *lit. f. supra §. 28.* in hoc casu non sit necesse, ut ad prædicta verba Subdiaconus sustinet librum: vel enim liber suum cassinum habet, à quo commode sustentatur; vel si sit tabella Evangelii S. Johannis, eam poterit super Altare deponere, ut etiam ipse cum aliis illud reverentiæ signum præster. Tandem respondeatur in fine Evangelii, *Deo gratias*; à Subdiacono; Castaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 25.* Lohner *part. 3. lit. 3. n. 14.* Bauldry *part. 1. supra, & part. 3. supra n. 8.* sicut etiam claudit Missale, quando Celebrans particulare legit Evangelium.

XVIII. Rabr. n. 7. pag. 138. & Gavant. *ibid.* col. 2. lit. n. *Discedit cum Ministris, &c.* Lecto Evangelio Celebrans revertitur ad medium Altaris; & illum immediatè sequitur Subdiaconus, ut inter Subdiaconum ipsum, & Diaconum decentiùs descendat; ibique medius inter Diaconum à dexteris, & Sub-

diaconum à sinistris, facit cum prædictis Ministris reverentiam Cruci. Facta verò inclinatione Cruci, eo modo, quo supra, tum Celebrans, tum Subdiaconus, vertendo faciem ad cornu Epistolæ, Diaconus autem ad cornu Evangelii, descendunt in planum ante infimum gradum. Billus *lit. C. n. 197. §. 62.* Castaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 25.* à Portu *suprà n. 5.*

Ceremoniarius verò (nisi alius Acolythus id faciat) accipit birreta Celebrantis, & Sacerorum Ministrorum, Billus *lit. C. num. 15.* prope finem ultimi Evangelii; ut præsto sit cum Clericis ad genuflectendum in medio simul cum Celebrante in regressu ad Sacristiam. A Portu *suprà §. An Ceremoniarius.*

Ceroferarii quoque prope finem ultimi Evangelii, accipiunt sua candelabra cum candelis accensis; quibus acceptis statim ad finem Evangelii præit ad Altare Thuriferarius vacuus, hoc est sine thuribulo; Navicularius, si adest, pariter sine navicula: tum veniunt Ceroferarii cum candelabris accensis, ut initio Missæ, omnium postremi; Billus *lit. C. num. 254. §. 6.* & se disponunt ante Altare in linea recta, ut initio Missæ. Bauldry *part. 3. supra num. 9.* Illud animadvertendum occurrit, ut ita opportundè accedant ad medium, & se disponant, ut sic dispositi possint immediatè genuflectere cum Celebrante: aliter si supervenient citius, cogentur bis genuflectere, nempe primò, quando comparerent ante Altare; secundò, post brevissimam, & quasi nullam moram, quando Celebrans genuflecteret, aut inclinaret se ultimò. Quamobrem genuflectentibus Celebrante (Celebrante, inquam, si adest in Tabernaculo SS. Sacramentum, aliter se inclinante profundè) & Ministris super infimum gradum, eodem instanti genuflectunt Ceremoniarius, & reliqui Clerici in plano: Castaldus *suprà sect. 4. cap. 9. num. 9. & sect. 7. cap. 1. num. 25. & cap. 5. num. 27.* à Portu *suprà*: & facta reverentia Choro, si ante

B b b 2 eum

eum transeat; Bralio *suprà* num. 7. Ceremoniarius porrigit Diacono birretum Celebrantis; Bissus *lit. C. num.* 15. illudque cum quasi osculo illius, Diaconus Celebranti tradit: postea Ministri Sacri ab eodem Ceremoniario, seu aliquo Acolycho, ut *suprà*, sua birreta pariter accipiunt, & caput tam Celebrans, quàm Ministri Sacri cooperiunt. Bissus *lit. C. num.* 147. §. 62. & Benvenuti §. *Tunc Celebrans*, pag. 66. Interim præeunte Ceremoniario sine ulla reverentia manibus junctis, procedunt omnes ad Sacristiam eodem ordine, quo venerant ad Altare.

Cùm Celebrans, & Ministri ad Sacristiam pervenerint, omnes simul sese inclinant profundè Cruci, seu Imagini. Biss. *sup.* §. 13. & Benven. *sup.* Tunc Ministri omnes nudo capite profundam faciunt Celebranti reverentiam, qui eis congrua capitis inclinatione respondet. Bauld. *part. 3. in hanc. Rubr. cap. 11. art. 9. num. 9.* Biss. & Benven. *suprà*: postea accedunt ad deponenda paramenta, & Ceroferrarii sua candelabra, & candelas extinguunt. Biss. *sup.* Interim Ceremoniarius præsertim, & Ceroferrarii, seu Acolythy, juxta multarum Ecclesiarum usum, & non Ministri Sacri, adjuvent Celebrantem, & Ministros Sacros, ad deponenda sua paramenta, ut diximus in nostris Observationibus ad *tit. 2. part. 2. num. 19.* & easdem vestes, quas induendo osculatus est Celebrans, & Diaconus, etiam nunc deponendo osculentur. Castaldus tamen *lib. 3. cap. 9. num. 26.* Bauldry

part. 1. cap. 15. Lohner *part. 3. tit. 2. §. 2. num. 6.* à Portu *sup. num. 5. §. 6.* An Ceremoniarius primus, Benvenuti *sup. §. Tunc Celebrans pag. 67.* asserunt, Celebrantem à Ministris Ministros verò ab Acolythis adjuvandos esse dum paramenta deponunt: & advertit allegatus Benvenuti, quòd Ministri Sacri deponunt prius manipulos, præcipuè Diaconus: sic Celebrantem exuentem se, & paramenta deponentem adjuvat, & quæ osculanda sunt, osculanda exhibet: verum si Ministri sunt Canonici, profecto hoc munus præstare non debent, nempe adjuvare Celebrantem in deponendis paramentis. Postquam verò incerdos deposuerit Sacras vestes, decet ut ut lavet manus, ministrantibus æquum cum manutergio Acolythis: Biss. *sup.* tandem genuflexus in locò congruo, gratias agit, & tabella. Angel. *part. 3. supra §. Depositi.* Deum Ceremoniarius cum Thuriferario, & Ceroferrariis asportant ex Altari, vel ecclesia, ea, quæ ibi præparata fuerant pro Missa Sollemni, in Sacristiam, ubi ea plicent, si non est, & recondunt. Bauld. *part. 3. supra num. 10. & part. 1. cap. 14. art. 3. num. 23.* Castald. *lib. 1. sect. 4. cap. 1. num. 18. & in §. num. 20.* à Portu *sup.* Denique Clerici deponunt cottas cum debita modestia, Lohner *part. 3. tit. 8. num. 9.* & omnes, postquam oraverint paululum, discedant in pace, & in Chorum redeant, si opus sit. Castaldus *lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 26. & cap. 1. num. 27.* Bauld. *part. 3. sup. n. 10.*

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. XIII. De his, quæ omittuntur in Missa pro Defunctis.

Super iis, quæ omittuntur in Missis Privatis Defunctorum.

I. Gavanti. post Rubr. n. 1 pag. 139. col. 1. §. *Psalms cum versibus, &c.* Quamvis liberum sit Sacerdoti, Missam pro Defunctis celebraturo, dicere, vel omittere Psalmos

cum precibus, qui dicuntur pro Missæ preparatione; tamen si dicantur, debet in fine Psalmorum dici *Gloria Patri*: ita enim omittuntur oscula omniæ, manipuli, & de-

la, dum illis Sacerdos induitur, nec solitæ Orationes paramentorum. Bauldry part. 3. tit. 13. n. 1. Tonell. lib. 2. tit. 13. num. 1. & Gavant. sup.

II. Rubric. n. 1. pag. 139. & Gavant. ib. col. 2. lit. o *Non dicitur, Judica me Deus &c.*) Pronunciata Antiphona *Introibo ad Altare Dei*, non dicitur Psalmus *Judica me Deus*, neque dicitur *Gloria Patri* subsequens Psalmum prædictum; sed pronunciata, & terminata dicta Antiphona, statim subjungitur *Adjuvorum nostrum, &c.* & Confessio fit cum reliquis, ut supra.

III. Rubric. n. 1. pag. 139. & Gavant. ib. col. 2. lit. p *Non signat se, &c.*) Cùm Celebrans ad Altare incipit Introitum Missæ, non signat se Cruce; sed manu extensa facit figuram Crucis super librum, efformando illud in aere; Polac. part. 2. §. 12. in addit. n. 1. Angel. part. 2. cap. 16. num. 2. & part. 3. tit. 4. num. 2. quali versus Defunctum, aut Defunctos, pro quo, vel pro quibus celebrat, manu sinistra interim deposita super librum, aut Altare, Gav. hic, Lohner part. 4. tit. 3. §. 2. nam. 2. Bauld. & Angel. part. 2. & 3. sup.

IV. Rubric. n. 1. pag. 139. & Gavant. ib. col. 2. lit. q *Non dicitur Gloria Patri, &c.*) Post Psalmum omittitur *Gloria Patri*, & loco ipsius repetitur *Requiem æternam, &c.* Omittitur autem *Gloria Patri*, quia Sollemnitatem, & sanctitatem sapit, quæ debent excludi in tali Missa, sicut in Missis Ferialibus de tempore Passionis. Gavant. hic, Amalar. lib. 3. cap. 44. Dicitur autem in plurali, *Requiem æternam dona eis Domine*; quamvis celebraret, & applicetur Missa pro uno tantum Defuncto. Angel. part. 2. cap. 16. num. 2.

V. Rubric. n. 1. pag. 139. *Non dicitur Gloria in excelsis, neque Aluja, &c.*) Et reliqua alia omittuntur, sicut præscribit Rubrica n. 1. quæ, cùm disponat, non esse benedicendam à Sacerdote aquam in Calicem fundendam; ita nec Minister debet osculari

ampullas, quas Celebranti porrigit. Gavant. hic. Cùm lavat manus, in fine Psalmi *Lavabo* non dicitur *Gloria Patri, &c.* & loco *Gloria Patri* non subrogatur *Requiem æternam*. Angel. part. 2. cap. 16. num. 10. & part. 3. tit. 7. num. 4. Tonell. lib. 2. tit. 7. Rubr. 6. num. 3. Bauld. part. 3. tit. 7. Rubr. 6. num. 3. Post Secretas dicitur semper Præfatio communis. Angel. part. 2. cap. 16. num. 11. Lohner. sup. §. 2. num. 8.

VI. Rubric. n. 1. p. 139. & Gav. pag. 140. col. 1. lit. l *Dona eis requiem sempiternam, &c.*) Ad *Agnus Dei* non dicitur *Miserere nobis*; bis dicitur *Dona eis Requiem*, & semel in fine *Dona eis Requiem sempiternam*. Dum Celebrans dicit *Agnus Dei*, non percutit sibi pectus, sed stat manibus junctis ante pectus, non super Altare positus. Lohner sup. Angel. part. 2. & 3. sup. & à Porta part. 3. cap. 5. ad tit. 13. Rubr. 1. num. 15.

Utrum autem post Communionem Sacerdotis in hac Missa, & ante, vel post hanc Missam, possit administrari Eucharistia Fidelibus Missæ assistantibus, videantur ea, quæ fuso calamo pertractavimus in nostris Observ. & Addit. n. 28. & seqq. sup. ad tit. 10.

VII. Rubric. n. 1. pag. 139. & Gavant. pag. 140. col. 2. lit. u *Non datur Benedictio, &c.*) In Missis Defunctorum antiquitus sollemne fuisse dari Benedictionem in fine, certissimum est, ut ostendimus in nostris Observ. & Addit. n. m. 29. ad tit. 10. unde valde recens est iste Ritus non dandi Benedictionem in præfatis Defunctorum Missis. Et reverà Marcellus de Cavalleriis in sua *statera sac. tit. 29. num. 48.* asserit, in inelyto Prædicatorum Ordine statutum fuisse An. 1252. in Capitulo generali Bononiæ habito, non debere prætermitti talem Benedictionem; quod fuit in praxi, usque ad Capitulum Romanum, excepto quando præfens erat Defunctus. Sed postmodum statutum fuit etiam apud ipsos, omittendam esse talem Benedictionem; neque hoc fuerat, ut ipse ait, Patrum

Patrum Prædicatorum inventum : quia in aliis Ecclesiis mos ille præcesserat; & Card. Bona, ut alibi etiam nos inuimus, prædictam Benedictionem in Missis Mortuorum, se legisse refert in quodam Missali MS. Inò reperiuntur etiam nonnulla Missalia impressa, de quibus mentionem fecimus loco supradicti. continentia assertam Benedictionem in Missis Defunctorum: & dum hoc scribo, lego in Missali Romano Venetiis impresso Anno 1560. hæc præcisa verba -- In Missa pro Defunctis Sacerdos dicat *Requiescant in Pace. R. Amen*: deinde benedicit Populum, & dicat, *Deus vita Vivorum, &c.* quapropter evincitur talis Benedictionis suspensionem non fuisse rite, & universaliter introductam, nisi post Romani Missalis recognitionem, & reformationem. Idè autem suspensa fuit hæc Benedictio, quia in hac Missa omnes sollempnitates, & signa lætitiæ cessare debent; & equidem Durandus in *suo Ration. l. 4. cap. 51. num. 27.* adnotat, quòd antiquitus in Missa pro Defunctis, Pontifex sollempniter non benedicebat (quamvis in aliis Missis Vivorum, Benedictionem ante *Agnus Dei* impertiri solet) tum quia in dicta Missa Defunctorum, omnes sollempnitates cessant; tum quia talis sollempnis Benedictio non solum fiebat pro venialium deletione, verùm etiam pro Populi excitatione, ut in Domini adjutorio confidat, & benedictum in Secula confiteatur (Defuncti verò velut absentes ex-

citari nequeunt, licet possint nostris suffragiis adjuvari) tum quia gaudium non debet luctui admisceri. Ob prædictas igitur rationes, probabile est, in Missali Romani reformatione deletam fuisse præfatam Benedictionem in Missis Defunctorum.

Confirmantur hæc omnia auctoritate Illustrissimi Crispi Archiep. in sua erudita dissertatione Mysteriorum Evangelicæ legis, edita Romæ Anno 1734. ad cuius calcem ait laudatus Auctor, nonnulla in Missis pro Defunctis omitti: partim quia Defunctorum Missæ, Privatae erant antiquitus, & non Sollemnes, ut cum Gavanto colligit et Canone 4. Concilii Vasensis; partim quia Ecclesia militans, in agenda Mortuorum pagantem Ecclesiam præ oculis habens, ab omni sensu lætitiæ merito abstinet. Polaccus cap. 21. pariter varias adducit rationes, ob quas in Missis Mortuorum non benedicitur aqua, non datur pax: & ait, idè aquam non benedici, quia Sacerdos intendit Sacrificium offerre pro Mortuis, non verò pro Vivis, quibus competit Benedictio. Ob similitudinem rationem non datur pax: quia Sacerdos principaliter intendit sacrificare pro Mortuorum requie, & non pro Populi pace; & quia Defuncti non indigent pace temporali, cum sint extra Mundi perturbationes, & præsertim ob eandem rationem omittitur prima Oratio ante Communionem.

Pro Ritu Missæ Sollemnis Defunctorum.

VIII. Gav. post Rubr. n. 2. pag. 140. col. 1. §. *Credentia, &c.* Pareatur Altare pallio nigri coloris sine ullis figuris mortis, ac imaginibus; sed sola Cruce, & sex candelabris materiæ obscuræ cum totidem candelis cereæ communis. Ceremon. Episc. lib. 2. cap. 11. §. 1. Bauld. part. 3. cap. 13. n. 1. Gradus ipsius Altaris sint nudi, excepto, quòd unum tapete nigri coloris super primo gradu nempe suppedaneo apud ipsum Altare ponetur. Ce-

rem. Episc. sup. Bauld. sup. Tabernaculum SS. Sacramenti, si adit, velo violaceo, & non nigro tegendum est. Bauld. sup. *Credentia*, quæ paratur in cornu Epistolæ, cooperiatur brevi mappa; ita ut non pertingat usque ad terram, sed aliquantulum circa illam dependeat: super eam ponantur omnia, quæ pro celebratione Missæ requiruntur, excepto instrumeto pacis, quæ in Missis Defunctorum non datur; & excepto velo oblongo, quæ

quia in his Missis eo non utitur Subdiaconus: h. verò sit faciendâ Absolutio post Missam, ponatur super credentiam etiam vas aquæ benedictæ cum aspersorio, & Rituale Romanum. Bauld. *sup. num. 2. Biff. lit. C. n. 553.* Gavantus tamen *hoc loco* dicit, quod credentia sit simplex, vel nulla: sed non videtur conveniens, quod nulla credentia præparetur; non enim decet omnia super Altare ponere: præterea idem Gavantus vult, quod super credentiam ponantur candelabra cum candelis accensis; sed quomodo poni possent, si nulla adesset credentia?

Tumulus, vel etiam feretrum, sive lectica Mortuorum, quæ appellatur etiam castrum doloris (nisi præsens esset corpus Defuncti) parari debet pro cantanda tali Missa, quod necunquam hæredes velint sumptus facere pro mortuis. Præfatus verò tumulus præparetur in medio Ecclesiæ, vel in alio loco congruo pro dispositione situs; & hinc inde ponantur scamniæ cum foraminibus, in quibus collocentur intortitia ardentia; vel loco scamniarum ponantur quatuor candelabra alta in quatuor angulis, vel plura, prout opus erit, & hoc semper ordinatè, & decenter: & notandum, quod si ponantur supradicta scamniæ, poni possunt contigua tumulo: si vero ponantur candelabra, ea ita distantia à tumulo ponantur, ut circa tumulum commode transire possint Celebrans, & Ministri, pro benedicendo, & incensando tumulo, dum fit Absolutio, dummodo habeatur talis distantia loci, ut hoc bene fieri possit. Tumulus autem prædictus cooperiatur panno nigri coloris; imò multi utuntur eo panno cum Cruce rubea, quod non est reprobandum; sicuti etiam possunt in eo panno inseri imagines Mortuorum ad ornamentum. Bauld. *suprà n. 2. & Biff. lit. T. n. 84.*

In Sacristia parata sint paramenta nigra pro Celebrante, & Ministris, & Crux processionalis pro Absolutione in fine Missæ; vel

potius ponantur, antequàm Officium inchoetur, prope Altare ad partem Epistolæ, in loco congruo, & honesto. Bauldry *suprà num. 3.*

Hora competenti, vel dum Nona dicitur, Celebrans facta brevi Oratione, omittis Antiphona *Ne reminiscaris*, Psalmis *Quam dilectâ, &c.* ac Orationibus in aliis Missis dicendis antequàm induatur; Cerem. Episc. *lib. 2. cap. 11. §. 2.* Bauld. *sup. num. 4.* lavat manus; & Ceremoniario, vel aliquo Acolytho de more adjuvante, induit se paramentis, dicens Orationes solitas, & osculando Crucem in medio amictus, manipuli & stolæ (quod etiam observare debet in fine Missæ, dum illis se exiit, ut diximus *suprà* in Missa Vivorum) & similiter Ministri, adjuvantibus Acolythis, parant se eodem modo, capientes respectivè dalmaticam, & tunicellam; Bauld. *suprà*: tum procedunt ad Altare, ut in aliis Missis Sollemnibus; sed Thuriferarius manibus junctis sine thuribulo, & Navicularius sine navicula: aliqui tamen censent Thuriferarium non debere præcedere, nisi gerat vices Ceremoniarii in ejus absentia. Ceroferarii facta debita reverentia de more Altari, deponunt candelabra (quæ quamvis ad Evangelium non deferantur, nihilominus initio Missæ deferri debent, ut mos est, ad Altare; Vinitor *part. 4. tit. 23.*) quorum cerei toto Missæ tempore remanent accensi. Gavantus *hic*. Præfati Ceroferarii, depositis candelabris super credentiam, ibi manent genuflexi, vel pergunt in Chorum, juxta consuetudinem nonnullarum Ecclesiarum.

IX. Rubric. n. 2. pag. 140. & Gavant. *ibid. col. 1. lit. x. Non incensatur Altare, &c.* Initio Missæ post Confessionem, non incensatur Altare; sed Ministri facta Confessione ascendunt cum Celebrante ad Altare, ubi de more genuflectunt, ac statim pergunt ad cornu Epistolæ ad dexteram Celebrantis, dum dicit Introitum, ut in aliis Missis. Bauld.

sup.

sup. num. 5. Biss. tom. 2. lit. M. num. 244. §. 3.

Ad Introitum Celebrans non se signat, sed cetera præstat; alia verò omittit, sicut diximus supra in Missa Privata Defunctorum: Ministri Sacri nihil prorsus osculantur in hac Missa Sollemni; nec in Absolutione ad tumulum, nec initio Introitus se signant. Biss. & Bauld. sup.

Acolythi, & Thuriferarius, Navicularius quoque, si adest, genuflectunt ad Orationes; sicut etiam idem faciunt omnes de Choro, usque ad finem ultimæ Orationis: excipitur tamen ab hac genuflectione Thuriferarius, si loco Ceremoniarum Subdiaconum comitari debeat ad Epistolam cantandam.

X. Rubric. n. 2. pag. 140. & Gavant. ib. col. 1. lit. y. *Nec benedicitur, &c.*) Subdiaconus in hac Missa non accedit ad Celebrantem cum libro: quia in hac Missa non osculatur illius manum, neque ab eo benedicitur; quare cantata Epistola, & facta genuflectione in medio infimi gradus cum Ceremoniario, huic tradit Subdiaconus librum, & eo absente, Thuriferario: deinde accedens ad cornu Epistolæ, transfert Missale Celebrantis ad cornu Evangelii, facta genuflectione in medio, & assistit Celebranti legenti Evangelium, proit de more. Bauld. part. 3. cap. 13. num. 6. & 7. Biss. sup. num. 3.

Celebrans non dicit *Jube Domine benedicere*, nec in fine Evangelii, *Per Evangelicam dicitur, &c.* quia non osculatur librum, ut præscribit Rubrica num. 1. pag. 139. in Missa Privata Defunctorum. Si Celebrans, lecto submissa voce Evangelio, velit sedere (quod convenit, quando est cantanda Sequentia) genuflectentibus, & precedentibus uno post alium, Celebrans accedit ad scamnum, & ibi cum Ministris suis sedet. Si verò non sedetur post Evangelium à Celebrante lectum, Subdiaconus descendit in planum & stat ibi inter medium Altaris, & cornu Evangelii,

ut aliàs, usque dum sit finita Sequentia, per Tractus. Bauld. sup. num. 7. Bissus sup.

XI. Rubric. n. 2 pag. 140. *Diaconus præcedit Benedictionem, &c.*) Si non sit lectum, Diaconus, dum Celebrans legit Evangelium, portat librum, ut moris est, ad medium Altaris; postea ibidem expectat patrum lumen versus cornu Epistolæ, ut alibi dictum est; & eo finito à Celebrante, vadit ipsum inter cornu Epistolæ, & medium Altaris in secundo gradu, & circa finem Tractus, qui cantatur à Choro; vel si dicitur Sequentia, usque ad illum *Oratio super altare, &c.* tunc enim genuflectus ante Altare suppedaneum, id est super altiore gradum in medio, inclinatus versus Altare, manibus junctis, dicit *Munda cor meum, &c.* Biss. §. 4. & lit. D. num. 123. §. 12. Si vero Celebrans, & Ministri, ad Sequentiam procedant, in eo casu ad illum *Oratio super altare, &c.* tamen alius (Ministris) & solus accedit ad Altare; ibique genuflectus super infimum Altaris gradum, immox innuimus, dicit, *Munda cor meum, &c.* quo dicto ascendit ad Altare, ubi accipit abbas manibus librum (non petendo Benedictionem, neque osculando manus Celebrantis, ut tradit Rubrica num. 2.) & mox Subdiaconus, & Ceremoniarum sine cantalabris, accedunt ad Altare, & ibi, facta ante infimum Altaris gradum cum Diacono faciunt suam genuflectionem: postea procedunt ad locum Evangelii, præcedente Ceremoniario sine Thuriferario; nisi hic generatim Ceremoniarum, quia in hac Missa non incensatur Evangelium. Dum vero Ministris procedunt ad locum Evangelii, Celebrans accedit ad Altare in cornu Epistolæ per anteriorem viam, id est per laterales gradus Altaris, ubi stat super suppedaneum faciens Diaconum versa: si verò non sedeat, tunc quando Ministri procedunt ad Evangelium, Celebrans, facta Cruci reverentia in medio Altaris, se recipit ad cornu Epistolæ, ubi stat conversus ad Diaconum, ut moris est in

illis Missis, usque dum sit finitum Evangelium.

XII. Rubric. n. 2. pag. 140. *Duo tantum Acolyths sine candelabris, &c.* Acolyths autem sine candelabris, dum Diaconus cantat Evangelium, stant à lateribus Subdiaconi, hinc inde vel manibus junctis, vel una supra aliam infra pectus positis; signant tamen se sicut Diaconus; sicut etiam Celebrans, & ceteri de Choro se signant.

XIII. Rubric. n. 2. pag. 140. *Non incensatur Liber, &c.* Diaconus antequàm incipiat Evangelium, non incensat librum; & terminato Evangelio non incensat Celebrantem. Subdiaconus pariter non desert Celebranti Evangelium osculandum; sed reversus cum ipso Diacono ad Altare, genuflectit in loco, in quo est, à sinistris Diaconi; & statim tradit librum Ceremoniario, vel Thuriferario, ne super credentia eum reponat. Castald. sit. 1. sect. 7. cap. 2. num. 2. Bauld. part. 1. cap. 13. art. 2. num. 2. Diaconus verò facta genuflectione, ascendit ad secundum gradum post Celebrantem; qui cantato Evangelio, statim accedit ad medium Altaris; & Subdiaconus stat in plano post Diaconum, dum Celebrans dicit *Dominus vobiscum*, & *Oremus* ante Offertorium: quo dicto Diaconus genuflectit, & accedit ad dexteram Celebrantis. Subdiaconus item facta genuflectione vadit ad credentiam; ubi (non sumptuvelo oblongo, quo non utitur in hac Missa) sumit, & desert Calicem coopertum cum omnibus suis ornamentis ad Altare; ita ut manu sinistra apprehendat, & dexteram super bursam Corporalium imponat. Castald. sup. num. 3. Subdiaconum sequitur de more Acolythus, deferens ampullas vini, & aquæ; Bauld. sup. part. 3. cap. 13. num. 11. Diaconus verò accipit bursam, & extrahit ex illa (quam ad cornu Evangelii collocat) Corporale, illudque explicat, reliqua peragendo de more; excipe, quòd reponit Patenam aliquantulum sub Corporale, prout

CAVANI, Rubr. Miss.

in Missis Privatis. Castald. sup. Bauld. part. 1. cap. 12. art. 2. num. 4. Subdiaconus in hac Missa non petit Benedictionem aquæ à Celebrante; non dicit *Benedicite Pater Reverende*; Castald. sup. Bauld. part. 3. cap. 13. num. 11. sed infusa aqua in Calicem, descendit, vadit ad locum suum; & facta genuflectione in medio Altaris super infimum graduum, se confert ad sinistram Celebrantis, eumque adjuvat ex parte sua (sicut Diaconus ad incensationem oblatozum) posteriorem partem planetæ ipsius sublevando, quia non est impeditus, cum Patenam non sustineat in hac Missa. Bauld. sup. à num. 13. Biff. lit. M. num. 159. §. 2.

XIV. Rubr. n. 2. pag. 140. & Gavant. ibid. col. 1. lit. 2. *Oblata, & Altare incensatur, &c.* Posito incenso in thuribulo à Celebrante, incensantur oblata, & Altare more solito, & consuetis Orationibus, adjuvante, ut diximus, etiam ipso Subdiacono, tenendo ex parte sua posteriorem partem planetæ: finita autem Altaris incensatione, solus Celebrans incensatur, & Episcopus si adsit, licet non sit paratus: unus ex Acolythis, aut Ceremoniarius ministrat aquam, & pelvim ad lotionem manuum Celebrantis; & Diaconus à dexteris, & Subdiaconus à sinistris Celebrantis, facie ad eum conversa, vel ad se ipsos, habentes Ministrum medium, & stantes super gradum viciniorum suppedaneo, eidem Celebranti manutergium pro manibus extergendis ministrant sine osculis. Deinde redeunt ad loca sua, sicut & Celebrans, dicto Psalmo *Lavabo* de more; & Diaconus stans post Celebrantem respondet suo tempore, *Suscipiat Dominus*, postquam Celebrans dixerit *Orate fratres*; & postea vadit statim ad locum suum, hoc est ad librum, cum debitis genuflectionibus, & juxta solitum, ut folia vertat Celebranti, & illi assistat.

Dum Celebrans incipit Præfationem, Diaconus, qui accessit ad librum, facta genuflectione,

C c c

xione,

xione, redit retrò post Celebrantem, & stant ambo Ministri Sacri unus post alium, & cætera peragunt de more, ut de Missa Sollemni dictum est; ea enim, quæ ibi dicta sunt, non est cur hic repetantur.

Circa finem Præfationis iidem Ministri Sacri accedunt ad Altare cum debitis reverentiis (in hac Missa de Subdiacono nullum dubium esse potest, quia non tenet Patenam) & dicunt cum Celebrante *Sanctus &c.* tum Subdiaconus descendit post Celebrantem, & Diaconus ad librum accedit, & stat, ut in aliis Missis. Biss. lit. M. num. 245. §. 9. Bauldry sup. n. 15.

XV. Rubr. n. 2. pag. 140. & Gav. ibid. col. 2. lit. a *Illud incensat, &c.* Dum Celebrans dicit, *Hanc igitur, &c.* Subdiaconus facta genuflexione unico genu Altari in suo loco, in quo est; Biss. lit. S. num. 196. §. 17. accedit ad cornu laterale Epistolæ, ubi genuflectit super infimum gradum; & accepto à Thuriferario thuribulo (Thuriferarius interim genuflectit in plano à sinistris Subdiaconi; Bauld. part. 3. sup. cap. 13. num. 16. & part. 1. cap. 13. num. 4.) cum debitis inclinationibus ante, & post utramque elevationem, incensat SS. Sacramentum, quia à digniori Ministro non impedito incensari debet, ut notat Gavantus. Ante Elevationem, juxta sententiam Bauldry part. 1. cap. 13. num. 3. & part. 3. cap. 13. num. 16. Subdiaconus ministrante Thuriferario cochlear, imponit incensum sine Benedictione in thuribulum: sed juxta sententiam Hippolyti à Portu sup. n. 11. debet Navicularius id præstare: & ita Cerem. Episc. lib. 2. cap. 11. §. 8. ubi ait: *Subdiaconus ad Elevationem, imposito per aliquem Acolythum thure in thuribulum, thurificabit SS. Sacramentum:* quapropter sententia Bauldry non est admittenda, nisi ad summum, in defectu Navicularii, vel alterius Acolythi. Finita deinde elevatione Hostiæ, & Calicis, Subdiaconus reddit thuribulum Thuriferario; ac surgit, & genu-

flectit ibidem unico genu SS. Sacramentum deinde vadit ad suum locum in plano retro Celebrantem, ubi iterum genuflectit super infimum Altaris gradum unico genu; ibique stat in plano usque ad *Agnus Dei*, quæ tunc ascendit ad Altare, ut dicemus infra. Biss. sup. §. 17. Bauld. sup. n. 17.

Diaconus verò, qui ad Elevationem, juxta morem aliarum Missarum, ministravit Celebranti, facta elevatione Hostiæ, & Calicis, redit ad librum; Ceroferarii verò tunc genuflecti cum intortitiis accensis, juxta Gavant. hoc tit. 13. ad Rubr. n. 3. lit. d. & communem praxim omnium Ecclesiarum usque ad Communionem peractam: Thuriferarius autem cum debitis reverentiis redit in Sanctam; & inde deposito thuribulo, & appropinquans carbonibus pro Absolutione, vel Exequiis, redit ad credentiam, ubi genuflectit, pro pariter genuflectit totus Chorus. Bauld. sup. n. 17.

Cum Celebrans dicit, *Et dimitte nobis, &c.* Diaconus genuflectit in suo loco, unico genu, ac mox se recipit ad dexteram Celebrantis (Subdiaconus enim cum non habeat Patenam deferendam ad Altare, stare debet adhuc in suo loco) ubi inservit eidem Celebranti; Biss. lit. M. num. 244. §. 16. Bauld. sup. n. 18 id est Patenam purificatam, à Corporali testam, detegit, extergit, & in osculis offert Celebranti, & Calicem detegit, & iterum tegit, quando opus est, & cum Celebrante adorat.

Ad *Agnus Dei* Subdiaconus, facta genuflexione unico genu, accedit ad sinistram Celebrantis, & Diaconus erit ad dexteram ipsius; & ambo illud dicunt cum Celebrante, non percutientes pectora sua. Tum iidem Ministri Sacri mutant locum cum debitis genuflexionibus unico genu, in recessu, & recessu. Non datur pax in hac Missa, & in fine ejusdem Diaconus non dicit *Te missa est* sed ad Altare conversus dicit, *Requiescat in pace*, in plurali, licet Missa celebretur pro unico Defuncto, ut diximus supra de Missa Privata Defunctorum.

Cum Celebrans dixerit *Placeat tibi, &c.* osculatur Altare, & deinde legit Evangelium S. Johannis de more, cum assistentia Subdiaconi, ut sit in alia Missa Sollemni; & Diaconus pariter in hac circumstantia se gerit, ut in alia Missa Sollemni, omittis tamen osculis, cum aliquid porrigitur Celebranti, neque osculata ejus manu, ut præscribit Rubrica *num. 2.*

XVI. Rubric. n. 3. pag. 140. & Gavant. *ibid.* col. 1. lit. c. *Candelæ, &c.*) Si distribuendæ sint candelæ in Choro, quod accidit præsertim in Exequiis, aut in Absolutione altitudinum, distribuuntur per aliquem Ministrum post Epistolam.

XVII. Rubric. n. 3. pag. 140. & Gavant. pag. 141. col. 1. lit. d. *Ad Evangelium, &c.*) hæc tamen tempestivè distribuuntur dictæ candelæ, ut omnes sint accensæ, dum cantatur Evangelium: accenduntur etiam paulo ante elevationem SS. Sacramenti, ut tempore Elevationis sint accensæ; & teneantur hæc ardentes, usque ad Communionem inclusive. Gav. *hic*, Bauld. *part. 3. cap. 13. n. 1.* Castald. *lib. 2. sect. 9. cap. 15. num. 2.* Tandem accendantur hæc candelæ in fine Missæ ad Absolutionem, ut dicemus infra, si faciendâ sit talis Absolutio. Potest deputari aliquis Minister, qui teneat in Choro candelam accensam pro accendis candelis ad Evangelium, ad Elevationem item Sacramenti, & ad Absolutionem: poterit etiam in loco remoto servari aliqua candela accensa, ut ex ea commodè possit lumen capi. Biff. *lit. C. num. 62. §. 1. ibidem*, Bauld. *sup. n. 3.* Hoc superest advertendum ad exactam explanationem Rubricæ *num. 3.* quod candelæ

distribuendæ, de quibus supra, deberent esse de cera communi; Cerem. Episc. *lib. 2. c. 11.* & Gavant. *lit. c.* nisi voluntas hæredum, aut eorum, ad quos spectat, inclinaret ad ceram albam. Castald. *lib. 2. sect. 9. cap. 5. num. 2.*

XVIII. Rubric. n. 3. pag. 140. & Gav. pag. 141. col. 2. lit. e. *Si habendus est sermo, &c.*) Quando in hac Missa Sollemni habendus est sermo in laudem Defuncti, sive Oratio funebris, non habeatur nisi finita Missa, ante Absolutionem: cum enim hujusmodi sermo non sit de Evangelio, sed de laudibus Defuncti, non debet fieri post cantatum Evangelium: & ante sermonem, ad finem Missæ, Celebrans prius deponat castulam, & manipulum, & accipiat pluviale; quod si desit, stabit cum alba, & stola in modum Crucis, sedens in suo loco, & cum eo sedent etiam Ministri Sacri; qui tamen non deponunt paramenta, sed manipulos tantum. Biff. *tom. 2. lit. S. num. 138.* Bauld. *sup. num. 20.* Pulpitum, seu Cathedra panno nigro operiatur. Cerem. Episc. *lib. 2. cap. 11. §. 10.* Bauldry, Biff. *sup.* & Gavant. *lit. g.* Concionator accedet vestibus nigris indutus sine cotta; & facta Oratione ante medium Altaris, nulla petita Benedictione ab Episcopo, si aderit, sed facta ei profunda reverentia, vel genuflexione pro qualitate personæ, ascendet pulpiti; ubi facta iterum Episcopo si adit, reverentia, signans se signo Crucis (& non dicet salutationem Angelicam) statim Sermonem incipiet. Ex Cerem. Episc. *sup.* Castald. *lib. 2. sect. 9. cap. 6. n. 3.* Biff. & Bauldry *suprà.*

Pro Ritu servando in Absolutione ad tumulum.

XIX. Rubr. n. 4. pag. 141. & Gavant. *ibid.* col. 1. lit. f. *Si faciendâ est Absolutio, &c.*) Quando faciendâ est Absolutio ad tumulum, finito Evangelio Sancti Johannis, Celebrans

cum Ministris suis retrahit se ad cornu Epistolæ, facta prius reverentia Cruci Altaris in medio per ipsam, & genuflexione per Ministros; & deinde cum illis descendit per

C c c 2

gradus

gradus laterales in planum, ubi deponit planetam, & manipulum, adjuvantibus Ceremoniario, & Ministris, vel Acolythis, juxta ea, quæ diximus supra, quando egimus de induendo, vel exuendo Sacerdote in Missa Sollemni: similiter Ministri Sacri deponunt suos manipulos tantum; qui simul cum planeta Celebrantis deponantur super credentiam, vel in alio loco congruo, & eo deficiente, super Altare; & mox aliquis Acolythus defert pluviale nigrum pro Celebrante. Bissus *lit. A. n. 45. §. 1. Bauldry part. 3. cap. 14. num. 1.*

XX. Rubr. n. 4. pag. 141. & Gavant. *ibid. col. 1. lit. g. Accipit pluviale nigrum, &c.*) Celebrans autem, adjuvantibus iisdem, qui supra, accipit pluviale nigrum; quo deficiente, ut diximus, remanet in albis, retinendo stolam ante pectus transversam in modum Crucis: postquam assumpsit pluviale, tegit caput; Bauldry *part. 3. cap. 14. num. 2.* & accedit ad medium Cappellæ ante Altare. Deinde Thuriferarius accipit thuribulum cum navicula incensi; alius verò Acolythus accipit vas aquæ benedictæ cum aspersorio, & Rituali.

XXI. Rubr. n. 4. pag. 141. & Gavant. *ibid. col. 2. lit. h. Cum candelabris accensis, &c.*) Subdiaconus verò, post depositum manipulum, accipit Crucem processionalem ei ab aliquo Acolythis delatam; quam sic tenet, ut imago Crucifixi sit versus Populum, & ipsi Subdiacono terga vertat: deinde idem Subdiaconus, medius inter duos Ceroferrarios cum candelabris accensis, accedit per planum, ante medium Altaris, nulla prorsus facta reverentia ipsi Altari, neque à Ceroferrariis. Thuriferarius etiam, & alius Acolythus cum vase aquæ benedictæ, aspersorio, & Rituali, accedunt ad Altare post Subdiaconum, ubi unico genu Altari genuflectunt: tum ordinatur Processio ad feretrum sequenti modo.

XXII. Rubr. n. 4. p. 141. & Gavant. pag. 142. col. 1. lit. I. *Præcedentibus duobus alii*

Acolythis, &c.) Præcedit Thuriferarius cum thuribulo in dextera, & navicula in sinistra, habens à sinistris alium Acolythum cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio, portatorem etiam Rituale, nisi ab alio deferatur: postea sequitur Subdiaconus habens Crucem super dicto, medius inter duos Ceroferrarios habentes candelabra cum candelis accensis; deinde Ceremoniarius si adsit, postea Clerus suo ordine: Bissus *lit. P. num. 212. Bauldry supra:* & si Chorus sit retro Altare, Clerus exeunt bini, incipiendo à junioribus simul ex utraque parte, nisi Absolutio esset facta in Choro, vel ante eum, quia tunc Clerus in Choro manebit; Bauldry *supra n. 3. & Bissus tom. 1. lit. C. num. 334.*

XXIII. Rubr. n. 4. pag. 141. *Sequitur Celebrans, &c.*) Post dictos omnes sequitur Celebrans, qui facere prius debet Altari reverentiam, vel genuflectere Venerabili, si adsit in Tabernaculo; sed antequam se inclinaret, vel genuflectat, aperit caput, & iterum tegit, & sic rectus procedit: ex Ceremoniali Episcopi *lib. 2. cap. 11. §. 14.* & Gavant. *ibid. m. & Diaconus procedit à sinistris episcopi, genuflectens prius, aperto capite sicut ceteri.* Omnes autem antequam ab Altari discedant, faciant Cruci ejusdem debitam reverentiam, seu genuflexionem, præsertim verò si adsit SS. Sacramentum, exceptis tamen Subdiacono, & Ceroferrariis; solusque Celebrans in hac Processione, ut diximus, procedit recto capite; & si contingat, quod ante SS. Sacramentum transeant, etiam ipse sicut ceteri omnes genuflectunt, ut mox innui.

XXIV. Rubr. n. 4. pag. 141. & Gavant. pag. 142. col. 2. lit. m. *Celebrans ex alia parte, &c.*) Cum pervenerint ad tumulum, sive feretrum, Thuriferarius, & alius Acolythus cum vase aquæ benedictæ, se locant prope tumulum à parte Epistolæ, ubi expectant Celebrantem: ex Cerem. Episcopi, *supra §. 15.* Bauldry *supra n. 4.* Subdiaconus vero cum Ceroferrariis per partem Evangelii procedit.

nar ad pedes tumuli; ita ut sit inter Ecclesiæ portam, & tumulum, in medio talis spatii, faciem convertendo contra Altare, & animadvertendo, ut relinquatur spatium Celebranti, & Diacono, quamprimum illac transieris. Ex Cerem. Episc. *suprà*. Gavanto *suprà*, Castaldo *lib. 2. sect. 9. cap. 5. num. 9.* & Bouldrey *suprà*. Sed quia in Exequiis præfente corpore Defuncti, aliquando ponitur caput versus Altare, si nempe Defunctus fuit Sacerdos; è contrà verò corpora aliorum Defunctorum versus Altare habent pedes; in his casibus Subdiaconus cum Cruce debet stare ad caput Defuncti, & Celebrans ad pedes. Ex Cerem. Episc. *suprà* §. 15. & §. 24. & ex Rituali Rom. *tit. de Exequiis*: sed de hac re paulò *infra*. Si autem corpus non sit præfens, sed tantum simplex tumulus; tunc semper Subdiaconus stet inter portam Ecclesiæ, & tumulum; Celebrans verò manet ex alia parte in capite loci inter Altare, & eundem tumulum, aliquantulum versus cornu Epistolæ; ita ut Crucem Subdiaconi respiciat, tenendo à sinistris ejus Diaconum, & paulò retro prope eum alios duos Acolythos, deferentes thuribulum, naviculam, & vas aquæ benedictæ. Gavant. *hic*, ex Cerem. Episc. Deinde Celebrans statim aperit caput, tradendo birretum Diacono; Clerus verò se disponit circa tumulum hinc inde à lateribus; ita ut seniores, seu digniores sint Celebranti propinquiores, juniores autem Cruci viciniore. Rubrica n. 4. Gavantus, Billus *suprà*, & Bouldrey *par. 1. 3. cap. 15. num. 4. & seqq.*

Diximus *suprà*, quòd Subdiaconus deferens Crucem, quando Defunctus est præfens, semper stare debeat ad caput ejusdem Defuncti, quicumque ille sit: verùm juxta nostrum Castaldum in Cereimoniali nostræ Congregationis *lib. 2. cap. 39.* idem Subdiaconus medius inter duos Ceroferarios, si Defunctus sit Sacerdos, sistere debet ad pedes contra Altare, non verò ad caput: unde juxta eandem Auctorem, & praxim etiam omni-

um ferè Ecclesiarum, ut asseverat Baruffaldus *infra* citandus, semper præfatus Subdiaconus sistit eodem loco; ita ut stet cum Cruce contra Altare, nunquam verò humeris ad Altare versis, & facie contra Populum, seu januam Ecclesiæ; quam praxim, & dispositionem rejicere non possum: nam si Subdiaconus sisteret se in casu Sacerdotis defuncti ad caput ipsius, terga verteret Altari, & Cruci ejusdem; quod indecens, & deformè videtur: & ob hanc rationem in hanc nostram sententiam inclinat etiam Baruffaldus *tit. 36. num. 150.* ubi supponit, idem asseri etiam à nostro Gavanto *hoc loco lit. nr.* sed reverà Gavantus expressè loquitur de loco, quo sistere debet Subdiaconus absente cadavere: dicit enim, quòd Celebrans debet esse semper inter Altare, & tumulum, seu lecticam Mortuorum absente corpore; Subdiaconus contra Altare ad pedes lecticæ, seu tumuli: præfente verò corpore servatur Rituale citatum. Hæc sunt verba præfata Gavanti, qui reverà videtur stare pro opinione nobis contraria, cum Rituale Romanum in titulo de Exequiis præscribat, quòd Subdiaconus *Accedit ad fœretum, & se sistit ad caput Defuncti cum Cruce, &c.* Quoniam verò, ut *suprà* diximus, quando cadaver est Sacerdotis Defuncti, ejus caput est versus Altare, inhærendo dispositioni Ritualis Romani, prima fronte videtur absolute statui debere, quòd tunc Subdiaconus cum Cruce debeat stare ad caput dicti cadaveris, & consequenter terga vertendo Altari: sed verba Ritualis Romani non ita rigorosè interpretanda sunt: leges enim humanæ, ut diximus *suprà tit. 4.* in nostris Observationibus *num. 3.* quando aliquod præscribunt, non sunt accipiendæ pro hoc, vel illo casu particulari, sed pro communibus casibus; attendunt etenim id, quod communiter contingit: & hæc est communis resolutio in materia de legibus; ut docet Fagundes de præcept. Eccles. *lib. 3. cap. 2. num. 8.* Ex quo igitur Defuncti communiter sunt personæ ad gradum Presbyteratus non evehæ; hinc

hinc statuit Rituale, quòd Subdiaconus debet stare ad caput Defuncti: & quamvis in uno, vel altero casu Subdiaconus non sistat ad caput Defuncti, adhuc lex in Rituali Romano statuta observatur: quia, ut dixi, leges attendunt, quod communiter contingit; & ideo simpliciter lata censentur veræ, quamvis in uno, vel altero casu deficiant.

XXV. Rubr. n. 4. pag. 141. *Interim cantatur Responsorium, Libera me Domine, &c.*) Dispositis Ministris, & aliis de Clero, ut supra, tunc, & non prius, incipiunt Cantores, *Libera me Domine* (stantibus omnibus capite discooperto, etiam Celebrante) *ÿÿ.* verò hujus Responsorii dicantur à duobus Cantoribus ab utraque parte. Bissus *lit. A. n. 45. §. 2.* Bauldry *suprà num. 7.* Circa finem Responsorii, Diaconus & Thuriferarius genuflectunt Altari, & accedunt ad dexteram Celebrantis; qui Celebrans imponit ter de more incensum, illud benedicens manu, dicente prius Diacono, *Benedicite Reverende Pater;* ipso verò Celebrante dicente, *Ab illo benedicaris, &c.* illudque benedicit modo solito: Gavant. *lit. l. §. Dubitarunt aliqui:* tum redeunt ad loca sua cum debitis reverentiis. Biss. *lit. D. num. 130.* Bauld. *sup.*

XXVI. Rubr. n. 4. pag. 141. *Finito Kyrie eleison, Sacerdos, &c.*) Finito Responso, Cantor cum primo Choro dicit *Kyrie eleison,* & secundus respondet *Christe eleison,* deinde omnes simul dicunt *Kyrie eleison:* postea Celebrans dicit clara voce *Pater noster,* & secretò proseguitur cætera, sicuti prosequi debent omnes: intonato autem prædicto *Pater noster,* Celebrans accipit à Diacono aspersorium sine osculis, deinde pergit ad aspergendum feretrum, habens eundem Diaconum à dexteris, elevatam anteriorem partem pluvisis, & tenentem ipsam sinistra manu per fimbriam (si adsit Ceremoniarius, poterit in hac actione Celebrantem præcedere genuflectens Altari, & Cruci, quando

ante illa transit; & idem facere debet Diaconus; Acolythus verò, & Thuriferarius ministrant necessaria, non discedentes à propriis locis) sic Celebrans, facta reverentia Altari vel genuflexione SS. Sacramento, si ibi edis, procedit circumiens feretrum per latus sinistru dexterum, ter aspergens illius feretri latus dexterum, scilicet in capite, in medio, & in pede; & deinde ter aspergit sinistru latus ejusdem tumuli eodem Ritu; & quanto transit ante Crucem Subdiaconi profundius inclinet: Diaconus verò, ut dixi, genuflectit; & advertat, dum transit per portam, in qua est Crux, ut transeat inter feretrum & Crucem. Ex Cerem. Episc. *suprà §. 11.*

Postquam Celebrans asperferit feretrum, reddit aspersorium Diacono, ubi prius illud ab eo accepit; & ibidem de manu ejusdem accipit thuribulum, & incensat feretrum circumiens eo modo, quo diximus de aspersorio, nimirum ter in qualibet parte lateris tumuli thuribulum duens.

XXVII. Rubr. n. 4. pag. 141, & Gavant. pag. 142. col. 2. lit. o *Junctis manibus dicit, &c.*) Sacerdos completa incensatione feretri, reddito prius thuribulo Diacono, facit debitam reverentiam Altari (Diaconus vero semper genuflexionem) stans in suo loco, & prius, versa facie ad Crucem Subdiaconi, & eodem Diacono tenente librum apertum ante eum, paululum tamen à sinistris ejus (si habetur ex Rituali Romano) dicit junctis manibus, *Et ne nos inducas in tentationem,* & alia, quæ in Rituali, aut Missali habentur: postea, item manibus junctis, dicit, præmissò *Oremus,* vel Orationem *Abscise,* vel Orationem, quæ dicta fuit in Missa; Bissus *lit. A. num. 45. §. 6.* in quibus, quando latus Exequiæ Sacerdotum, & Prælatorum, ferventur ea, quæ tradit Gavantus *ibi.* Terminari debent prædictæ Orationes brevi conclusione, dicendo, *Per Christum Dominum nostrum;* & responso *Amen à Choro,*

Celebrans, faciens Crucem manu dextera super feretrum (interim Diacono elevante anteriorem hinc pluvialis à dexteris) sinistra pectori admota, dicit, *Requiem æternam, &c.* ac mox Cantores cantant *Requiescant in pace* in plurali, quamvis Absolutio fiat pro uno tantum; Gavantus in fine huj. tit. p. 143. & Chorus respondet *Amen*. Responso autem *Amen*, omnes eodem ordine, quo ab Altari venerant ad tumulum, à tumulo recedunt, inclinantes caput Cruci processionali, cum transit ante ipsos. Castaldas lib. 2. sect. 9. cap. 5. Interim cerei in Altari, & in tumulo extinguuntur, & omnes ad Sacristiam se recipiunt, faciendo debitas reverentias, vel genuflexiones respectivè, prout convenit, & supra diximus; exceptis semper Subdiacono cum Cruce, & Ceroferariis cum candelabris.

Si elevetur SS. Sacramentum, dum fit Absolutio, ferventur ea, quæ tradit Gavantus hac lit. o. §. Dum fit Absolutio: Tonellius tamen in tali casu vult, Sacerdotem cum Ministris debere genuflectere, nisi aspergat, vel incenset tumulum, aut dicat v. & Orationem: Quarti verò part. 2. tit. 13. dub. 3. docet, Sacerdotem in simili casu debere genuflectere, etiam si actu aspergat tumulum, vel incenset: quam tamen sententiam improbat Biffus lit. G. num. 26. §. 2. & ibidem convellit rationes à Quarti productas, in confirmationem suæ sententiæ.

Si non adsit lætica, ad quam eundem fit in fine Missæ, Celebrans dicto *Placeat tibi*, ante Evangelium S. Johannis, accedit ad cornu Epistolæ; ibique super suppedaneum, deposita planeta, & manipulo super Altare in cornu Epistolæ, si non adest credentia, vel alius locus commodior, juxta Cereem. PP. Eremitarum S. Augustini part. 1. cap. 19. capit pluviale nigrum, ut supra (itemque Ministri Sacri deponant manipulos tan-

tum) & stans ibidem, conversus ad Altare, expectat finem Responsorii, *Libera me Domine de morte æterna*, quod cantatur à Choro, statim ac ab eo responsum fuerit *Amen* post *Requiescant in pace* ante Evangelium S. Johannis: interim Acolythi extendunt pannum nigrum in plano ante medium Altaris. Biffus lit. A. num. 47. §. 1. Bauldry supra num. 12. à Portu part. 3. cap. 6. de Miss. Sollemn. Defunct. tit. 13. Rubr. 4. in adnot. num. 28. §. Ubi non erigatur. Tum unus Acolythus accipit vas aquæ benedictæ cum aspersorio, alter thuribulum cum navicula, & ambo ad cornu Epistolæ accedunt; ubi circa finem Responsorii Celebrans ponit & benedicit thus in thuribulo, ministerio Diaconi sine osculis, ut diximus supra. Bauldry supra, Biffus supra §. 2. & à Portu supra. Responsorio finito, & dicto ultimo *Kyrie eleison*, ut supra, Celebrans adhuc stans in prædicto cornu Epistolæ versus Altare, seu super suppedaneum, facie versâ ad candelabra, intonat clara voce *Pater noster*, quod secreto prosequitur; & interim Thuriferarius, & Acolythus de vase aquæ benedictæ, accedunt cum debitis reverentiis, quasi ad cornu Evangelii per planum; & ascendunt ad secundum gradum, ubi ministrant alternatim Diacono aspersorium, & thuribulum; & Celebrans accedens ad medium Altaris cum Ministris Sacris, ubi facta reverentia Cruci, vertit se versus illum pannum nigrum, extensum in plano; & ita stat super suppedaneum, medius inter Diaconum à dexteris, & Subdiaconum à sinistris: ibi accipiet de manu Diaconi aspersorium, eoque aspergit pannum ter, in medio, à dexteris, & à sinistris panni; redditoque aspersorio, capit thuribulum, & ter similiter thurificat eo modo, quo asperfit. Bauldry sup. num. 13. Biffus supra num. 2.

Quo facto, iterum revertitur ad cornu Epistolæ versus Altare; & libro super illud cornu

cornu

cornu posito, dicit alta voce *Et ne nos inducas in tentationem*, & alios *ŷŷ.* & Orationem, ut in Missali, seu Rituali. Dicit autem à Cantoribus, *Requiescant in pace*, accedens adhuc cum pluviali ad cornu Evangelii (facta prius in medio Altaris reverentia) ibique signans Altare, aut tabellam, & se ipsum, dicit more solito Evangelium S. Johannis: quo dicto, factis debitis reverentiis Altari, mediis inter Diaconum, & Subdiaconum (quia habet pluviale) simbrias anteriores ipsius pluvialis tunc elevantes, precedentibus Acolythis, & aliis de Clero, vadit ad Sacristiam, ubi se exiit, ut in aliis Missis. Billus *suprà* §. 3. Bauldry *suprà* num. 14. & à Portu *suprà*.

Quando fit prædicta Absolutio pro Defunctis in fine Missæ, & non adsunt Ministri Sacri; debent adhiberi saltem quatuor Acolythis, qui inserviant Celebranti, vel etiam pauciores, si tot haberi non possint: quarum poterunt tunc omitti Ceroterarii, & ad caput Defuncti sufficiet unus Acolythus cum Cruce; quæ Crux etiam in casu, quo hic Acolythus haberi non possit, poterit ad caput Defuncti, vel feretri collocari in aliquo

pede, puta marmoreo; & ita sufficiet unus Acolythus, qui inserviant Celebranti, & alter thuribulum; & qui de thuribulo serviet, sustinere debet librum, id est rituale, dum Celebrans legit Orationem. Ipsi Acolythis respectivè elevant simbrias pluvialis Celebrantis, dum circuit tabellam Acolythus scilicet, quando aspergit, & Thuriferarius quando incensat, gemmas Altari, & Cruci, quando ante ea transit. Bauldry *suprà* num. 15. Billus *lit. A. n. 11.* Vinitor *suprà* §. 14. à Portu *suprà*.

In Exequiis autem Defunctorum, tunc presente cadavere, antequam Cantor intonet *Libera me Domine*; Sacerdos intonat precem illam, quæ habetur in Rituali Romano, & quæ incipit per verba: *Nonne in judicium cum servo tuo Domine*, &c. immutata semper remanent: unde etiam Defunctus sit femina, vel sint plures Defuncti, non dicitur *Cum servo tuo Domine*, sed *Cum servis tuis*: & ita declaravit S. R. C. Decreto edito 31. Augusti 1697. & dicitur nostro Indice sub num. 518.

Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

Tit. XIV. De his, quæ addenda sunt in Missa, quæ celebratur ad Altare, in quo expositum est SS. Sacramentum.

I. Gavant pag. 143. col. 1. n. 2 -- *Pro exponendo Sacramento in Altari pro initio quadraginta Horarum, &c.* Quoniam hic Gavantus agit de expositione SS. Sacramenti, quæ fit in Oratione quadraginta Horarum; idecirco ejus vestigiis inhærendo, etiam nos hoc loco addemus omnia ea, quæ spectare possunt ad exactum Ritum talis functionis: & cum recentissimè edita fuerit jussu Clementis XI. San. mem. de Anno 1705. die 20. Januarii, quædam instructio, quæ reperitur

etiam in suo Bullario, & quæ sub aliis Pontificibus successoribus Innocentio, & Benedicto XIII. necnon Clemente XII. nunc cetero Regnante, reimpressa, & ab omnibus Ecclesiis in Urbe, ad praxim deducta, hinc, ut omnes aliæ Ecclesiæ etiam extra Urbem perfectè instruantur de Ritibus, & Cerimoniis, quæ in prædicta expositione servari debent; congruum, & valde utile arbitramur subnectere copiam exactam talis instructionis, impressam typis Rev. Camer. Apost. 1705.

ISTRUZIONE, ED ORDINI

Da osservarsi nell' Orazione continua di Quarant' ore coll' esposizione del SS. SACRAMENTO per li bisogni di Santa Chiesa, secondo la pia mente de' Sommi Pontefici confermata, e pubblicata di nuovo per ordine di N. S. Papa CLEMENTE XII,

Prospero del Titolo di S. Silvestro in Capite della S. R. C. Card. Marefoschi, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, &c.

Essendo state fatte, fin dal tempo dell' introduzione dell' Esposizione del SS. Sacramento per l' Orazione continua di Quarant' ore, diverse provvisioni spettanti al decoro di detta sacra funzione, acciò le medesime venghino esattamente osservate, e si rimova qualche abuso introdotto in alcune Chiese; d' ordine espresso della Santità di Nostro Signore, datoci coll' oracolo della sua viva voce, ordiniamo, e comandiamo, che in tutte le Chiese di quest' alma Città, tanto Patriarcali, quanto Collegiate, e Parrocchiali, ed in ogni altra Chiesa, sì de' Secolari, come de' Regolari, in qualsivoglia modo privilegiata, e degna di special menzione, in cui si farà la suddetta Orazione di Quarant' ore, si osservi inviolabilmente, quanto si prescrive nella presente novissima istruzione, sotto le pene infrascritte.

I. Si metterà sopra la porta della Chiesa, dove sarà l' Esposizione, un segno del Santissimo Sacramento ornato di festoni, come pure a capo della strada vicina, perchè sia noto a chi passa, esservi l' Esposizione del Santissimo Sacramento.

II. Il Santissimo Sacramento dovrà esporri nell' Altare maggiore (eccettuatoe le Basiliche Patriarcali, nelle quali si suol' esporre sopra altro Altare) e si coprirà l' immagine, e statua, che vi sia; come anche le pareti della tribuna, e le vicine all' Altare, se non vi sono ornamenti fissi, si copriranno con drappi, avvertendosi, che gli apparai non contenghino stoffe, ne cose profane.

Sopra l' Altare non vi si ponghino Reliquie de' Santi, o statue de' medesimi (non escludendosi però quelle degli Angeli, che faccino figura di candelieri) e molto meno vi si ponghino figure dell' Anime del Purgatorio di qualsivoglia materia: il che si proibisce anche in tutte l' Esposizioni particolari, ed in quelle, che tal volta si fanno per suffragio di qualche Anima.

III. Sopra detto Altare in sito eminente vi sia un Tabernacolo, o Trono con baldacchino proporzionato di color bianco; e sopra la base di esso vi sia un Corporale per collocarlo.

Gavant. Rubr. Miss.

Ddd

carvò

» carvi l'Ofensorio, o Custodia, il di cui giro sarà attorniato di raggi, e non vi sarà d'oro
 » alcun ornamento, che impedisca la vista del Santissimo.

» IV. Ardino sopra l'Altare almeno venti lumi continuamente, cioè sei candele
 » d'una libbra, tre per parte dalli lati della Croce, ed otto candele nella parte superiore,
 » con altre quattro dalli lati dell'Ofensorio; nella di cui parte opposta non vi si ponga
 » namente lume alcuno; e vi siano finalmente due torcieri con le fiacole almeno di tre libbre
 » l'una. L'istesso numero de' lumi vi sia anche di notte dopo serrata la Chiesa, e
 » quali ve ne siano almeno dieci di cera; e per la Chiesa nella sera si mettano lumi
 » cieni per evitare la confusione, quali siano accesi finchè si chiudino le porte di essa. Po-
 » tranno anche di giorno oscurarsi le finestre vicino all'Altare dell'Esposizione, ad effetto di
 » cogliere la mente de' Fedeli all'Orazione.

» V. Niss Secolare, benchè vestito con sacco di qualsivoglia Compagnia, assista
 » andare intorno all'Altare per aggiustare lumi, o far altro, che ocioria; ma dovrà
 » re un Sacerdote, o almeno un Chierico con cotta; con la quale sopra il proprio abito dovrà
 » no comparirvi anche li Regulari di qualsivoglia Religione; avvertendosi di più, che ogni po-
 » sona di qualsivoglia condizione, ed ordine, per Decreto della Sagra Congregazione de' Sacra-
 » Urbis 19 Augusti 1651. avanti il Santissimo Sacramento esposto, accostandosi, o ap-
 » tendosi da esso, deve fare riverenza con ambe le ginocchia piegate. In ordine poi alla
 » sena del Sacerdote, quale celebra la Messa Privata, s'insinua esservi Decreto della
 » stina Sagra Congregazione, Urbis 7. Septembris 1638. che mentre passa avanti l'Al-
 » re, in cui sta esposto il Santissimo Sacramento, dopo fatta l'adorazione con le ginocchia
 » gate, scoperto il capo, alzandosi lo ricopra.

» VI. Si tenga durante l'Esposizione alla porta della Chiesa, per la parte di dentro,
 » di fuori, come tornerà più comodo, un tappeto, che faccia forma di bussola, con
 » adeguato alli lati, per comodità del Popolo; e sia talmente posto, che non possa mai
 » da vedersi il Santissimo Sacramento.

» VII. Stiano di continuo uno, o due Sacerdoti, o almeno in altr'Ordine
 » costituiti, se si potrà, vestiti di cotta (benchè siano Regulari) genuflessi avanti
 » banco ricoperto con tappeto, o panno rosso, o d'altro colore, e qualità decente,
 » all'infimo grado dell'Altare, e mai sopra genuflessori, orando tanto di giorno, quan-
 » to di notte, e vicenda. Dove sarà qualche Confraternità, vi assistino due Confratelli
 » meno, avanti un banco coperto di panno verde, o d'altro colore decente, parimenti
 » vicenda, ma fuori del Presbiterio, e distanti dagli Ecclesiastici suddetti; ed orando
 » con tutta divozione per edificazione degli astanti, e con voce sommessa, per non
 » distrazione agli altri.

» VIII. Nella Sagrestia vi sia l'orologio almeno a polvere, per sapere il tempo della
 » vicenda; di cui se ne darà il segno ad ogni ora con la campana maggiore, tanto di giorno,
 » come di notte.

» IX. La sera avanti il giorno dell'Esposizione, dopo il segno dell'Ave Maria,
 » si suonino le campane sollemnemente per avviso del Popolo, come anche la mattina
 » si suonino.

far del giorno, e dopo tutti gli altri segni dell' Ave Maria durante l' Esposizione, come parimente le solite tre volte avanti la Messa Solenne.

X. Nell' Altare, dove sta esposto il Santissimo Sacramento, non si celebri altra Messa, che le Solenni per l' Esposizione, e Reposizione; ne i quali due giorni, oltre la Conventuale (nelle Chiese dov' è obligazione di cantarla) si celebrerà dopo Nona la Messa del Santissimo Sacramento Voiva Pio re gravi; eccettuate però tutte quelle Domeniche, che sono di prima, o seconda Classe, e tutti li giorni, ne quali per ragione del Calendario tanto universale, quanto particolare di quella Chiesa, in cui si fa l' Esposizione, si fa Officio parimente di prima, o seconda Classe, come anche eccettuate la Feria quarta delle Cenovi, e le Ferie seconda, terza, e quarta della Settimana Santa; tutti li giorni dell' Ottava di Pasqua, e di Pentecoste, le Vigilie del Santo Natale, e della Pentecoste, e l' Ottava dell' Epifania; nelle quali Domeniche, ed altri giorni, e Ferie eccettuate, si canterà la Messa Conventuale con l' Orazione aggiunta del Sacramento Sub unica conclusione: e tutto ciò si osserverà inviolabilmente in tutte le Chiese, tanto de' Secolari, che de' Regolari.

Nel giorno medio, oltre la Messa Conventuale, si dovrà cantare dopo Nona la Messa Voiva pro Pace, o altra, che verrà comandata da Nostro Signore, secondo che starà espresso nella lista delle Quarant' ore, con la medesima eccezione delli giorni suddetti, e con la medesima regola circa l' Orazione.

Nelle Chiese non Collegiate, e dove non è obligazione di cantarsi la Messa Conventuale, dovrà in detto giorno medio cantarsi solamente la Voiva suddetta, con l' eccezione, e regola prescritta di sopra nella Messa del Sacramento: questa però dovrà cantarsi ad un altro Altare, che non sia quello dell' Esposizione, ne quello, dove sia il Tabernacolo col Sacramento incluso; ed in quelle Chiese, che hanno l' obbligo di cantar la Messa Conventuale, questa pure si canterà ad altro Altare, come si è detto.

Si ordina e pressamente, che nelli giorni dell' Esposizione, medio, e della Reposizione, le Messe si debbano cantare con li Ministri parati, e non altrimenti, anche nelle Chiese de' Regolari; non ostante qualsivoglia loro uso, o prescra consuetudine in contrario.

Nelle Messe Private, che si celebreranno durante l' Esposizione, non si suoni il campanello all' Elevazione; ma solo uscendo i Celebranti dalla Sagrestia, si dia un piccolo segno con la solita campanella.

Non si celebrino Messe di Requie nel tempo, che durerà l' Orazione di Quarant' ore; e le Messe del Santissimo, che si celebreranno ne i giorni permessi dalla Rubrica, saranno meramente Voive senza Gloria, e Credo. Nell' altre Messe Private correnti, si aggiungerà dopo le prescritte dalla Rubrica, l' Orazione del Sacramento, così comandando la Santa di Nostro Signore.

XI. Il Celebrante, dovendo portare il Santissimo in Processione, sarà vestito con piviale bianco; quando non abbia celebrato con paramenti d' altro colore; che in tal caso continuerà il colore della Messa: il velo amurale però sarà di colore bianco in qualsivoglia caso, che debba portarsi il Sacramento anco nel Venerdì Santo; e li paramenti

» menti de Ministri Sagri saranno del colore del Celebrante, come sopra. Parimente il
 » pallio dell' Altare, dove sta l'Esposizione, sarà sempre di colore bianco, benchè
 » Messa Solenne ivi si celebri in altro colore; come pure il baldacchino per la Processione
 » essere del medesimo color bianco.

» XII. Terminata la Messa Solenne per l'Esposizione, il Celebrante, e li Mini-
 » stri, fatte le dovute riverenze al Sacramento, si ritireranno fuori del cornò dell' Epistola,
 » dove il Celebrante (come pure li Ministri) deporrà il manipolo; e levata la pancia,
 » prenderà il piviale, ponerà ivi l'incenso in due turiboli senza benedirlo; e dopo con li Mi-
 » nistri genuflesso nel mezzo, incenserà tre volte il Santissimo. Sul fine della Processione
 » (quale si principierà anticipatamente fatta l'elevazione del Santissimo, o prima, come
 » doche sarà più, o meno numerosa) il Diacono in tempo congruo, fatta la genuflessione
 » sopra la gradella, prenderà il Sacramento, e stando in piedi lo consegnerà al Celebrante
 » genuflesso; genuflettendo immediatamente esso Diacono, lo prenderà il Celebrante, ritorna-
 » le mani dall'estremità del velo uncerale, e si alzerà principiandosi poi da Cantori l'In-
 » no Pange lingua, &c. s'incamminerà sotto il baldacchino, recitando con voce su-
 » mma Salmi, ed Inni insieme con li Ministri, quali elevaranno le fimbrie del piviale.

» XIII. La Processione sarà composta di tutto il Clero della Chiesa; ed il Con-
 » ro in questa funzione non sarà parato con abito suddiaconale, ma vestito con cotta. Pò-
 » terverranno onninamente otto Sacerdoti vestiti con coste, e con le torcie accese in mano,
 » quali procederanno dalli lati avanti il baldacchino; e dopo di essi seguiranno due Acoliti
 » turiboli, quali per la strada incenseranno continuamente il Santissimo, e durante la Processione
 » si suonaranno le campane solennemente.

» XIV. La Processione si farà dentro la Chiesa, ed al più per la piazza, quan-
 » to in questa funzione non sarà parato con abito suddiaconale, ma vestito con cotta. Pò-
 » terverranno onninamente otto Sacerdoti vestiti con coste, e con le torcie accese in mano,
 » quali procederanno dalli lati avanti il baldacchino; e dopo di essi seguiranno due Acoliti
 » turiboli, quali per la strada incenseranno continuamente il Santissimo, e durante la Processione
 » si suonaranno le campane solennemente.

» XV. Se vi saranno instituite Confraternità de' Secolari, o siano vestiti
 » sacco, o no, tanto li Guardiani, ed Officiali di esse, quanto li Confrati, tutti co-
 » deranno unitamente in corpo avanti il Clero Secolare, o Regolare, che vi sarà, al qual
 » dovranno sempre cedere il luogo più degno. Di più espressamente si comanda, che li
 » Guardiani, o altri Officiali di esse, non ardischino sotto qualsivoglia pretesto di consuetu-
 » dine, o altro, di andar dopo il baldacchino sotto la pena di venticinque scudi a ciascun
 » un Fratello, Guardiano, o Officiale della Confraternità, il quale contravvenisse alla
 » presente disposizione in conformità dell'Editto pubblicato l'Anno 1689. qual pena di
 » di venticinque si dovrà applicare alla medesima Confraternità, se sarà povera, o di
 » Monte del Santissimo Viatico, a nostro arbitrio. Monsignor Primicerio però dovrà
 » dare dopo il baldacchino, vestito senza sacco coll'abito suo Prelatizio, e col rocchetto, il
 » ne averà l'uso. Possono bensì li detti Officiali portar l'aste del baldacchino, effin
 » molto decoroso, per il quale dice il Cerimoniale Episc. lib. 2. cap. 33. Deputatus
 » biles viri Batones, &c.

Di più ordiniamo alli suddetti Cleri Secolare, e Regolare, che nelle proprie Chiese non permettino, che si pratici il contrario, sotto le pene contenute nel suddetto Editto, cioè di scudi venticinque alli Superiori, e Rettori delle Chiese Secolari; e di privazione di voce attiva, e passiva alli Superiori Regolari, con altre a nostro arbitrio. Quando poi vi fosse alcuno, che tanto ardisse, si notifica, che oltre le suddette pene imposte di sopra, resterà ipso jure privo dell' Officio, e cassato dalla Confraternità rispettivamente il Guardiano, o Guardiani, ed Officiali, i quali contravverranno a questo nostro ordine: resterà la Confraternità, e Chiesa privata di far più tale Santa Esposizione, finchè da noi non sarà reintegrata. Si dichiara anche, che all' accusatore di tal contravvenzione si darà la terza parte della suddetta pena, coll' esser tenuto segreto: e la suddetta disposizione vogliamo, che si osservi anche in tutte, e singole Processioni, ed Esposizioni particolari.

XVI. Ritornata la Processione in Chiesa, e giunto il Celebrante al grado infimo dell' Altare maggiore, il Diacono genuflesso riceverà il Santissimo da esso Celebrante (quale immediatamente genufletterà, deponendo il velo umeral) e lo collocerà nella base del trono, andando poi, fatte le dovute riverenze, al suo luogo. Li Cantori diligentemente, e con pausa cantaranno il ψ . Tantum ergo, &c. ed al versetto Genitoque, il Celebrante alzatosi con li Ministri, porrà ivi nel mezzo l' incenso nel turibolo senza Benedizione, e genuflesso incenserà tre volte il Sacramento: terminato l' Inno, senza dirsi il ψ . Panem de Cælo, &c. si cantaranno dalli suddetti Cantori le Letture contenute nel libro stampato per l' Orazione delle Quarant' ore (qual libro puramente, senz' alcuna immutazione, dovrà usarsi in qualunque altra Esposizione del Santissimo, che si faccia particolare.) Dopo che averà dette le Preci, il Celebrante alzatosi (a cui li Ministri sosterranno il libro) senza fare nuova genuflessione canterà a mani giunte il ψ . Dominus vobiscum, &c. con le Orazioni, quali terminate, genuflessi saranno breve orazione, ed indi partiranno a capo scoperto, sino ad una ragionevole distanza dal Sacramento, dandosi corè il principio all' Orazione delle Quarant' ore.

XVII. Il Celebrante non dovrà usare la sede camerale, secondo il Decreto della Sacra Congregazione de' Riti; ma un banco (che ne pure abbia braccia) con il pannello stergale ornato di panno rosso, o d' altro colore decente, in cui sederà insieme colli Ministri Sagri: molto meno dovranno mai usare le sedie camerale nelle Chiese li Guardiani, Deputati, ed Officiali delle Confraternità, Compagnie, e Congregazioni Laicali; ma sederanno sopra un banco con postergale senza braccia a' lati, e senza alcun uso de' cuscini, come pare senza gradini, e senza genuflessori davanti; qual banco potrà coprirsi di panno, e non di seta, e sarà onninamente situato fuori del Presbiterio, in quei casi, che assisteranno alle Messe, e Vespri Solenni, o che nel Presbiterio si celebri dal Clero alcuna funzione sacra, o che si predicchi in Chiesa, secondo li replicati Decreti della Sacra Congregazione de' Riti, particolarmente per Decreto generale emanato sotto li 13. Marzo 1682. sotto le pene medesime espresse di sopra, e comminate al num. XV. nelli §§. Se vi faranno, &c. e Di più ordiniamo, &c. Monsignor Primicerio però sederà dentro il Presbiterio al lato dell' Evangelio, in un banco coperto di panno, nell' abito suo Prelatizio, come si è detto al num. XV.

„ Se però la struttura della Chiesa non permetterà luogo congruo fuori del Presbiterio, in tal caso di necessità si ricorrerà a noi, che col consiglio de' Signori Maestri di Cerimonie Pontificie, se li concederà, che possa collocarsi il banco come sopra de' Guardiani, dirimpetto in uno delli lati; fuori del termine del Presbiterio.

„ Si proibisce espressamente agli uomini, ed alle donne di qualsivoglia stato, e condizione (eccettuata le persone regie, quando vi si trovino) l'entrare sotto qualsivoglia pretesto ad orare nel Presbiterio, o sia recinto dell'Altare, dove sta esposto il Venerabile; dovendo quel luogo essere occupato solamente dagli Ecclesiastici destinati al ministero Divino, o all'assistenza dell'Orazione: il che si osserverà non solo nelle Chiese, dove ricorre l'Esposizione ordinaria; ma anche in tutte le altre, dove per Indulto Apostolico, o per altra legittima facoltà, sono state fatte le Esposizioni, benchè per breve tempo; al che provvederanno li Superiori, e Superiori col ripa, o delli banchi ancora bisognando. In oltre ordiniamo, e comandiamo a tutti, e Superiori tanto Secolari, quanto Regolari, di qualsivoglia Chiesa, che durante la detta Esposizione non ardischino di far portare rispettivamente qualsivoglia sorte di sedili nelle Chiese a qualunque persona d'ogni sesso, grado, e condizione, sotto la pena di dieci scudi di alli Rettori Secolari, da applicarsi ad usi pii, riservata la terza parte per l'acquisto, ed a' Regolari della privazione della voce attiva, e passiva, ed altre a nostro arbitrio.

„ XVIII. Non si terranno nelle Chiese dell'Esposizioni anche particolari, habbendo l'elemosine, ne vi assisteranno Religiosi, o altri Ecclesiastici, ne meno persone laicali per riceverle; come ne meno andaranno Chierici, Confrati, Mandatarij, o altre persone, quando per la Chiesa. Molto meno doveranno far ciò li poveri, quali staranno per lo spazio di canne dieci lontani dalle porte della Chiesa, sotto le pene contenute nell'Editto stampato in parte: che perciò sarà parimente cura de' Superiori, e Sagrestani, e degli Esecutori, che assistono, il procurare, che non entrino in Chiesa, ad effetto di evitare la distrazione de' detti, che orano; potendo li Benefattori caritativi far le elemosine fuori della Chiesa, fuori ordinò la San. mem. di Clemente XI. con speciale Editto, in cui si proibisce ad ogni Fido dar nelle Chiese elemosine a' poveri.

„ XIX. Si avverte, che non termini l'Orazione in una Chiesa, se non che dopo che sarà principata nell'altra: e ciò si osserverà da qualunque Chiesa, benchè Basilica, e Collegiata, o in qualsivoglia modo privilegiata.

„ XX. Terminata la Messa della Esposizione, il Celebrante prenderà il piviale (secondo il Rito rispettivamente sopra descritto dopo la Messa dell'Esposizione) e genufletterà in presenza de' Ministri avanti il SS. Sacramento nel mezzo sull'infimo grado dell'Altare. Immediatamente li Cantori principiaranno le Litanie, e si continua a sino al V. Domine exaudi orationem meam inclusiva. Dopo alzatosi il Celebrante con li Ministri, ponerà ivi nel mezzo l'incenso senza Benedizione; e genuflesso incensará tre volte il SS. Sacramento, e prenderà il velo umerale. Fatta l'incensazione, il Diacono con le dovute riverenza levarà il Sacramento dal Trono, ed immediatamente stando in piedi, lo consegnerà al Celebrante genuflesso, genuflettendo anch'esso Diacono subito, che averà consegnato il Sacramento; praticando di poi rispettivamente ciò, che sopra nell'Esposizione si è detto circa le Cerimonie, e Rito della Processione, &c.

XXI. Ritornato dopo la Processione il Celebrante all' infimo grado dell' Altare, il Diacono genuflesso riceverà da esso, che starà in piedi, il SS. verso cui il Celebrante genufletterà immediatamente, e deponerà il velo uenerale. Il Diacono lo collocarà sopra il Corporale in mezzo dell' Altare, e ritornerà al suo luogo. Il Celebrante al V. Genitori Genitoque, &c. alzatosi con li Ministri, porrà come sopra l'incenso senza benedirlo, ed incensarà il Sacramento. Li Cantori diranno il V. Panem de Cælo, &c. (a cui si aggiungerà l'Alleluja nel tempo Pasquale solamente, ed in tutta l'Ottava della Festiuità del Corpus Domini in qualsivoglia Esposizione, che si faccia.) Il Celebrante alzatosi senza far nuova genuflessione, sostenendo li Ministri il libro (senza dire il V. Dominus vobiscum, come per Decreto della Sagra Congregazione de' Riti) canterà le Orazioni a mani giunte; quali terminate, genuflesso prenderà il velo uenerale; ed ascendendo solo all' Altare, fatto le dovute riverenze, prenderà nelle mani ricoperte, come si disse, con l'estremità del velo uenerale l'Ostensorio, e darà con esso la Benedizione al Popolo; e riposto il Sacramento sopra il Corporale, discenderà, e starà genuflesso al suo luogo. Il Diacono immediatamente, o un Sacerdote con stola, fatte le dovute riverenze, chiuderà il Sacramento nel Tabernacolo, quale per tale effetto doverà ritenersi nell' Altare dell' Esposizione; e l'Ostia consagrada si dovrà consumare nella Messa, o in quella mattina, o nella seguente; dopo di che partiranno, e terminerà l'Orazione di Quarant' ore.

XXII. Nel tempo, che durerà l'Orazione medesima, si proibisce espressamente il predicare; ma volendosi fare dopo li Vesperti qualche breve Sermone per eccitare li Fedeli alla divozione verso il SS. Sacramento, si dovrà prendere la licenza, e Benedizione da Noi, o da Monsignore nostro Vicegerente, anche nelle Chiese di Regolari, ed in qualunque modo privilegiate; e non solo nell' Esposizione di Quarant' ore, ma in qualsivoglia altra Esposizione; qual licenza si darà in scriptis. Quello poi doverà sermoneggiare, sarà alcuno costituito nell' Ordine Diaconale, e sermoneggerà con la cotta, benchè sia Regolare, ma senza la stola, ed a capo scoperto, vicino all' Altare dove sta esposto il Sacramento, ed in un sito, che non obblighi gli ascoltanti a fare atti d' irriverenza con voltare le spalle al Sacramento.

XXIII. Le Chiese, dove sarà l'Orazione di Quarant' ore, doveranno la sera stare aperte fin tanto che vi sarà il Popolo per orare: ma perchè non può darsi in ciò un' ora determinata, si per la situazione di esse, come per la mutazione delle stagioni; perciò potranno chiudersi l'estate circa le tre ore, e l'inverno intorno ad ore cinque. Si avverte però, che anche a porte chiuse deve continuare l'Orazione, come si è detto al num. VII. non dovendo mai essere interpolata l'Orazione di Quarant' ore, come per Decreto della Sagra Congregazione de' Riti.

XXIV. In ogni Chiesa di Roma si terrà affissa in luogo patente la lista delle Quarant' ore, per informazione de' Fedeli divoti.

XXV. Parimente in ogni Chiesa, dov' è determinata l'Esposizione, si dovrà tenere

» tenere

„ tenere affissa continuamente nella Sagrestia la presente istruzione; acciò che niuno possa allegare l'ignoranza delle regole, e precetti, che vi si contengono.

„ XXVI. Non ardirà alcun Rettore, Curato, o Sagrestano, fuori dell'ordine assegnato nella lista delle Quarant' ore, d' esporre il SS. Sacramento sotto qualsivoglia pretesto, o consuetudine, per veruna causa grave, ne per infermi, senza Breve speciale di Sua Santità, o almeno licenza segnata da Noi, o da Monsignor nostro Vicegerente, e firmata scritta dal Deputato delle Quarant' ore; quale ottenuta si esporrà il Venerabile in un Altare, o Cappella con un velo avanti, e col suddetto numero di venti lumi; e si osserverà puntualmente il tempo, che dovrà durare l'Esposizione, assegnata nella suddetta licenza, sotto pena, se ne infrascripte, e privazione d' officio.

„ XXVII. Finalmente si comanda espressamente, che tutti, e singoli sopraddetti ministri si debbano inviolabilmente osservare; e che si ubbidisca esattamente per qualunque potesse occorrere di più, al nostro Deputato sopra le Quarant' ore, sotto pena alli Ministri di Cerimonie, che assisteranno alle funzioni, se non faranno adempire esattamente tutte le Cerimonie, ed i Riti prescritti, quali Maestri di Cerimonie devono essere de mens in Sacris, tanto in questa, che in ogni altra funzione solenne, secondo il Cerimoniale Episcoporum lib. I. cap. 5. ed alli trasgressori rispettivamente de suddetti ordini di scudi dieci d'oro da applicarsi a luoghi pii; ed alli Regolari, della privazione di vita attiva, e passiva, di carcere, ed altre pene maggiori, riservate a nostro arbitrio dichiarandosi, che in difetto dell'osservanza, si procederà più rigorosamente contro i Superiori, e Sagrestani delle Chiese, alli quali appartiene più che ad ogni altro buona regola, e cura di esse. Dato dalla nostra solita Residenza questo dì 1. Settembre 1730.

P. Card. Vicario.

Carlo Guazzuglia Deputato.

Niccolò Antonio Can. Cuggiò Segr.

II. Ultra mox expositam Pontificiam instructionem, lubet etiam hoc loco in unum collecta tradere ea Decreta à S. R. C. edita, quæ pertinent ad prædictam Expositionem, & ad Missam, quæ celebratur coram SS. Sacramento.

Super Altare, in quo SS. Sacramentum est expositum, non est omittenda Crucis cum imagine Crucifixi collocata, Die 4. Maji 1707. in una Senarum, & datur in nostro Indice sub num. 604.

Quod quidem Decretum intelligendum est, dum Missa celebratur.

Quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio quadraginta Horarum, et Spiritualium exercitationum, si accidat in Festo primæ, vel secundæ Classis; tunc Collegiatis, vel duæ cantentur Missæ, una de Festo, seu de Dominica post Trinitatem, altera Votiva de Sacramento post Novenas, vel una cantetur de Die cum Commemoratione

ratione SS. Sacramenti, S. R. C. 13. Febr. 1666. & in nostro Indice sub num. 426.

Advertendum, quòd hoc ultimo casu, prædictæ duæ Orationes terminari debent cum unica conclusione, ut clarius patebit infra.

Missam in Altari majori, ubi est expositum publicè SS. Sacramentum, non licet celebrare; stante præsertim, quòd in Ecclesia essent alia Altaria, in quibus celebrari possent. S. R. C. 9. Augusti 1670. & in nostro Indice sub num. 443.

Ubi est expositum SS. Sacramentum, in Missa Votiva Privata de eo, non potest dici *Credo*. S. R. C. 2. Decembris 1684. & in nostro Indice sub num. 470.

In Missa Privata de Sancto Duplici, vel Semplici, de quo tali die fit Officium, potest quidem fieri Commemoratio de SS. Sacramento exposito, occasione quadraginta Horarum; sed omittenda in Festis primæ, & secundæ classis. S. R. C. 2. Decembris 1684. & in nostro Indice sub num. 471.

Durante expositione SS. Sacramenti, occasione quadraginta Horarum, regulariter celebri non potest Missa Privata de Requiem, neque cantari potest Missa Defunctorum, pro adimplenda mente Testatoris. S. R. C. 2. Decembris 1684. & in nostro Indice sub num. 472.

Expositio quadraginta Horarum, & Benedictio, quæ fit super Populum, non est de jure mere Parochialibus. S. R. C. 10. Decembris 1703. & in nostro Indice sub num. 569.

Ante SS. Eucharistiæ Sacramentum publicè expositum, non fiat Concio capite cæco, non obstante quacunque consuetudine. S. R. C. 16. Februarii 1630. in nostro Indice sub num. 253.

Quando SS. Eucharistiæ Sacramentum
Gavant, Rubr. Miss.

publicè discoopertum exponitur, omnes ante illud transeuntes, cujuscunque conditionis, & ordinis sint, seu ad illud accedentes, seu ab illo recedentes, semper utrumque genu flectere debent. S. R. C. 16. Augusti 1651. & in nostro Indice sub num. 304.

In Festo SS. Corporis Christi, servanda est dispositio Cærimon. Episc. in reponendo SS. Sacramento, ubi nulla fit mentio de *V. Dominus vobiscum*; non verò Ritualis Romani ubi dicitur addi *Dominus vobiscum*. S. R. C. 16. Junii 1663. & in nostro Indice sub num. 399.

In expositione, & repositione SS. Sacramenti, non est addendum Alleluja, ad *V. Panem de Cælo*, &c. S. R. C. 5. Julii 1698. & in nostro Indice sub num. 523.

Excipiendum tamen est tempus Paschale, & Octava SS. Corporis Christi, ut declarat supradicta instructio Clementina.

Eucharistia non est singulis diebus exponenda super Altare, sed in quibusdam tantum sollemnitatibus. S. R. C. 4. Martii 1606. in nostro Indice sub num. 47.

Nequeunt Regulares SS. Sacramentum cum sollemnitate exponere, sine licentia Ordinarii. S. R. C. 26. Februarii 1628. in nostro Indice sub num. 226.

In Processionibus SS. Sacramenti, quæ occasione quadraginta Horarum fiunt à Regularibus per Ecclesias, debent iidem Regulares, processionaliter incedentes, ante Sacramentum in occursum, & transitu à latere ejusdem facere genuflexionem, dummodò in transitu videatur. S. R. C. 1. Martii 1681. & in nostro Indice sub num. 456.

Quum cantatur Missa coram Venerabili Sacramento in Altari exposito, debet fieri Commemoratio de eodem Sacramento, sed post alias omnes Orationes de præcepto; & in Missis sollemnibus celebrandis in Festis primæ, & secundæ Classis, eadem Com-

Ecc memo-

memoratio debet fieri sub unica conclusione. Ita recentissimè declaravit S. R. C. die 23. Junii 1736 & datur hoc Decretum in nostro Indice sub num. 684.

III. Præter ea, quæ traduntur in supradicta instructione, & in allegatis Decretis, huc spectat aliqua pauca adnotare, quæ servanda sunt in dicta Missa prima Sollemni, quæ cantatur ante expositionem SS. Sacramenti pro Oratione sollemni quadraginta Horarum. Igitur in hac Missa duæ Hostiæ magnæ consecrabuntur à Celebrante, quarum una tantum elevatur, ut moris est, & altera relinqui debet super Corpore à parte sinistra Celebrantis. Post assumptionem pretiosi Sanguinis, deferri debet Ostensorium parvo velo coopertum à Ceremoniario, vel Subdiacono, per gradus laterales Epistolæ, facta debita genuflexione in recessu & accessu. Præfatum Ostensorium ad Altare delatum, deponendum est in cornu Epistolæ prope Corporale, amoto velo, quo erat coopertum. Deinde facta iterum genuflexione, accedet Subdiaconus ad librum, ubi iterum genuflectet, cedens in transitu gradum superiorem Diacono; qui tum accedens ad dexteram Celebrantis, genuflectit pariter in recessu, & accessu; moxque aperit Tabernaculum gestatorium, seu Ostensorium, & Calice palla cooperto, ac paululum remoto, versus latus Evangelii ponit ipsum Ostensorium super dictum Corporale; statimque Celebrans facta cum Sacris Ministris genuflexione, adætat propria manu dextera Sacram Hostiam in Lunula, quæ est in medio prædicti Ostensorii, adjuvante eodem Diacono, qui illud statim claudit; & in medio Corporalis postea collocat reverenter: deinde tam Celebrans, quam Ministri genuflectunt: quibus peractis, si opus sit, Celebrans Communionem dat iis, qui sunt communicandi, cum solitis, & debitis reverentiis; sed præstat, ut in hac

Missâ non fiat Communio; quæ tamen tenita, si faciendâ sic, Celebrans sumer purificationem, & ablutionem, & Missâ prosequetur more solito, diligenter observans quæ mox dicemus de Missâ celebrata coram SS. Sacramento.

Ante finem hujus Missæ, imò post proxim aliquarum Ecclesiarum immediate elevationem SS. Sacramenti, factam in Missâ, debent ab Acolythis accendi candles in Altari paratæ pro expositione faciendâ eodem Augustissimi Sacramenti. Deinde circa Missæ finem, à Sacrista, vel ab eo designato, cerei albi Clericis, & Confratribus Processionem comitaturis, debent distribui; & baldacchinum in Processione deferendum collocabitur in communi latere Altaris. Parabitur etiam alter Subdiaconus, qui Crucem deferre debet pro morem nonnullarum Ecclesiarum; sed habendo dispositioni suprâ expostæ institutionis Pontificiæ, quæ habetur n. 17. ubi qui Crucem deferre debet in hac functione, non debet habitu subdiaconali, sed tantum superpelliceo esse indutus. Paratur præterea octo superpellicea pro sacerdotibus, qui in Processione procedunt debent ad latera baldacchini, deferentes octo intorticia accensa, juxta id, quod in eo citato præscribitur in dicta institutione.

Notandum tamen est hoc loco, non esse necesse, ut qui prædicta octo intorticia portant, procedant à lateribus baldacchini (quod fieri non potest sine magno incommodo) ut quidam opinantur, male interpretantes verba Ceremonialis Episcopi, ubi agitur de Processione faciendâ in Missâ SS. Corporis Christi, eo quod ibi dicuntur quod procedunt à lateribus baldacchini, ubi qui deferunt prædicta octo intorticia, quæ verba tamen nihil aliud significant, nisi quod procedunt hinc inde ad una partem, &

ad altera, immediatè ante Baldacchinum: & hunc esse verum sensum horum verborum, patet ex sequentibus: nam additur, quòd immediatè post eos sequuntur duo Acolythi Thuriferarii continuo Sanctissimum Sacramentum incensantes; quod nullo modo fieri posset, si octo deferentes intortitia à lateribus baldacchini procederent. Hæc clarè patet ex §. 13. supradictæ instructionis, ubi etiam habetur: *Procederanno dalli lati avanti il Baldacchino*; & ex Nicolao de Bralion *part. 3. cap. 16. num. 6.* ubi etiam addit *num. 4.* quòd qui procedunt à sinistra, intortitium portant dextera; qui vero à dextris, sinistra, altera manu supra pedem posita; & quod idem observare debent alioannes, qui portant funalia, aut cereos. Sed cum hoc sit contra communem praxim omnium Ecclesiarum, non est admittendum: ad summum tolerari posset, quòd prædicti octo tantum deferentes intortitia, utpote Sacramento proximiores, ea deferant modo suprà à Bralion exposito; & ita deferunt PP. Congregationis Missionum.

Debent etiam parari duo thuribula, & Sacerdotes sola cotta, aut etiam pluviali sine stola induti, qui delaturi sunt hastas baldacchini, prout dicemus infra, cum agemus de Feria 5. in Cœna Domini; sed in hac Processione prædictas hastas deferre poterunt Officiales Confraternitatis, ut declarat instructio Pontificia *num. 15.*

Celebrans, comp'eta Missa, genuflectet in medio Altaris cum Ministris: tum per gradus laterales Epistolæ cum ipsis in planum ab eodem latere descendet; ubi, iisdem adjuvantibus, vel Ceremoniario cum Acolythis, deponet planetam, & Manipulum; & ita etiam Ministri deponent suos manipulos; quæ omnia ad Sacristiam deferentur. Deinde Celebrans induetur ab iisdem pluviali albo, vel alterius coloris, juxta dispositionem

suprà expositæ instructionis: quia si celebraverit cum paramentis alterius coloris, in tali casu continuetur color Missæ; velum tamen hamerale semper debet esse coloris albi, sicut etiam baldacchinum pro facienda Processione, & pallium Altaris, ubi fit Expositio. Statim ac Celebrans indutus erit pluviali, medius inter præfatos Ministros, junctis manibus, & nudo capite, accedet per planum Presbyterii ad medium Altaris, ante infimum gradum, & ibidem genibus flexis in plano, inclinabit caput profunde: tum erectus, juxta sententiam Bauldry de Feria 5. in Cœna Domini *art. 3. de Festo Corporis Christi cap. 3.* & Ceremoniale Monasticum *cap. 14. §. 2. num. 18.* ascendet ad secundum gradum, & in ora suppedanei genuflectus cum Diacono à dextris, & Subdiacono à sinistris, tantisper orabit. Juxta verò aliorum, præsertim Castaldi sententiam *lib. 2. sect. 10. cap. 2. n. 5.* & praxim Basilicarum almæ Urbis, remanebit Celebrans genuflectus super infimum gradum Altaris, Ministri verò in plano Cappellæ; ibique, postquam omnes ante Presbyterium ordinate accesserint, Celebrans erectus, & stans ante prædictos gradus Altaris, imponit incensum in duo thuribula, sine osculis, & sine Benedictione, ministrante Diacono naviculam, Subdiacono verò elevante simbriam partis dexteræ pluvialis. Deinde super infimo Altaris gradu genuflectus idem Celebrans, ter ducens thuribulum cum debitis profundis inclinationibus, antè, & post, SS. Sacramentum incensat. Terminata dicta incensatione, & facta secunda profunda Sacramento inclinatione, Diaconus acceptum sine osculis Thuribulum reddet primo Thuriferario, qui SS. Sacramentum per id tempus nunquam incensabit: Subdiaconus verò velum oblongum, allatum de Credentia per aliquem Acolythum, imponet humeris Celebrantis, & super brachia, & manus ejusdem expandet, ac si opus est, ad pedus adnectet,

vel spinulis retrò, vel sericis funiculis antè, ne decidat. Firmato velo super humeros Celebrantis, ipse medius inter Ministros ascendit usque ad superiorem gradum Altaris, supra quem remanet genuflexus cum Subdiacono, Diaconus verò accedit usque ad Altare; ubi facta genuflexione, accipit Ostensorium ambabus manibus; & vertens se, ut sit ad *Ite missa est*, tenens illud, imagine Crucifixi, quæ est in Hostia, ad se versa, illud tradit Celebranti eodem modo; ita ut in tota Processione prædicta imago, non respiciat Celebrantem, sed viam, quam habet ante se. Tradit autem illud Diaconus stans; & Celebrans illud recipit genuflexus manibus velo coopertis. Statim verò ac ipse Diaconus in manibus Celebrantis Tabernaculum gestatorium posuit, in eodem loco, in quo est, genuflexit, & Sanctissimum Sacramentum adorat; ac statim accedens ad dexteram Celebrantis, accipit genuflexus partem anteriorem pluvialis, quam elevat; Subdiaconus verò idem facit ex altera parte à sinistris. Tum Celebrans cum ipsis Ministris surgit, & ascendit supra planum ultimi gradus, seu suppedanæi, ubi & ibi erectus simul cum præfatis Ministris convertit se ad Populam; & tunc, & non priùs, Cantores adhuc genuflexi, intonant Hymnum *Pange lingua*.

IV. Tum ordinatur Processio intra Ecclesiam, incipiendo regulariter à parte Evangelii, & progrediendo versùs partem Epistolæ, si loci situs sic patitur; in qua præcedit omnes Clericus cotta indutus, Crucem deferens medius inter Cerofratos, deinde Confratres, si adsint, postea Clerici, &c. servantes debitum ordinem, ita ut digniores sint propinquiores baldacchino, cum candelis, aut facibus accensis, quas qui à dexteris sunt, deferunt dextera; qui à sinistris, sinistra (ut innuitur supra) altera librum Ritualem; vel si non librum te-

neant, alteram infra pectus admodum habeant; & in omnibus servant uniformitatem.

Ceremoniarius, qui dirigere debet Processionem, nullum locum certum habere potest, nec candelam deferre; sed omnibus debet providere modestè, ut debito modo, ordine, & ea, qua par est reverentia, fiant. Post Clericos omnes, ubi omnino, ut diximus supra, cotta, sed sine stolis parati, debent deferre intortuata, post quos veniunt duo Thuriferarii, moventes thuribula, prout dicemus, agentes de Ceremoniis, & Ritibus servandis in Feria 5. in Cæna Domini, & de Processione facienda in Festo SS. Corporis Christi. Faciendo hanc Processionem, dum transitur ante Altare, in quo forè est Tabernaculum Sacramenti, non fit genuflexio, quia ipse deferretur, & omnes sunt in actu Sacramenti servitio, & adoratione; nulla opus non est, ut naviculæ cum incendio deferantur, nisi Ecclesiæ sint spatiosæ, ac majoribus: quia tunc deferri debent, ut imponatur thus in thuribus quando quærit.

Aliquando hæc Processio fit etiam extra atrium, vel plateam ipsius Ecclesiæ, quod approbatur à supra exposita instructione §. 14. præsertim quando Ecclesiæ est angusta, & talis est consuetudo. In hujusmodi Processione Clerici non deferunt parvulas, videlicet pluvialis, planetas, & dalmaticas, sicut fit in Processione Festi Corporis Christi.

V. Post reditum Processionis ad Altare, in quo est exponendum Sanctissimum Sacramentum, servantur omnia ea, quæ prescribuntur num. 16. & seqq. supra exposita instructionis: solumque additur, quod opus sit scabellum ante Altare, per quod Diacono; ut facilius reponere possit SS. Sa-

cramentum in majori Tabernaculo, vel in loco eminenti parato decentissimo ornatu (sive Reliquiis tamen, vel statuis Sancto- rum, ut prescribit instructio num. 11.) manentibus interim Celebrante, & aliis Ministris genuflexis.

Postquam verò repositum fuerit SS. Sacramentum, & redierit Diaconus ad locum suum, Cantores intonant cum debita pausa. *Tantum ergo*; & ad illa verba *Genitori, Genitrici*, Diacono ministrante naviculam semper sine osculis, Celebrans sine Benedictione, stans in medio, cavendo tamen,

De Ritu Missæ Sollemnis coram SS. Sacramento.

VI. Gavant pag. 143. col. 1. n. 5. *In ingressu Celebrantis, & Ministrorum ad Altare, &c.* Quamvis ex antiquorum documentis optimè moneamur (ut advertit Gavantus *hic num. 1.*) ut abstinemus à Missa celebranda coram SS. Sacramento; nihilominus, iusta interveniente causa, puta infra Octavam Corporis Christi, & in fine publicæ Orationis quadraginta Horarum, certum est talem Missam coram SS. Sacramento exposito posse, & celebrari debere. Postquam igitur exposuimus in §§ antecedentibus omnia ea, quæ servari debent in Missa, quæ celebratur, antequam exponatur SS. Sacramentum; nunc breviter trademus omnia ea, quæ servanda sunt in Missa, quæ celebratur pro repositione ejusdem SS. Sacramenti expositi pro Oratione quadraginta Horarum: unde colligenda erunt omnia, quæ servari debent in Missa Sollemni, celebrata coram SS. Sacramento in suo Tabernaculo reposito. Omnis igitur iis, quæ sunt communia cuicumque Missæ Sollemni, solum hic colliguntur ea, quæ sunt peculiariter præ hac Missa: & primò in hac Missa Sollemni Ministri non oculantur neque ma-

ne terga vertat Sacramento, ponit juxta morem thus in thuribulum, quo deinde à Diacono sibi porrecto, triplici ductu incensat SS. Sacramentum, factis debitis profundis inclinationibus, ante, & post dictam incensationem. Denique terminato toto Hymno, recitentur preces juxta dispositionem, quæ habetur in supradicta instructione.

Hicce omnibus ita peractis, Celebrans genuflexus orabit per brevem moram, ac deinde surgente Celebrante, surgent omnes; & facta genuflexione utroque genu, recedent in Sacristiam debito ordine.

nus, neque quidquam aliud, quod tradunt Celebranti: videatur tamen exceptio posita infra sub num. 11.

Celebrans, & Ministri in ingressu ad Presbyterium, seu Cappellam, in qua est expositum SS. Sacramentum, statim omnes caput denudare debent, & birreta Ceremoniarum tradere; & cum ad Altare pervenerint, ante illius infimum gradum flectunt omnes utrumque genu omnino in plano, & etiam caput profundè inclinant; quod solum fit, cum primò ad Altare accedunt, & in fine, ut suo loco dicemus, nam in processu deinde Missæ flectunt tantum unico genu; Gavantus *hoc num. 5.* Corsetus *tract. 1. part. 1. cap. 17. num. 2.* à Portu *cap. 8. de Miss. Sollemn. coram Venerabili exposito. Billus lit. M. num. 222. §. 1.* Castaldus *lib. 3. sect. 10. cap. 3. num. 1.* & id fit, ut facilius, & commodius surgant: & advertendum, quòd faciendo genuflexionem unico genu, non debent caput inclinare, ut multi gratis faciunt, sufficit enim genuflexio. Billus *suprà.*

VII Gavant pag. 143. col. 2. n. 6. *Incensatio*
Ecc 3 *Alta*

Altaris, &c.) Facta Confessione absque ulla genuflexione, ascendunt ad Altare, ubi deinceps unicum genu flectunt, & Celebrans dicit *Oramus te Domine, &c.* ut aliis. Terminata per Celebrantem Oratione *Oramus te Domine, &c.* imponit incensum in thuribulum de more (& advertat, quod in hac incensi impositione, non debet stare in medio Altaris, sed aliquantulum versus cornu Evangelii, facie versa ad cornu Epistolæ; quod semper observare debet, cum imponit incensum in thuribulum ad Altare, ubi est expositum Venerabile; Bauldry part. 2. cap. 9. art. 3. num. 3. Bissus supra, à Portu supra, num. 3.) Diacono aliquantulum inclinato, ministrante naviculam acceptam à Thuriferario; qui genuflexus, vel stans ob commoditatem Celebrantis, sustentat thuribulum juxta morem; & à Celebrante benedicitur incensum, quia thurificandum est præter Sacramentum etiam Altare, & ipsemet Celebrans: Ceremon. Episc. lib. 1. cap. 23. §. 19. Gavantus num. 6. Bauldry part. 2. cap. 9. art. 3. n. 3. Diaconus autem nunquam osculatur, neque manum Celebrantis, neque cochlear, neque thuribulum, quando illud Celebranti porrigit. Cerem. Episc. lib. 2. cap. 23. §. 11. & cap. 33. §. 19. Mox benedicto, ut supra, incenso, & recedente Thuriferario ad locum suum consuetum cum debita genuflexione, Celebrans cum Ministris Sacris sine ulla genuflexione descendit ad secundum gradum Altaris, cavens ne terga vertat SS. Sacramento; Bauldry part. 2. cap. 9. num. 3. Bissus supra, ubi genuflexus super suppedaneum, & medius inter Ministros Sacros, ibidem pariter genuflexos, thuribulum accipit à Diacono sine osculis; & statim præmissa cum Ministris profunda inclinatione, incensat SS. Sacramentum triplici ductu, motu gravi, interposita brevi morula inter unumquemque ductum; & eo tempore Ministri Sacri aliquantulum elevent posteriorem partem planctæ Cele-

brantis; Bissus supra, & à Portu supra, interrim omnibus circumstantibus manentibus genuflexis. Bissus supra. Bauldry part. 2. cap. 9. num. 3. à Portu supra.

Non possumus adhærere Gavanto, qui supra tradit, quod incensatur Sacramentum pro Cruce, quæ adesse non debet, nam juxta Decretum emanatum die 4. Maji 1707. in una Senatorum, & datum in nostro Indice sub num. 604 -- Super Altare, in quo SS. Sacramentum est expositum, non est omittenda Crucis cum imagine Crucifixi collocatio -- Quod decretum, ut citamus, & latius exposuimus in nostris Observationibus ad Commentaria Gavanti super titulo XX. prime partis de preparatione Altaris, & ornamentorum ejus, intelligendum est, dum Missa celebratur coram SS. Sacramento. Parva igitur Crux collocanda debet in Altari, dum Missa celebratur etiam coram Venerabili exposito; omittitur verò Crucis incensatio, quia incensatur loco illius SS. Sacramentum: incensatur enim originali, non est cur incensatur eisdem imago, & figura. Solum in Festivitate majoris hebdomadæ, seu in die Parasceves, post incensatum Sacramentum incensatur etiam Crux, ut suo loco dicemus, quia tali die Ecclesia speciali cultu Crucis Christi Domini veneratur: & equidem omnes, nemine excepto, anteam transientes genuflectunt.

Advertendum etiam occurrit, quod debet Celebrans genuflexus super suppedaneum, ut supra, incensare debet Sacramentum, juxta praxim, & usum Basilicarum aliarum Urbis, quæ Mater est, & Augusta Ecclesiarum omnium, & ut eorum præscribunt Gavantus, Löhner part. 2. tit. 8. num. 3. Tonellius lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 9. Bauldry part. 2. cap. 9. num. 3. Bissus, Hippolytus à Portu supra; nihilominus præfatus Ritus videtur contrarius Ceremoniæ Episc.

Episc. lib. 2. cap. 33. §. 16. unde est, aliquos in ea versari sententia, quæ docet, Celebrantem debere descendere, & super infirmum gradum genuflexum debere thurificare SS. Sacramentum: sed de hoc ex professo tractabimus, cum agemus de Festo SS. Corporis Christi.

Incesato Sacramento, & facta tam à Celebrante, quam à Ministris profunda inclinatione, Celebrans, & omnes Ministri surgant: ac mox Celebrans habens præ manibus thuribulum: cum Ministris Sacris ad Altare accedit; ubi facta genuflexione ab omnibus unico genu, ipse Celebrans incensat Altare more solito. Bissus *supr.* §. 3. Observent autem Celebrans, & Ministri Sacri, ut dum accedunt, vel recedant à medio Altaris, sive per ipsum transeunt, semper unicum genu flectant; & solus Celebrans genuflectendo, extremitates manuum ponat super Altare, ut facilius surgat. Bissus *suprà.*

VIII. Gavant. pag. 143. col. 2. num. 7. *Cum incensandus est Celebrans, &c.* Completa incensatione Altaris, & reddito in cornu Epistolæ thuribulo Diacono, à Celebrante (qui Diaconus illud recipit sine osculis ob reverentiam Sacramenti) Celebrans descendit in planum per gradus laterales cornu Epistolæ, ubi, scilicet in plano, convertitur se ad Populum, advertens, ne terga vertat Sacramento; ideoque dum se vertit, respicit cornu Evangelii; & ibi in plano incensatur triplici ductu à Diacono stante contra ipsum, id est vertente terga Populo; qui Diaconus inclinat se profunde Celebranti, ante, & post incensationem. Gavantus *loc. num. 7. Angel. part. 2. cap. 17. §. Celebrans, Lohner supr. Bauldry part. 2. cap. 9. num. 4.* Subdiaconus verò se interim collocabit à sinistris Diaconi, vertendo priter terga Populo; Ceremoniarum, ac Thuriferarius, consistent in locis constitutis: A Portu *supr.* §. *Per alia incensatione:* hoc erit quo-

que observandum in altera incensatione ad Offertorium; & ibidem lavabit manus, ut optime notat Gavantus.

IX. Gavant. pag. 143. col. 2. n. 8. *Accedens ad medium Altaris, &c.* Cum accedit Celebrans ad medium Altaris, vel recedit à medio illius, & antequàm se convertat ad Populum, tunc flectet unicum genu; quod etiam Ministri facient, quando recedunt, aut accedunt ad medium Altaris; aliàs verò, si non moventur, non genuflectent, v. gr. ad *Orate fratres*: genuflectent tamen, dum Celebrans dat Benedictionem in fine Missæ, & cum ascendent ad Altare, dicturi Hymnum Angelicum, vel Symbolum, aut quidquam aliud facturi, ut in aliis Missis.

X. Gavant. pag. 143. col. 2. n. 9. *Convertens se ad Populum, &c.* Præterea quando Celebrans se convertet ad Populum, dicturus, *Dominus vobiscum*, vel aliud, ne directe terga vertat Sacramento, se vertit versus cornu Evangelii, renibus ad illud versis, facta priùs in medio genuflexione; & reversus ad medium Altaris, iterum genuflectit. Bissus *supr.* §. 5. Bauldry *part. 3. cap. 17. num. 9.*

XI. Gavant. pag. 144. col. 1. n. 10. *Diaconus, & Subdiaconus, &c.* Quamvis exposito Sacramento, ut *suprà* diximus, omissi debeant oscula manus, & rerum, quæ Celebranti porriguntur; nihilominus Subdiaconus, dicta Epistola, osculabitur manum Celebrantis more solito, & ab illo benedicetur. Diaconus etiam recipiet Benedictionem ante Evangelium de more, & manum Celebrantis osculabitur, sicut ipse Celebrans osculari debet librum Evangelii à Subdiacono illi datum: rursus Diaconus ad Oblationem osculabitur Patenam, Calicem, & manum Celebrantis: tum in fine Orationis Dominicæ, eandem Patenam, & ma-

manum, ut aliàs, osculabitur. Bauldry *supr.* num. 8. Bissus *supr.* §. 6. Cerracchinus in dubiis super Rubricam Missalis *com. 1. dub.* 10. unde fortè oscula prohibentur solum, quando fieri debet aliquid, quod specialiter Sacramentum expositum tantum respiciat.

Post cantatum Evangelium, & osculatum à Celebrante librum, idem Celebrans more solito incensatur, absque eo quòd descendat in planum; sed in suo loco se sistens more solito, thurificatur stans super suppedaneum in cornu Epistolæ. Bauldry *part. 2. cap. 9. n. 5.* Bissus *supr.* §. 7.

XII. Gavant pag. 144. col. 1. n. 12. *In incensatione oblatorum, &c.*) Post Offeritorium, antequàm Celebrans se retrahat aliquantulum ad cornu Evangelii, ad imponendum incensum, genuflectere debet, sicut etiam, postquàm imposuit incensum, & convertit se ad Altare, thurificatur oblata: nam genuflectere debemus toties, quoties recedimus à medio, & accedimus ad medium, ut supra diximus; sed Celebrans recedit in casu nostro à medio, ut imponat incensum, stans aliquantulum in cornu Evangelii, & accedit ad medium thurificatur oblata, consequens ergo est, ut genuflectere teneatur: itaque non genuflectit, quia thurificat oblata, sed quia recedit à medio, & accedit ad medium. A Portu *supr.* num. 7. & ex Bauldry *supr.* num. 6. sicut etiam ex Billo *supr.* §. 1. Postea incensat oblata de more; & iis incensatis sine genuflectione, Celebrans, & Diaconus descendunt ad secundum gradum Altaris, ut genuflectant super suppedaneum (sed advertant, ne Sacramento terga vertant) ubi Celebrans ter thurificat Sacramentum, ut initio Missæ. Bauldry *part. 3. cap. 17. num. 11.* Interim Diaconus aliquantulum retrò pariter genuflexus, imò, ut vult Cerracchinus, genuflexus in gradu inferiori ad Celebran-

tem, sicut etiam in alia incensatione Missæ, casulam elevatam tenebit, cum eodem antea, & post incensationem, profunde inclinatus. Castaldus *lib. 3. sect. 10. cap. 1. num. 3.* Postea Celebrans cum Diacono legit, & ascendit cum eodem ad Altare; ubi ab utroque facta genuflectione unico genu, illud incensat more solito, dicens, *Dirigitur Domine, &c.* Diaconus aliquantulum elevat partem posteriorem planctæ Celebrantis, ut moris est.

Incensato Altari, Celebrans reddit in cornu Epistolæ thuribulum Diacono, deinde descendit in planum per gradus laterales cornu Epistolæ, ubi, hoc est in plano, convertit se ad Populum, & ibi incensatur eo modo, ut diximus supra §. VIII.

Terminata incensatione à Diacono, Celebrans in eodem loco, facie item ad Populum versa, lavat manus, easque extergit, ministrantibus Acolythis more solito, sed sine osculis ob Sacramenti expositi reverentiam: Bissus *supr.* §. 9. Bauldry *supr.* num. 9. extergit manus, ascendit ad Altare per eosdem gradus laterales; ubi primò genuflectit in medio, deinde mediocriter de more inclinatus dicit, *In spiritu humilitatis, &c.* Castaldus *supr.* n. 4. Bissus *supr.*

Diaconus incensato Celebrante, incensatur de more Chorum: tum redit ad Altare per eandem viam, semper cum debitis genuflectionibus, unico tamen genu, SS. Sacramentum; ubi Subdiaconum tenentem Panem incensat à cornu Epistolæ, qui propterea recedit ad cornu Evangelii, facta prius genuflectione super in finem Altaris gradum, & eo incensato, redit ad medium, ubi iterum genuflectit ut supra. Tum ipse Diaconus tradit thuribulum Ministro, ac recedit ad cornu Epistolæ, facta prius unico genu genuflectione; ibique in plano Cappelæ stans, incensatur à Ministro, & postea cum

genuflexione ad secundum gradum Altaris ascendit. Bauldry *suprà* num. 12. Advertendum igitur est cum Cerracchino *cit. dub.* 10. pag. 216. quod nullus ex Ministris in hac Missa incensari debet, stans super gradus Altaris; sed in plano Cappellæ tantum loc peragi potest. Observandum etiam, quod qui incensat Populum, stare debet paulo extra medium aditus Chori, ne terga vertat SS. Sacramento. Bralio *part. 3. cap. 3. num. 9.*

XIII. Gavant. pag. 144. col. 1. n. 13. *Distin. Orate fratres à Celebrante, &c.*) Celebrans dicto, *In spiritu humilitatis*, rursum genuflectit, semper tamen unico genu, accommodius surgat; & convertens se, ut dicat *Orate fratres* ad latus Evangelii, ne terga Sacramento vertat, & non perficiens circuitum, per eandem viam ad medium redit, & iterum genuflectit in medio Altaris. Gavantus *hoc num. 13.* Billus *suprà* §. 9. Callaldus *suprà* num. 4. reliqua verò peragunt usque ad Communionem, ut in aliis Missis.

XIV. Sumpta purificatione, Celebrans ponit Calicem in cornu Epistolæ extra Corporale, postea genuflectit Sacramento: tum accedit ad idem cornu Epistolæ, ubi accipit Calicem, & abluit digitos, quos etiam libidem extergit, posito Calice prope Corporale: deinde accedit ad medium Altaris, libitè genuflectit, ac mox Calicem dextera accipit, & abluitionem sumit; qua sumpta, Calicem extergit Subdiaconus, & illum e more accommodat, Billus *suprà* §. 10. & Bauldry *suprà*.

XV. Sumpta abluitione, genuflectit iterum Celebrans, & redit ad librum, ubi dicit *Communionem*; qua dicta, redit ad medium Altaris, osculatur illum, genuflectit, & convertit se ad Populum, ut dicat *Dominus vobiscum*; tum redit ad medium Altaris, & iterum genuflectit, Tonellius *lib. 3. cap. 2.*

Gavant. *Rubr. Miss.*

num. 14. Ministri verò genuflectunt, prout Celebrans: Bauldry *suprà*: deinde Celebrans redit ad librum, ubi dicit *Orationem*, vel *Orationes*, si plures dicendæ sunt; quibus dictis, accedit ad medium, genuflectit, osculatur Altare, & dicit de more, ut *suprà*, *Dominus vobiscum*. Diaconus verò, dum dicit *Ite missa est*, vertit prius se versus Populum; sed de more unicum genu flectit Sacramento ante, & post, rones semivertens versus cornu Evangelii, sicut facere debet Celebrans, ne Sacramento terga vertat: Subdiaconus autem de suo loco non se movet. Bauldry *suprà* num. 14. Billus *suprà* §. 11. à Porto *suprà* num. 8.

XVI. Gavant. pag. 144. col. 1. n. 15. *In Benedictione Populo danda, &c.*) Dicto, *Ite, missa est*, & responso *Deo gratias* à Choro, Celebrans, & Diaconus iterum se vertunt ad Altare; & ab utroque facta genuflexione, Celebrans dicit, *Placeat tibi Sancta Trinitas*: qua Oratione finita, osculatur Altare (dum dicit Celebrans prædictam Orationem, Diaconus facta, ut *suprà*, genuflexione, recedit à medio Altaris versus cornu Epistolæ, & flectit utrumque genu in superiori gradu, hoc est in suppedaneo; Subdiaconus verò, facta genuflexione super infimum gradum unico genu in loco, in quo est, ascendit statim ad secundum gradum versus cornu Evangelii, ut genuflectat in superiori gradu, ut dictum est de Diacono) Celebrans igitur osculato Altari, dicit (sine simplici capitis inclinatione; Tonellius *lib. 3. cap. 2. num. 16.* quia statim genuflectere debet; & in genuflectione, & profunda inclinatione, includitur inclinatio mediocris, & simplex; Ceremoniale *Missæ Privatæ cap. 1. §. 6. in fine*; & Gervasi in *instruct. Missæ Privatæ, coram SS. Sacramento exposito num. 13.*) dicit, inquam, Celebrans, *Benedicat vos omnipotens Deus, &c.* ad quam Benedictionem omnes, præter Canonicos Ecclesiæ Cathedralis

Fff

thetra-

thedralis, genuflexi esse debent in locis suis: Bralio *part. 2. cap. 10. num. 3.* tum genuflexit, vertit se ad Populum ex parte Evangelii, ne terga vertat Sacramento, ubi dat Benedictionem more solito; qua data non perficit circulum, sed per eandem viam accedit ad legendum ultimum Evangelium (& non debet redire ad medium pro facienda genuflexione) ibique cum solita assistentia Subdiaconi, qui data Benedictione, statim accedit ad cornu Evangelii, ut de more tabellam Evangelii S. Johannis sustineat. Diaconus vero accedit propius ad Altare paulò versus cornu Epistolæ; ubi post acceptam Benedictionem, erectus stat in eodem secundo gradu versus cornu Epistolæ, ubi erat genuflexus Benedictionem accipiendo, & cum Celebrans se signat, & ad *Verbum caro factum est*, genuflexit etiam ipse, & omnes alii de Choro se signant, & genuflexunt. Ex Castaldo *lib. 1. scilicet 7. cap. 5. num. 26.* & ex Nicolao de Bralio *part. 2. c. 10. de fine Missæ num. 4.* Alii verò Rubricistæ censent, Diaconum post acceptam Benedictionem, facta genuflexione, debere accedere ad cornu Evangelii, ibique stare quasi medium inter Celebrantem, & Subdiaconum, manibus junctis post Celebrantem; & ita tenent noster Gavantus in suo Commentario *ad tit. 12. part. 2. Rubr. 7. lit. m.* & Cabrianus *cap. 5. num. 39.* neanon Corsetus *tract. 1. punct. 1. cap. 4. num. 19.* & alii, quos sequitur Hippolytus à Portu in prædictum *tit. & Rubr. num. 4.*

Celebrans autem, postquam se convertit ad cornu Evangelii, dicit *Dominus vobiscum*, deinde signat librum, seu tabellam Evangelii S. Johannis, si ibi sint; in defectu utriusque signat solum se ipsum, non verò Altare; quod semper observet, Sacramento exposito, etiamsi altius esset, vel in Pyxide, vel in Calice, nam idem ferme

esset, ac si esset super Altare. Gavantus *hoc num. 15.* Ad *Verbum caro factum est* tum genuflexit juxta solitum versus cornu Evangelii, sed aliquantulum versus Sacramentum, unico tamen genu, absque capitis inclinatione. Biffus *suprà §. 11. & 12.* Bauldry *suprà num. 15.* quod pariter fit, in quacunque alia simili occasione, quando Celebrans debet genuflectere, sive sit in cornu Evangelii, sive in cornu Epistolæ, excepto quando diceret *Flectamus genua*, secundum opinionem Tonellii, Saronelli, & aliorum; ad quæ verba genuflectere deberet in Missa Privata, aut Cantata sine Ministris Sacris, versus librum, & non versus Sacramentum; non tamen in Missa Cantata cum Ministris Sacris, in qua, quomodo omnes genuflectere debeant ad prædicta verba, solus Celebrans non genuflectit, quia stare debet orando. Ex Durando *lib. 2. cap. 5. Biffò lit. G. num. 29. & lit. M. num. 222. §. 15.* ex Tonellio, & Saronelli, & ex Ceremon. Missæ Privatae *suprà num. 22.*

XVII. Gavant, pag. 144. col. 2. n. 16. *Recedit cum Ministris, &c.* Finito ultimo Evangelio, Celebrans revertitur ad medium Altaris (& illum immediatè sequitur Subdiaconus) ut inter Subdiaconum & Diaconum (jam stantem propius ad Altare paulò versus cornu Epistolæ) decentius distendat; ibique medius inter Diaconum à dexteris, & Subdiaconum à sinistris, facta genuflexione unico genu, sine capitis inclinatione, statim descendunt omnes in primum, (sed caveant, ne terga vertant Sacramento) & ibi ante infimum gradum Altaris in plana terra utrumque genua flectunt omnes cum capitis inclinatione, ut infra fecerunt: tum surgunt pariter omnes, distcedunt, & in eodem loco, ubi caput distexerunt, id est extra Presbyterium, seu extra Cappellam, & non hic, accipiunt benedicta sua Celebrans, & Ministri Sacri à Ceremon.

remonario, seu ab alio Ministro, & caput regunt aliquantulum consistentes, & pergent in Sacrificium ordine, quo venerant. Bauldry *suprà* num. 16. Biffus *lit. M.* §. 12. Hippolytus à Portu *suprà* num. 9.

XVIII. Gavant. eod. n. 16. *Vel si factienda sit Processio pro fine Orationis publica, &c.* Quando autem hæc Missa celebratur pro reponendo SS. Sacramento in fine Orationis quadraginta Horarum; tunc, finita Missa, facienda est Processio publica, juxta dispositionem instructionis Pontificiæ à nobis *suprà* expositæ num. 20. quapropter, facta genuflexione à Celebrante unico genu cum Ministris Sacris in medio suppedanei Altaris; postea cum iisdem, præcedente Subdiacono, descendit per gradus laterales à cornu Epistolæ in planum; & retrahit se retro Altare, si parietem non adhzreat, vel ad credentiam, seu extra cornu Epistolæ, ob præsentium Sacramenti, ubi deponit planetam, & manipulum, (sicut etiam

Ministri Sacri suos deponunt manipulos) & accipit pluviale, adjuvantibus Ceremoniario, vel etiam Diacono, & Subdiacono, ut mos est in Sacris Basilicis Urbis; quamvis tale ministerium Diacono, & Subdiacono denegetur à Nicolao de Bralio *part. 3. cap. 17. num. 1.*

Postea Celebrans per planum incedens, manibus junctis, & nudo capite, medius inter Ministros Sacros, elevantes hinc inde fimbrias pluvialis, accedit ad medium; ubi genuflexit in plano cum Ministris Sacris utroque genu, & cum ipsis inclinat etiam se profunde: tum erigunt se postea in medio inferioris gradus Altaris, ut colligi potest ex Ceremoniali Episc. *lib. 2. cap. 33. §. 26.* genuflexunt; Bralio *suprà*; ibique parumper orant genuflexi.

Reliqua peragit, ut præscribitur in sæpius laudata instructione Pontificia, & ut *infra* dicemus Feria 5. in Cœna Domini, & in Festo Corporis Christi.

De Ritu Missæ Privatæ coram SS. Sacramento exposito,

XIX. Gavant. pag. 144. col. 2. n. 17. *In Missa Privatæ, &c.* 1. Statim ac Sacerdos Presbyterium, seu Cappellam Altaris, in quo Sanctissimum Sacramentum est expositum, ingreditur; aliquantulum consistens, caput detegit, porrigens biretum Ministro, quod non debet poni, ut plerique faciunt, neque super bursam Caricis, neque super Mittal. Bauld. *part. 3. cap. 27. num. 5.* Tonell. *lib. 3. cap. 2. num. 1.* Gervasi *in instruct. Missæ, qua celebratur coram Sanctissimo Sacramento exposito §. Primieramenti.*

2. Cum pervenerit ad medium Altaris, ante illius infimum gradum, flexit utrumque genu, omnino in plana terra; Gavant. *p. 143. num. 5.* & omnes Rubricistæ cum

eo; & caput inclinat profunde, dum est genuflexus; quod facit & Minister. Corsetus *tract. 1. part. 1. cap. 17. num. 2.* Ceremoniale *Missæ Privatæ, cap. 12.* Gervasi *in instruct. pro Ministro Missæ Privatæ, qua celebratur coram Sanctissimo Sacramento exposito cap. ultimo num. 2.*

3. Mox surgunt Sacerdos, & Minister; & ille, ut in aliis Missis, ascendit ad Altare; & Calice collocato ad partem Evangelii, antequam capiat bursam pro extrahendo ex illa Corporale, genuflexit, unico tamen genu, & sine capitis inclinatione: Ceremoniale *Missæ Privatæ, supra num. 2.* Hippolytus à Portu *cap. 7. de Missa Privatæ coram Venerabili exposito num. 5.* & sic fieri debent omnes aliæ genuflexiones, excepta ultima,

quando Sacerdos discedit ab Altari finita Missa, rediens ad Sacristiam; quæ genuflexio fit sicut prima: inde extendit Corporale in medio Altaris, & superimponit Calicem; quo facto genuflectit iterum unico genu, caput non inclinans, ut dictum est, surgit, & accedit ad cornu Epistolæ, ut librum aperiat.

4. Rediens ad medium Altaris, statim genuflectit unico genu, ut supra; & sine mora retrahens se de more aiquantulum ad cornu Evangelii facie versa ad cornu Epistolæ, ne vertat dorsum Sanctissimo Sacramento, descendit in planum Altaris humeris versis ad cornu Evangelii.

5. Postquam descenderit in planum ut supra, pro incipienda Missa, antequam dicat, *In nomine Patris*, genuflectit super infimum Altaris gradum, unico tamen genu, sine capitis inclinatione: Minister vero, facta genuflexione utroque genu, ut supra, accedens de more in cornu Epistolæ, ibi deponit Missale super cullinam; unde discedens, & pergens ante medium, utrumque genu flectit; quod semper facit transiens per medium: quamobrem magis sollicitus esse debet, quam in aliis Missis, in recedendo à suo loco, ubi est, ut tempore confecto ministrare possit.

6. Sacerdos, finita Confessione, ascendit ad Altare sine genuflexione, quam gratis quidam faciunt; & cum ad illud pervenerit, antequam incipiat, *Oramus te Domine*, genuflectit.

7. Finita Oratione, & osculato de more Altari, genuflecti ut supra, surgit, & procedit ad cornu Epistolæ lecturas Introitum.

8. Dicit Introitu, accedit ad medium Altaris, ubi iterum genuflectit, & postea dicit *Kyrie elison*, & *Gloria in Excelsis*, si dicendum sit.

9. Dicit *Kyrie elison*, & *Gloria in excelsis*, osculatur Altare, genuflectit, ut supra; sine capitis inclinatione, vertit se ad Populum; recedens paulum ad cornu Evangelii, ne Sanctissimo Sacramento dorsum obvertat; & dicit *Dominus vobiscum*; postea revertens ad medium Altaris, de novo genuflectit; & ita semper facere debet in aliis hujusmodi occasionibus.

10. Facta ut supra genuflexione in medio Altaris, revertitur ad cornu Epistolæ, ubi dicit *Oremus* de more, deinde Orationem, Epistolam, Graduale, Alleluja, vel Tractum, ut tempus postulat.

11. Quum pervenerit ad medium Altaris, antequam dicat, *Munda cor meum*, &c. elevatis ad Sacramentum oculis, & statim demissis, genuflectit ut supra; ac deinde surgens, dicit *Munda cor meum*, & *be Domine benedicere*.

12. Dicitis præfatis Orationibus, antequam accedat ad cornu Evangelii pro dicendo Evangelio, iterum genuflectit, ut supra; deinde se recipit ad cornu Evangelii; conversus ad librum, dicit juxta morem *Dominus vobiscum*; signat librum, & seipsum, & deinde legit Evangelium.

13. Finito Evangelio, & osculato libro, post illa verba *Per evangelica dicta*, &c. venit ad medium Altaris: si dicendum sit *Credo*, prius genuflectit ut supra; si verò non sit dicendum, antequam convertatur ad Populum, dicitur *Dominus vobiscum*, prius osculatur Altare, deinde genuflectit, ut supra; & conversus ad Populum in cornu Evangelii, dicit *Dominus vobiscum*. Observandum igitur hic, quod si dicendum sit *Credo*, in hoc casu genuflectit, antequam illud dicat; & eo finito, osculato prius Altari, genuflectit, antequam se vertat ad Populum: si verò non dicatur *Credo*, lecto Evangelio, venit ad medium Altaris, ubi illud

illud osculatur, & postea genuflectit, ut supra; & conversus ad Populum, dicit *Dominus vobiscum*.

14. Dicit *Dominus vobiscum*, convertit se ad Altare, in medio ejus genuflectit; & deinde surgens, dicit *Oremus*, faciens eodem tempore de more, sed versus Sacramentum, simplicem capitis inclinationem cum aliquali humerorum inclinatione, & statim dicit *Offertorium*.

15. Dicit *Oremus*, & *Offertorio* de more, facit ea, que sequuntur; & dicit *Suscipe Sancte Pater*, antequam discedat de medio ad cornu Epistolæ, pro imponendo vino & aqua in Calice, genuflectit, & accedit ad supradictum cornu Epistolæ; vinum de more infundit in Calicem cum aqua; sed Minister, dum ei porrigit ampullas, eas non osculatur, ob reverentiam Sacramenti.

16. Sacerdos, posito Calice extra Corporale ad cornu Epistolæ, & reversus ad medium Altaris, genuflectit ut supra; & surgens, accipit Calicem, & dicit *Offerimus tibi, &c.*

17. Dicit *Veni Sanctificator*, & benedicit ad finem ejusdem Orationis Hostia, & Calice, absque manuum junctioe, & sine inclinatione capitis, cum manus extensas supra Altare tenere debet, genuflectit ut supra, surgit, & rectè incedit versus cornu Epistolæ, descendit in planum per gradus laterales cornu Epistolæ, & ibi lavat manus, facie versa ad Populum; & advortat, ne terga vertat Sacramento, ita ut postquam descenderit gradus Altaris, vertat se ad Populum per latus suum dexteram; & ibidem, ubi scilicet lavavit manus, etiam eas manutergio extergat.

18. Post lotionem manuum, redit per eundem gradus laterales ad medium Altaris; ubi statim ut pervenerit, genuflectit ut supra, & dicit *Suscipe Sancta Trinitas*.

19. Dicit *Suscipe, &c.* osculatur Altare, genuflectit; & obverso tergo versus

cornu Evangelii, non perficiendo circulum, dicit versus Populum, *Ora te fratres*.

20. Illo dicto, reversus ad Altare, iterum genuflectit, & deinde surgit.

21. Sacerdos peragit reliqua usque ad Communionem, ut in aliis Missis; sed advertendum, quod in hac Missa, sicut etiam in Sollemni coram Venerabili exposito celebrata, campanula non pulsatur, neque ad *Sanctus*, neque ad *Elevationem*; quod deducitur ex ratione finali, propter quam hic Ritus institutus fuit: nam hæc campanula ideo pulsatur, ut Populus ad adorationem Sacramenti excitetur: frustra igitur in presenti casu, in quo jam Populus actualiter adorat Sacramentum expositum, pulsaretur.

22. Post sumptam purificationem Sacerdos ponit Calicem extra Corporale ad cornu Epistolæ: tum genuflectit in medio Altaris unico genu, surgit, & vadit ad cornu Epistolæ, ubi est Calix; ibi accipit dictum Calicem; ubi facta in eo digitorum ablutioe, & eorum abstersione, ponit Calicem prope Corporale; tum procedit ad medium Altaris, & ibi genuflectit, ut supra, surgit, accipit Calicem, & sumit ablutioem; & deinde extergit os, & Calicem purificatorio.

23. Accommodato Calice in medio Altaris post sumptam ablutioem, antequam accedat ad cornu Epistolæ, pro legenda Antiphona, que dicitur *Communio*, genuflectit, ut supra; & lecta prædicta Antiphona, accedit ad medium Altaris, ubi iterum genuflectit, surgit, & osculatur Altare; tum vertit se ad Populum in cornu Evangelii, & dicit *Dominus vobiscum*.

24. Dicit *Dominus vobiscum*, revertitur ad Altare, & genuflectit in medio ut supra; & surgens redit ad cornu Epistolæ, & ibi dicit *Oremus*, cum inclinatione versus Sacramentum, & Postcommunionem de more.

25. Postcommunionem dicta, accedit ad medium Altaris, ubi prius genuflectit ut supra,

furgit, osculatur Altare, postea vertit se ad Populum in cornu Evangelii, & dicit *Dominus vobiscum*, & *Ite missa est*: si vero dicitur est *Benedicamus Domino*, dicto *Dominus vobiscum*, revertitur ad medium Altaris, genuflectit, surgit, deinde stans, dicit *Benedicamus Domino*.

26. Dicto *Ite missa est*, convertit se ad Altare, ubi genuflectit, surgit, & deinde dicit *Placeat tibi Sancta Trinitas, &c.* qua deprecatione finita, osculatur Altare, deinde dicit *Benedicat vos Omnipotens Deus*; quo dicto (caput non inclinans ad vocem Deum) immediate genuflectit, surgit, deinde vertit se ad Populum ex parte Evangelii, illum benedicit more solito, non perficit circumlum, nec accedit ad medium Altaris, ut genuflectat; sed per eandem viam, qua conversus est ad Populum, absolute revertitur ad cornu Evangelii, ubi dicit *Dominus vobiscum* de more, & legit ultimum Evangelium, advertens ne signet omnino Altare, (& hoc signum est omittendum, quia est expositum Sanctissimum Sacramentum) sed tantum librum, vel tabellam; si neutrum adsit, signet se ipsum solum.

27. Ad *Verbum caro factum est* non genuflectit juxta solitum versus cornu Evangelii, sed aliquantulum versus Sacramentum unico genu, & sine capitis inclinatione; quo dicto surgit, & proficitur Evangelium.

28. Finito Evangelio, Sacerdos accedens ad medium Altaris, genuflectit ut supra, surgit, accipit Calicem de more, descendit humeris versus ad cornu Evangelii in planum Presbyterii, seu Cappellæ, ubi iterum genuflectit, sicut initio fecit, in plana terra utroque genu, profundè inclinans caput, & sic pariter genuflectit, & se inclinat Minister: deinde surgit, sicut & Minister, & statim discedit, & in eodem loco (id est extra Presbyterium, seu Cappellam) dextera accipit à Ministro birretum, caput tegit, interim aliquantulum confi-

stit; & more solito pergit deinde in Sacristiam.

Ex prædictis patet, in genuflectionibus faciendis sequentem regulam observandam esse, videlicet: quando Sacerdos accedit ad medium Altaris, prima actio sit genuflectere, deinde osculetur Altare: quando vero Sacerdos est in medio Altaris, & versus Populum se convertere debet; prius osculari debet Altare, & deinde genuflectere, ut dicit *Dominus vobiscum*, *Orate fratres, &c.* & ad medium Altaris deinde rediens, iterum unicum genu flectit. Hæc omnia excerpta sunt ex Auctoribus, qui agunt de hac Missa celebrata coram Sanctissimo Sacramentum, nimirum ex Bauldry part. 3. cap. 17. et Billo tom. 2. lit. M. num. 222. §. 1. & lit. G. num. 29. ex Hippol. à Portu cap. 7. de Missa Privata coram Venerabili exposito, & ex Ceremoniali Missæ Privatæ cap. 12. ex Coletta tract. 1. part. 1. cap. 17. num. 2. ex Gerardi in instr. Missæ, qua celebratur coram Sanctissimo Sacramentum exposito, ex Tonello lib. 3. cap. 2. ex Lohner part. 3. tit. 1. num. 1. et Cerracchino tom. 1. dub. 9. ex Cerem. Monast. lib. 3. cap. 12. §. 2. ex Vinitore part. 4. tit. 5. in adnot. ex Angel. part. 2. cap. 17. et Moncio de Missa coram Venerabili, & ex Abbate Benvenuti, de eadem Missa coram Sanctissimo Sacramentum exposito pag. 43. & ex Pignatio, epitom. Sac. Rit. tit. 13. cap. 11.

XX. Si ex urgente necessitate (aliter non est administranda) in dicto Altari intra Missam ministratur Sacra Eucharistia; cum Celebrans dicit *Misereatur vestri, &c. Inobedientiam, &c.* et in cornu Evangelii, ut terga vertat Sanctissimo Sacramentum, et dum vertit se ad Populum ut dicit, *Erat Agnus Dei, &c.* attendit solummodo ad Sacramentum, quod habet præ manibus, non ad Sacramentum, quod est expositum, adeoque convertat humeros ad Altare errore ordinario: Tonellius lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 1. Hippolytus à Portu supra num. 11. & si mis-

mittretur Eucharistia in dicto Altari in sine Missæ, seu extra Missam; Sacerdos cum dat Benedictionem post ministratam Eucharistiam, stet in cornu Evangelii, ne terga verut Sanctissimo Sacramento.

Advertendum, quod si dicatur Missa Privata Votiva de Sanctissimo Sacramento diebus non impeditis, quamvis sit expositum etiam in Oratione quadraginta Horarum, non idem in prædicta Missa debet dici *Gloria*; idque colligitur & ex Rubricis generalibus, & ex Decretis à S. R. C. editis, datis in nostro Indice, & deinde repetitis in titulo IV. primæ partis, in quo agitur de Missis Votivis S. Mariæ, &c. ex quibus colligitur, Hymnum Angelicum in Missis Privatis Votivis non esse dicendum, nisi in Missis Votivis An-

gelorum, & in Missis Votivis de B. M. V. quando celebrantur in Sabbato.

Neque pariter in Dicta Missa Votiva de Sanctissimo Sacramento dicitur *Credo*, sola ratione Sanctissimi Sacramenti expositi, juxta Decretum editum 2. Decembris 1684. & supra à nobis jam allegatum. Insuper potest fieri Commemoratio de Sanctissimo Sacramento, si expositum sit in Oratione quadraginta Horarum, etiam in Missa de Festo Duplici, quod non sit primæ, vel secundæ Classis, inhærendo Decreto edito 2. Decembris 1684. quod nos supra pariter exposuimus: unde legantur Decreta ibidem collecta, ut exactè adimpleatur mens Sacræ Congregationis.

De Missa Privata, quæ celebratur coram Episcopo in propria Diœcesi,

XXI. Quamvis de Ritu servando in celebratione Missæ *tit. 3. & seqq.* sparsim aliqua discrimen de hac ipsa Missa Privata coram proprio Episcopo celebrata; nihilominus non abs re esse duximus, si de hac eadem Missa in hoc loco paulò fusiùs sermonem iterum instituamus, & omnia ad eandem speciem ordinatim, & in unum collecta tradamus.

1. Igitur Ceremoniæ Missæ Privata, quæ celebratur coram Episcopo in loco suæ jurisdictionis, sunt eadem, quæ servari debent coram Patriarcha, vel Archiepiscopo in tota Provincia, coram Nuncio, & Legato Apostolico in locis suæ Legationis, coram Cardinali ubique gentium. Ceremoniale Episcoporum *lib. 1. cap. 30.* Item eadem Ceremoniæ observari debent in Missa Privata, quæ celebratur coram Abbate benedicto (& coram gaudente benedictorum privilegiis) habente utrum mittæ, vel baculi, in suo Monasterio, vel Ecclesia sua; imò coram

Episcopo, & Archiepiscopo extra suam Diœcesim, vel extra Provinciam, sed in privato Oratorio, erunt eadem Ceremoniæ servandæ, quæ in loco jurisdictionis ipsorum servari debent, ut multi Rubricistæ docent.

2. Episcopus, juxta Ceremoniale Episcoporum supra citatum, Missam audire debet supra scabellum precatorium, versus medium Altaris, vel ex parte Epistolæ positum, ut Celebrans incipere possit Missam ex parte Evangelii: quod si Episcopus, vel ob situm, vel ob aliam causam, staret ex parte Evangelii; in tali casu Celebrans posset incipere Missam ex parte Epistolæ, vel etiam in medio Altaris, si Episcopus esset in tali situ, ut Celebrans commodè se se inclinare posset, absque eo, quod ipsi Episcopo, seu Pralato verteret tergam.

3. Juxta aliquos, conveniens in primis est, ut Celebrans, monitus de adventu Episcopi, ne ipse Celebrantem expectet, Epi-

Episcopum præveniat: si hic necdum advenisset, sistens se versus Altare in cornu Epistolæ, jam indutus Sacris indumentis, Calice super Altare parato, ipsum expectet; & monitus de adventu Prælati, vertat se in eodem loco, & profundè inclinatus ipsum solutè: deinde transiens ad medium Altaris, salutatè de more Crucis, descendit in planum per gradus laterales cornu Evangelii ante infimum Altaris gradum; ex quo loco facit profundam reverentiam Cruci, vel genuflectit, unico tamen genu, absque capitis inclinatione coram Sanctissimo Sacramento, si expositum adsit in Tabernaculo; & deinde profundè Episcopo se inclinet; & statim erectus, stet in eodem cornu Evangelii, expectans ab Episcopo signum incipiendi Missam, aliquantulum ad eum conversus; & dato ab Episcopo signo, iterum profundè eidem se inclinet, & conversus aliquantulum ad Altare, more solito incipiat Missam. Verùm juxta instructionem Ceremonialis Monastici lib. 3. cap. 12. §. 3. & aliquorum usum, paulò antè quàm Episcopus accedat ad Altare, in quo coram eo est celebranda Missa, duo tantùm cerei accendi debent, Calix super Altare parari, sicut etiam Missale apertum, & alia necessaria supra credentiam, ne Prælati ibi diu moretur. Sacerdos etiam paratus in Sacristia expectabit illius adventum; qui statim ipsi Prælati Ecclesiam ingressos, & jam super genuflexorium ante Altare in genua procumbente, accedet ad illud junctis manibus ante pectus, capite recto, & præcedente Ministro de more, & ante infimum gradum Altaris caput deteget; factisque statim Altari, & Episcopo reverentiis, id est genuflexione Tabernaculo Sanctissimi Sacramenti, & inclinatione profunda Prælato, ante infimum gradum ad cornu Evangelii se recipiet; ibique stans, expectabit signum incipiendi, aliquantulum ad Prælatum conversus; quo signo dato,

iterum inclinet se Prælato profundè; & quantum conversus ad Altare, manente Ministro ad cornu Epistolæ genuflexo in plano Cappellæ, incipit Missam more solito Ceremoniale Episcoporum Lib. 1. cap. 30.

4. Missa inchoata, ad *Confiteor*, ubi pervenerit ad illa verba, *Et vobis fratres*, dicat Celebrans, profundè Prælato se inclinans, *Et tibi Pater*; & ubi dicitur de more, *Vos fratres*, dicat, *Et te Pater*: quod si plures essent Prælati æquales, vel alii Prælati, tunc non videtur dicendum *Vobis Patres*, & *Vos Patres*, sicut illorum nemini osculatur librum post Evangelium; nihilominus usus obtinuit in tali casu, ut hæc numero plurali dicantur: deinde in eodem loco dicit de more *Miserereatur*, *Indulgentiam*, & reliqua usque ad *Oremus* inclusivè.

5. Dicto *Oremus*, immediatè antequam ascendat ad Altare, iterum versus Prælatum profundè se inclinat; & accedens ad medium Altaris ante infimum gradum, & ibi incipiens, *Aufer à nobis*, secretò de more elevat ascendet ad Altare, & alia peragat, ut in aliis Missis.

6. Finito Evangelio, non osculatur librum, nec dicit *Per Evangelica dicta*; sed statim Minister, qui juxta Ceremoniale Episcoporum debet esse Cappellanus Episcopi superpelliceo indutus, desert Missale apertum ad Prælatum sine genuflexione, ut alibi osculetur, ubi describitur initium Evangelii lecti. Post osculum Minister claudit Missale, & tunc, & non prius, Prælato uni o genu genuflexionem facit; deinde reportat decenter ad Altare librum, si sit Celebrans, aperiendo ubi erit apertus: si Cappellanus non habeat paratum Episcopus, tunc alius Minister, qui Missæ intervenit, tradet librum osculandum Episcopo.

7. Quòd si ibi foret Prælati dignior, uti

mi Archiepiscopus, vel Cardinalis; tunc Missale ad magis dignum deferatur osculandum: si verò ibi sint plures prælati æquales, & nullus aliis dignior; nulli deferatur osculandum Missale, nec illud osculatur Celebrans. Ceremoniale Episcoporum *suprà*.

8. *Credo* (si sit dicendum) *Offertorium*, & usque ad Orationem, quæ dicitur post *Agnus Dei, Domini, qui dixisti*, & includit, dicuntur ut in aliis Missis.

9. Dum Sacerdos dicit prædictam Orationem post tertium *Agnus Dei*, Minister genuflexus utroque genu à dexteris Celebrantis tenet instrumentum pacis elevatum supra Altare; & finita prædicta Oratione, Celebrans osculatur Altare; & postmodum ambobus manibus tenens instrumentum pacis, quod ei porrigitur à prædicto Ministro genuflexo, ut *suprà*, illud osculatur, dicens *Pax tecum*; & Minister respondet ei *aditue genuflexus, Et cum spiritu tuo*; moxque se erigens Minister facit genuflexionem Sacramento unico genu, & abstergit instrumentum in ea parte, quæ osculatus est Sacerdos; abstergit autem sinistra adhibendo velum coloris cum Missæ colore congruentis, quod manubrio instrumenti appensum esse debet; & deinde defert præfatum instrumentum pacis osculandum Præfato sine ulla inclinatione, quo osculato, & non prius, facit genuflexionem Præfato unico genu.

Si ibi sit Prælati aliquis dignior Episcopo, instrumentum pacis deosculandum deferatur ad illum, & postea successivè ad minus dignum: si omnes sint æquales, dari poterit osculandum illi, qui primum occupat locum, vel ei qui vicinior est Altari, & deinde aliis successivè. Postquam illud pacis instrumentum datum fuit ad osculandum, conveniens esset illud velo cooperire, antequàm Præfato fiat genuflexio; & si ibi plures fuerint Prælati, tunc tegitur, postquam ultimus illud fuerit osculatus. *Rubricant. Rubr. Miss.*

lus advertendum est, quòd si plures fuerint Prælati, post uniuscujusque osculum, unicuique fit reverentia, & post reverentiam statim abstergitur instrumentum. Alia, quæ spectant ad præfati instrumenti osculum, jam tradidimus, agentes de hac parte Missæ in titulo de Ritibus Missæ Sollemnis.

10. Communio, Postcommunio, & alia, usque ad Benedictionem exclusivè, dicuntur de more.

11. Ad finem Missæ Celebrans dicit de more solito, *Benedicat vos Omnipotens Deus*; sed priusquam Populo benedicat, ad Prælatum conversus, profundè ei se inclinat, quasi ab eo licentiam benedicendi petens; quæ inclinatione facta, benedicit circumstantibus ex parte Evangelii (si Prælati sunt in medio, vel ex parte Epistolæ) dicens de more: *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus*; quare Celebrans advertat semper, ne benedicat ex illa parte ubi est Prælati. Verùm si Prælati audierit Missam extra suæ jurisdictionis locum: *Et absque alio respectu*, dicit Rubrica, ut cæteris, qui intersunt, Sacerdos de more consuetudo benedicat. *Rubr. 12. num. 3.*

12. Post Benedictionem Celebrans dicit de more Evangelium in fine Missæ; quo finito, ad Prælatum conversus, stans in eodem cornu Evangelii, facit illi profundam reverentiam; postmodum expectat priusquam discedat, usque dum Prælati ipse discesserit.

Non solum quando Sacerdos celebrat coram Episcopo, sed etiam Archiepiscopo, Nuncio, & Legato, extra ipsorum Diocesim, Provinciam, vel locum Legationis, in publica Ecclesia, prædictam reverentiam prætermittit, ut disponit Rubrica citata, quamvis in tali casu videatur conveniens, ut Sacerdos celebrans in præsentia talium Prælatorum, accedens, vel recedens ab Altari, transiens ante ipsos, faciat illis debitam reverentiam, hoc est mediocrem inclinationem.

Ggg

clina-

clinationem, & capite cooperto, si habet Calicem; profundam, & capite detecto, si Calicem non habeat: ulterius mittat ipsis osculandum instrumentum pacis, ut aliàs dictum est; & finito ultimo Evangelio, faciat ipsis profundam inclinationem ab Altari. Hæc omnia delibavimus ex Ceremoniali Missæ Privatæ cap. 3. ex Bauld. part. 3. cap. 9. &

part. 5. cap. 30. ex Biffo tom. 2. lit. S. tom. 20. 2. §. 11. & §. 79. ex Lohner part. 4. tit. 6. ex Hippolyto à Portu part. 3. ca. 4. ad tit. 3. in adnot. Rubr. 2. & seqq. ex Mancio de Missa coram Prælato, ex Corfium tract. 1. part. 1. cap. 16. ex Angel. part. 1. cap. 13. & ex Tonello lib. 2. tit. 14.

De Missa, quæ cantatur coram Episcopo in diversis Ecclesiis suæ Diocesis.

XXII. Quoniam sub hoc titulo egimus de Missa tum Sollemni, tum Privatæ, celebrata coram SS. Sacramento exposito, & deinde de Missa Privatæ celebrata coram Episcopo in loco suæ jurisdictionis; hinc progredimur etiam ad agendum de Missa Sollemni celebrata coram eodem Episcopo in Ecclesiis diversis suæ Diocesis: contingit enim sæpe, ut Antistites, live in sua visitatione, live in aliis Sollemnitatibus, accedant ad Ecclesias Collegiatas, live Parochiales extra Civitatem, ubi pontificaliter assistunt Missis Sollemnibus, sine Canonicis Ecclesiæ Cathedralis. Cum igitur pro prædictis Missis nulla sit in Ceremoniali regula, hinc ut facilius hæc Sacra actio dirigatur, congruum nobis visum est, tradere hic ea, quæ hinc inde collecta sunt, & quæ, quamvis in prædicto Ceremoniali non sint expressa, illitamen in omnibus sunt conformia, vel saltem illi non discordantia.

XXIII. Paranda igitur erit, prius à latere dextero Altaris, nempe à latere Evangelii, si situs loci id patiat, sedes Episcopalis alta à solo tribus gradibus, tapetibus undique cooperta; ipsaque sedes cum postergali velatur panno serico, eique super appenditur umbraculum, seu baldachinum conforme colori paramentorum Celebrantis, & Altaris; dummodò & super Altari aliud simile, vel etiam sumptuosius appendatur; non aliter, ut habet Cerem. Episc. lib. 1. cap. 13. §. 3.

Si cum Episcopo esset aliquis Canonicus suæ Cathedralis Ecclesiæ; collocandam esset scamnum nudum à latere dextero Episcopi, extra anteriores gradus sedis: si duo Canonici essent, duo scamna prope parietem; si tres essent Canonici, tria parietum scamna, duo prope parietem hinc inde lateribus sedis, aliud prope Episcopum ante ipsius faciem à dexteris, vel à sinistris, prout loci situs patietur, regulariter tamen à dexteris, dummodò neque Altari, neque Episcopo Canonicus super se sedens terga vertat, sed maneat semioversus. Ceremoniale Episc. lib. 1. cap. 7. §. 1. Si nullus sit Cathedralis Ecclesiæ Canonicus; tunc nulla pareatur sedes, nisi Episcopus velit uti aliorum Canonicorum Collegiatarum, seu Parochi, & aliorum assistentia, & habere eos hinc inde sibi assistentes. Turpinus part. 2. tit. 6. cap. 2.

XXIV. Ante gradus Altaris collocentur baldachorum cum pulvinis, & operimentis coloris, quem Missa exigit, vel aliud post flexorium, quod facile moveri possit. In latere Epistolæ pareatur scamnum oblongum præ Celebrante, & Ministris Sacris, ut mos est.

Si autem Episcopus velit Sacris induta Missæ interesse, supra Altare pareatur plebiviale explicatum (& uti mos est, præparatur formale, seu pectorale) stola, cingulum, Crux pectoralis, alba explicata, mitatus, mitra erecta prope gradus Altaris à parte throni; quæ omnia velo pretioso cooperantur.

periantur præter mitram. Baculus verò pastoralis ponatur in loco posteriori sedis Episcopalis; liber Missalis, & instrumentum argenteum, quod bugiam vocant, in crecente a col' ocubuntur.

XXV. Cùm Episcopus ad Ecclesiam venturus est, debent Presbyteri loci, seu illius Ecclesiæ, accedere ad eum locum in habitu eborali, à quo Episcopus deducendus est, nisi maxime distaret; quo casu vel exciperent eum extra Ecclesiæ portam, vel in loco alio designato. In accessu, & recessu ab Ecclesiâ, Clerici omnes Episcopum præcedunt; Canonici verò, si erunt Ecclesiæ Cathedralis, subsequi debent, quia non sunt parati, neque est Processio facta. Cereemoniale Episc. lib. 1. cap. 15. §. 9. Superior Cleri, & dignior illius Ecclesiæ, ad quam Episcopus accedit, cum debita reverentia, id est genuflectens, aspersorium aqua benedicta madidam porrigit Episcopo cum osculo ipsius aspersorii primum, & deinde cum osculo manus Episcopi, à quo omnes aspergantur interim genuflexi. Tum cum oculis prius manus, deinde aspersorii, & de oratione, aspersorium recipitur ab eodem digniori ipsius Ecclesiæ. Dixi aspersorium Episcopo porrigendum esse à digniori illius Ecclesiæ, ad quam eo edit: quia hoc est conforme Decretis à S. R. C. editis, & datus in nostro Indice sub n. 61. 84. 121. 244. 263. 292. 309. & 424. Dixi etiam cum genuflectione: ubi enim Canonici Cathedralis inclinant; Presbyteri, & alii de Clero genuflectunt, etiam si sint Parochi, imò etiam si sint Canonici Collegiarum, nisi inmemorabilis sit contraria consuetudo; ut statuit S. R. C. apud Baudry part. 5. cap. 9. art. 2. num. 20. & ut habent acta Mediolanensis Ecclesiæ in instructione Processionum (quæ genuflectiones etiam à Regularibus præstari debent) deinde de locum Episcopum ad Altare; ibique genuflexus orat; quod idem faciunt omnes genuflexi ante Altare; surgente Episcopo

surgunt omnes, eique ad sedem abeanti debitam faciunt reverentiam, id est genuflectionem. Turrinus loc. cit.

Interim removetur faldistorium per aliquem Acolythum, & portatur ad latus Epistolæ, vel ad alium convenientem locum. Alii duo Acolythi præcedunt ad Altare cum debitis reverentiis, tollentes velum supra prædictum Altare positum. Deinde præfati Acolythi, aut alii, si sint, afferant modestè, & decenter ambabus manibus ex Altari paramenta Episcopi, cum debitis genuflectionibus Altari, & Episcopo; qui deposita cappa, stans, induitur à dignioribus: tum sedens accipit mitram; & cùm tempus fuerit; accepto pastorali baculo, descendit in planam ante Altare, medius inter duos seniores, simbrios anteriores pluvialis elevantes. Interim Celebrans descendit à sede sua in planam per partem lateralem Epistolæ; & cum Ministris eum sequentibus, ex Cerem. Papæ lib. 2. cap. 2. accedit ad sinistram Episcopi nudo capite, sed paulò post eum; sicut & Ministri Sacri, qui paululum retrò stabunt ad sinistram Celebrantis. Episcopus deposito baculo pastorali, ac mitra, recedentibus senioribus post eum, qui ibi genuflectunt, incipit, *In nomine Patris, &c.* se signans; ac peragit ea, quæ sunt Celebrantis propria, ac si ipse eilet Missam celebraturus, faciens Confessionem usque ad *Indulgentiam* inclusivè; cui ipse Celebrans respondet simul cum Episcopo dicente, *In nomine Patris, &c.* ut declaravit S. R. C. 4. Augusti 1663. quod quidem Decretum datum est in nostro Indice sub n. 409. Ministri verò Sacri, qui tunc stant post dictum Celebrantem, faciunt inter se submissa voce Confessionem, sicut ceteri de Choro, bini, & bini.

XXVI. Dicto per Episcopum *Indulgentiam, &c.* Celebrans facta profunda reverentia Episcopo, & à Ministris Sacris genuflectione, paululum se retrahit, cedens locum Episcopo, qui interim prosequitur reliquos xx. cum suis Assistentibus; & eodem

tempore etiam Celebrans cum suis Ministris recitat eosdem versus. Post hæc senior ministrans Episcopo, accedens ante ipsum, imponit ei mitram cum debitis genuflexionibus; ministrans verò baculum pastoralem, à sinistra illum cum osculo Episcopo offert; qui, facta debita inclinatione Altari, vadit ad sedem suam eo modo, quo venerat; ubi cæteris stantibus sedet, ac baculum pastoralem deponit.

Tum Celebrans accedit ad medium plani ante infimum Altaris gradum; & medius inter Sacros Ministros ascendit ad Altare, quod osculatur ad verba, *Quorum Reliquia hic sunt*, ibique stat, quoad usque ei thuribulum allatum fuerit.

Acolythus deinde Thuriferarius, cum navicula, & igne in thuribulo, comite Ceremoniario, accedit cum Diacono ad Episcopum sedentem cum mitra; qui, Diacono ministrante naviculam, & Thuriferario unico genu flexis, imponit incensum cum Benedictione in thuribulum; Diaconus autem offerens cochlear, dicit *Benedicite pater reverendissime*, vel si sit Cardinalis, dicit *Eminentissime*. Benedicto thure, surgit Acolythus, accipit naviculam à Diacono, & accedunt cum debitis reverentiis, hoc est genuflexionibus, & redeunt ad Altare pariter cum genuflexione; ubi Celebrans sumpto thuribulo sine osculis, ut habet Cerem. Episc. lib. 1. cap. 18. §. 16. (quæ oscula idem omittuntur, quia præsens est Episcopus) cum debitis reverentiis thurificat Altare; & postea Diaconus incensat Celebrantem duplici ductu cum debitis inclinationibus. Incensato Celebrante, Diaconus vadit cum Thuriferario, qui thuribulum gestat, ad Episcopum, eumque, facta genuflexione, thurificat stantem cum mitra. S. Episcopus habeat Presbyterum assistentem, qui sit ex suis Canonicis Ecclesiæ Cathedralis; Diaconus non accedit ad Episcopum proponendo thure, sed sufficit Thuriferarius cum Ceremoniario; & tunc idem Presbyter assistens incensat Episcopum paratum. Si autem

Episcopus nolit incensari à Parocho sibi assistente, veniet nihilominus Diaconus, & dedit illi thuribulum; sed pro imponendo incenso ministrabit solus Parochus, nec Diaconus discedet ab Altari.

XXVII. Facta incensatione Episcopi, senior assistens detrahit ei mitram cum debitis genuflexionibus; & senior subbiretum, quoad complanatis capillis, apud se tenet Ministri libri, & candelæ, venient ad Episcopum (cum genuflexionibus antè, & post, quod semper observant) qui surgens legit ex libro allato Introitum, & dicit *Kyrie* cum Ministris, dum Celebrans ad Altare iterum præstat. Recedunt deinde Ministri libri, & candelæ: Celebrans autem, dicto *Kyrie*, accedit de more ad medium Altari, & cantat Hymnum *Gloria in excelsis*, quem profectitur cum Diacono, & Subdiacono, dum Episcopus, ut idem facit cum Ceremoniario suæ Ecclesiæ Cathedralis, si adsit, vel cum senioribus sibi assistentibus, & Ministris ibi eundem Hymnum submissa voce profectuntur. Observandum tamen est, quod in his Ecclesiis, Canonici Collegiæ, & alii Presbyteri, non faciunt circumambulatio, *Gloria, &c.* cum prædictum circumambulationi soli Canonici Ecclesiæ Cathedralis faciunt, ut est communis consuetudo omnium Ecclesiarum, & colligitur ex his, quæ tradit Teatinus supra, §. *Incensatione*.

XXVIII. Dicto Hymno Angelico, Celebrans per viam breviorē vadit ad sedem cum Ministris Sacris: dum imponitur mitra Episcopo sedenti, Clerici omnes ministrantes, quamvis decentius stare debent, attamen sedere poterant in infimo sedis Episcopalis gradu, sed capite detecto. Turris sup. loc. cit. quoad usque finiatur Hymnus à Choro.

Circa finem Hymni surgunt omnes Ministri; & Celebrans cum Sacris Ministris per viam longiorē revertitur ad Altare, Episcopo se inclinans; Ministri verò genuflexunt: deinde omnes Chorum circum-

Antem salutant: tum omnes pariter facient debitam reverentiam Altari. Priusquam dicatur *Dominus vobiscum*, aufertur mitra Episcopo, qui surgens stat usque ad conclusionem postremæ Orationis: tum Episcopus sedet, & imponitur ei mitra. Subdiaconus, antequam cantet Epistolam, comite Ceremoniario, genuflectit Altari, & Episcopo. Notandum tamen hic est, quod si Subdiaconus, priusquam cantet Epistolam, debeat transire ante Episcopum; primò facit genuflectionem Episcopo, tum Altari: quæ in tali casu non attenditur, cui prius vel postea genuflexio exhiberi debeat; sed consideratur tantum commoditas gradientis: unde facit primam genuflectionem prius sibi occurrenti. Finita Epistola accedit ad solium Episcopale: ubi genuflexus, tenens librum clausum per angulos inferiores, deflectit partem ejus superiorem, & ponit super Episcopi genua, ac in parte posteriori osculatur ejus manum super librum positam: deinde ab eo benedicitur; & facta ei debita genuflectione recedit: tum vadit ad suum Ministerium circa Celebrantem, ut mos est, facta prius reverentia Choro, & genuflectione Altari. Interim Ministri delibro, & candelâ, accedunt ad Episcopum, qui sedens cum mitra, cæteris stantibus, legit Epistolam, & Evangelium cum intermediis Graduale scilicet cum Tracta & v. ac *Munda Cor meum*, & *Jube Domine*, &c. dum à Choro cantatur *Graduale*, &c.

XXIX. Cum inchoatur in Choro v. Graduale, aut citius, prout videbitur, post recessum Subdiaconi, Diaconus defert librum Evangeliorum, incedens per planum ad Altare cum debitis reverentiis etiam Episcopo, & Choro; & inde, Ceremoniario comite, accedit ad Episcopum, ubi genuflexus osculatur manum ejus: tum facta genuflectione redit, cum reverentiis Choro processit, ad Altare, ubi genuflexus in infimo gradu dicit *Munda Cor meum*, &c.

Tum surgens, capit librum Evangeliorum; & facta genuflectione, accedit ad partem Epistolæ, ubi expectat tempus eundem ad Episcopum pro Benedictione. Interim Thuriferarius accedit ad Episcopum cum Ceremoniario, ubi Episcopus ponit thus in thuribulo de more, ministrante Presbytero assistente naviculam, si addit: aliter ipse Diaconus, posito libro super Altare, offert prius Episcopo thus benedicendum cum debitis reverentiis, & osculis; quo facto revertitur ad Altare, ubi more solito dicit *Munda cor meum*, &c. tum suo tempore cum aliis Ministris, id est cum Subdiacono, Ceremoniario, Thuriferario, & Ceroferariis, cum solitis reverentiis revertitur ad Episcopum; coram quo cuncti genuflectunt, usquequo Diaconus Benedictionem acceperit. Diaconus accepta Benedictione surgit, sicut & Ministri, & accedunt ad locum convenientem hoc ordine: Præcedit Ceremoniarius, mox Thuriferarius cum thuribulo, & navicula, tum Ceroferarii cum candelabris, & cereis accensis, deinde Subdiaconus manibus junctis, ultimo Diaconus portans librum Evangeliorum clausum ante pectus; & transientes ante Altare, faciunt illi genuflectionem, sicut & Choro reverentiam. Cum pervenerint ad locum Evangelii, Subdiaconus medius inter Ceroferarios tenet ante pectus librum Evangeliorum apertum, cujus superior pars capiti ejus adhæreat, vertens tenes, non quidem Altari, sed versus ipsam partem dexteram, quæ pro ipso aquilone figuratur.

Diaconus, cum tempus est, junctis manibus ante pectus, incipit cantare Evangelium; attendant tamen Subdiaconus, & Ceroferarii, ne terga vertant Episcopo, ut bene notat Cerem. Cler. Reg. S. Pauli lib. 1. cap. 4. quia in tali casu, vel potius exeundum esset ex Presbyterio, ut notat Torrinus supra, Bauldry part. 5. ex lib. 2. Cerem.

Ggg 3

Episc.

Episc. cap. 9. art. 2. num. 7. & Lohner pars. 3. tit. 2. §. 1. num. 11. vel à luteo dextero Episcopi cantandum esset Evangelium.

Episcopus, cum dicitur *Dominus vobiscum*, deposita mitra surgit, & accepto baculo pastorali manu sinistra, signat dextera se in fronte, dum dicitur *Sequentia*, &c. tum jungit manus, habens baculum inter ambas manuum volas, ut moris est, usque ad finem. Diaconus autem, dicto *Sequentia S. Evangelii*, incensat librum juxta morem solitum. Finito Evangelio, Subdiaconus portat librum apertum Episcopo osculandum sine ulla reverentia, nisi post osculum libri; quo clauso, & non prius, genuflectit. Interim Acolyths Ceroferrarii, facta genuflexione Altari, & Episcopo, discedunt, & deponunt candelabra supra credentiam. Diaconus autem cum Thuriferario vadit ante Episcopum, quem stantem adhuc sine mitra cum baculo incensat. Post incensationem verò Episcopus deponit baculum, & Diaconus revertitur ad Altare cum debitis reverentiis. Advertendum tamen est, quòd si Episcopus gestet cappam amplam, & non pluviale; tunc incensandus est Celebrans, & quidem solus; juxta Decretum diei quartæ Augusti 1662. in una Dalmatiarum ad 8. dubium, & datum in nostro Indice sub num. 410. Præfatus autem Celebrans non dicit *Per evangelica dicta*, &c. quia hæc verba dicuntur ab Episcopo, postquam osculatus est Evangelii textum.

Dum incensatur Episcopus, vel prius, accedit Celebrans à cornu Epistolæ ad medium Altaris: quòd cum Diaconus accesserit, intonat *Credo*, si dicendum sit, quod ipse cum Diacono, & Subdiacono, & Episcopus cum Assistentibus prosequuntur; & genuflectunt omnes, cum dicunt, *Et incarnatus est*, &c. in fine signant se, sed deinde Episcopus, & cæteri; quando verò cantatur à Choro *Et incar-*

natus est; &c. omnes profunde caput inclinant, hoc est Episcopus, Assistentes & Celebrans, & Ministri Sacri; cæteri vero de Choro, qui non sedent, genuflectunt.

XXX. Cantato per Chorum Symbolo, accedit Celebrans ad Altare cum solita reverentiis, dicit *Dominus vobiscum*, & *Oramus*, Episcopo stante cum mitra, ut observatur in Cappella Papæ; tum Episcopus legit ex libro per Ministros ante se allato, sedens, Offertorium; deinde benedicit ampullam aquæ elevatam à Subdiacono statim in cornu Epistolæ, & dicente, *Benedicite per reverendissime*, unicum genu tunc obsecrando: deinde idem Subdiaconus surgens aliquas guttulas immitit in Calicem; quæ peragitur de more. Facta Calicis oblatione, Diaconus vadit cum Thuriferario ad Episcopum; per quem imposito, & benedicto incenso, redit ad Celebrantem, & oblatorum Altaris, tum Sacerdotis celebrationis, deinde Episcopi thurificationis; & hoc loco nunquam omittitur, quia post omnes incensantur unico ductu thuribulo, nisi adesset Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, qui duplici ductu incensari debet.

XXXI. Dum incipit Celebrans Perfectionem, Episcopus surgit, deposita mitra, & stat manibus junctis usque ad finem, dicens cum duobus senioribus, & Ministris, *Sanctus*, &c. dum idem cantatur à Choro, non tamen percussus per dextera, sed signans se in fine, elevante seniore à dexteris simbriam anteriorem pluvialis: tum sedet, & accipit mitram, & tenens sinistra baculum, descendit in pulvum ante gradus Altaris ad salustorium ibidem à Ministro paulò antè locatum; ubi deposito baculo, & mitra, genuflectit, & apertibus duobus senioribus simbriis anterioribus pluvialis super salustorium. Subdiaconus autem, qui tenet Patenam, stabit vel retrò post Episcopum, vel super

fino gradu à latere Epistolæ genuflexus; & Acolythi cum intorticiis, vel in plano Cappellæ genuflectunt post Episcopum, vel genuflexi manent ad latera Altaris, facientes invicem sibi conversis. Turrin. loc. cit. §. Dum incipit. Facta Elevatione surgunt omnes; & Episcopus stans, & accepto baculo sine mitra, ut docet Marcellus in Ceremoniali Papæ lib. 2. sect. 1. cap. 14. & colligitur pariter ex Ceremoniali Episc. lib. 1. cap. 12. genuflectit, & post genuflexionem, sumpta pariter mitra, revertitur ad sedem suam; ubi stans, deponit baculum, & mitram, & auferitur Subdiaconum de medio Altaris. Subdiaconus autem redit ante medium infimi gradus cum genuflexione, & Acolythi cum intorticiis recedunt: Celebrans verò reliqua peragit usque ad *Agnus Dei* inclusive, ut in Missali. Ex Turrino supra.

XXXII. Ad *Agnus Dei* Episcopus cum senioribus, seu Diaconis sibi assistentibus ter eundem y. dicit, percutiens sibi dexteram pectus, sinistra interim pectori admodum, & elevante seniore à dexteris simbriam anteriorem pluralis. Tum si adest Canonici Ecclesiæ Cathedralis, seu Presbyter assistens, facta profunda reverentia Episcopo, accedit cum debitis genuflexionibus ante, & post, ad Altare, quod deosculatur simul cum Sacerdote celebrante, à quo accipit pacem, eamque defert ad Episcopum, qui eam dat duobus Diaconis sibi assistentibus; ut præscribit Ceremoniale Episc. lib. 1. cap. 24. num. 8. Subdiaconus autem Canonicum, seu Presbyterum assistentem cum pace recedentem ab Altari sequitur, & pacem accipit ab eo in plano Cappellæ, quam deinde dat Cantoribus in Choro, tum Diacono, deinde Ceremoniario, vel Acolytho. Si cum Episcopo proprio alii sint Prælati ministri; tunc Minister dabit pacem etiam

primo stanti in sua sede, qui aliis deinde eam dabit; & si sint scamna, in quibus sint multi Prælati; tunc dabit pacem primo cujuscunque scamni, juxta ea quæ diximus supra de ordine dandi pacem. Si verò non adlit Presbyter assistens, tunc Subdiaconus pacem à Diacono accipit, eamque defert ad Episcopum, deinde cæteris ut supra distribuit. Bauldry part. 5. ex 2. lib. Cerem. Episc. cap. 9. art. 2. num. 15. & Turrinus part. 2. sect. 6. cap. 2.

XXXIII. Ad *Domine non sum dignus* inclinatus Episcopus, pectus ter percutit; ac sumpto à Celebrante Sanguine, sedet, capitque mitram, ac legit ex libro sibi allato *Communione* dum cantatur à Choro. Ad *Domine robuscum* surgit Episcopus nudo capite, iterumque sedet, dicit *Ite missa est*, vel *Benedicamus Domino*. Dum Celebrans dicit *Placeat, &c.* accepta mitra Episcopus surgit, & genuflexis omnibus (exceptis Celebrante & Canonici Ecclesiæ Cathedralis, si adint, qui solum profundè se inclinant, juxta Decretum datum in nostro Indice sub num. 136. Celebrans verò se retrahens ad cornu Epistolæ, stans facie versa ad Episcopum, profundè, ut supra inclinatus, expectat Benedictionem) benedicit sollempniter, accipiens baculum, antequàm dicat *Pater, &c.* Præfatus Sacerdos celebrans postmodum inclinans profundè caput, & humeros Episcopo, legit *Indulgentius*: tum Episcopo mitram deponente, Celebrans facta reverentia Cruci Altaris, vadit cum Subdiacono (remanente Diacono propius ad Altare, paulò versus cornu Epistolæ, vel se recipiente à parte Evangelii inter Celebrantem, & Subdiaconum, sed paulò retrò) ad cornu dexterum, ubi legit de more Evangelium, ad quod Episcopus stat cum baculo, nudo capite, genuflectens, ut moris est, cum dicitur, *Et verbum caro factum*

factum est. Missa peracta, descendit Celebrans cum Ministris Sacris in planum, factis ibi debitis reverentiis ab omnibus Altari, Episcopo, & Choro. Episcopus autem, si cappa usus est, descendit in planum, ubi orat in faldistorio; deinde abit, abeunte etiam Sacerdote cum suis Ministris. Si verò Episcopus usus est pluviali, Celebrans cum debitis reverentiis recedit in Sacristiam; & Episcopus apud sedem suam expoliatur Sacris vestibus, & vestitur cap-

pa, ac vadit ad faldistorium, ubi orat, & recedit stipatus à cunctis Clericis, ut dictum est supra, nisi aliqua Hora Canonica persolvenda sit; quo casu aliqui remanent in Choro, & Officium absolvunt. Hæc omnia respectivè sunt juxta dispositiones Ceremonialis Papalis, & Episcoporum, & juxta consuetudines Ecclesiarum Cathedralium Collegiatarum, necnon juxta placita Castaldi, Bauldry, Turrini, & aliorum,

Tit. XV. Ordo Missæ, & Partium ejusdem additio, juxta ordinem temporum.

Tit. XVI. Mystica Expositio Missæ, secundum ordinem totius Vitæ Christi, quam representat.

Tit. XVII. Canonis Expositio literalis, eorum nempe verborum, quæ sunt difficilioris intelligentiæ.

Carent novis Observat. & Additionibus.

ADMONITIO.

In nostris Observationibus ad Tit. V. primæ partis sub n. X. attulimus Decretum emanatum die 12. Julii 1716. ex quo colligebamus, quod Officium Duplex minus, occurrit in die, qua fit Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, transferri debeat in primam diem non impeditam, &c. & quod celebrentur Missæ omnes, ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum: sed quia post impressionem dicti Tit. aliud emanavit Decretum sub die 5. Maji Anni 1736. ideo lectorem remittimus ad ea, quæ dicemus in nostris Observationibus ad Tit. XVII. partis IV. Commentar. Gavanti, inscriptum - De Rubricis Missarum pro Defunctis.

